NOUUM DE IMMACULATA VIRGINIS CONCEPTIONE ENCOMIUM...

Marcantonio Gallizio, Pietro Cardinale Sforza Pallavicini

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
16 D
5 17

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

14. 16. D. 5

NOVVM

DE IMMACVLATA VIRGINIS CONCEPTIONE ENCOMIVM.

NOVVM
DE IMMACVLATA VIRGINIS CONCEPTIONE ENCOMIVM.

AVCTORE F. MARCO ANTONIO GALITIO BRIXIANO
Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum,

Quintuplici Indice illuſtratum.

Primo, Capitum, & Sectionum.
Secundo, Rerum, & Verborum.
Tertio, Locorum Sacræ Scripturæ ex inſtituto explicatorum.
Quarto, Locorum aliorum Scripturæ hinc inde adductorum.
Quinto, Conceptuum prædicabilium diuerſis materijs applicandorum.

Opus vniuerſis Dei Præconibus perquàm vtile, & iucundum.

Ad Illuſtriſ. ac Reuerendiſ. D.
D. VINCENTIVM IVSTINIANVM
Brixie Epiſcopum.

SVPERIORVM PERMISSV,
Et Priuilegio.



VENETIIS, M DC XXXVI.
Sumptibus Marci Antonij Brogioli.

CVM ex mandato admodum R. P. Fratris Antonij à Mutina totius Ordinis noſtri Capucinorum Miniſtri Generalis impoſitum mihi fuerit, quod librum à R.P. Marco Antonio eius Conſultore ſub titulo, *De Immaculata Virginis Conceptione Encomium*, compoſitum perlegerem; mandata peracturus, prædictum librum attentè legi, & conſideraui; & in eo nihil inueni, quod Sacræ Fidei, & Chriſtianis moribus repugnet, ſed quod ad Sacratiſſimæ Virginis deuotionem, mentem excitet, dum tam doctè, & ſubtiliter eius Immaculatam Conceptionem Sacrarum Scripturarum, nec non Sanctorum Patrum auctoritate, & argumentorum vi comprobatam, & ſublimatam repræſentet: quapropter dignus habetur apud me præfatus liber qui typis mandetur.

F. Andrianus de Senis
Sacræ Theologiæ Doctor.

OPVS, *quod*, Nouum de Immaculata Virginis Conceptione Encomium, *inſcribitur*, *à R. P. Marco Antonio Gallitio de Carpenedulo Brixienſi noſtræ Congregationis Theologo, ac Concionatore compoſitum, ego F. Joannes Baptiſta à Bergomo Concionator Capuccinus, de mandato Adm. Reu. P. Antonij à Mutina noſtri Ordinis Generalis Miniſtri, diligenter perlegi, atq; perpendi, nihilq; in eo reperi, quod Orthodoxæ Fidei, vel bonis moribus aduerſetur; Propter quod, & propter nouos, ac ad rem accommodatos, quos continet Sacræ Scripturæ locos, S.S. Patrum ſententias, argumentorum ſubtilitatem, ac varietatem, non ſolum dignum typis, verum etiam ad augendas ipſius Deiparæ laudes valde proficuum exiſtimaui.*

Dat. Romæ in Conuentu noſtro Concept. die 4. Octob. 1635

F. Ioannes Baptiſta qui ſupra.

Nos F. Antonius à Mutina Fratrum Capuccinorum Generalis Miniſter. L. I.

TENORE præſentium facultatem facimus, vt Opuſculum à P. F. Marco Antonio Prædicatore Ordinis noſtri compoſitum, quod, *De Immaculata Virginis Conceptione Encomium*, titulo prænotatur, à quibuſdam ex noſtris iam reuiſum, & approbatum, obtenta prius aliorum etiam, quorum intereſt, licentia, typis mandari, ac euulgari valeat.

Datum Romæ, die 14. Octobris 1635.

F. Antonius à Mutina Miniſter Gener.

ILLV-

ILLVSTRISS. AC REVER.

D. D.

VINCENTIO IVSTINIANO
BRIXIÆ EPISCOPO,

Duci, Marchioni, Comiti, &c.

F. MARCVS ANTONIVS A CARPENEDVLO Prædicator Capucinus omnium à Deo, ac Beata ſemper Virgine gratiarum copiam deuotiſſimè precatur.

CVM in omni opere, ac libro, qui ad communem publicamq; vtilitatem in publicum prodire debet; tum in eo præcipuè, qui nouum, ac paruulum habet auctorem, illud cumprimis ab eodemmet auctore curari dignum planè, ac congruum videtur, vt præclaræ alicuius perſonæ tutelæ ac patrocinio committatur; etſi enim materia ipſa dicendorum potiùs, quàm perſona dicentis conſiderari debet, nihilominus perſona pariter ſcribentis res ſcriptas, & editas ſua auctoritate magis, minuſue commendat, canonizat: Hinc eſt, quod B. Auguſtini Theo-

logi

logi præſtantiſſimi auctoritas ſatis, ſuperq; eſt Theologis, vt ipſius Theologica dicta cum omni animi reuerentia amplectantur; Scripturiſtis itidem teſtimonium Diui Hieronymi in exponendis Sacris Scripturis Doctoris maximi plus ſatis eſt, vt eiuſdem expoſitiones plurimi faciant: Quid de Tulio, Virgilio, & Ariſtotile attexam? An non horum nomina, & auctoritates ſufficiunt, vt Rethores, Poetæ, Philoſophi ipſorum orationes, poemata, diſcurſus ad ſydera extollant? (tam certa hæc ipſa res eſt, vt ampliori mea probatione minime egeat.) Quæ cùm ita ſint, editurus in lucem Illuſt. ac Reuer. D. nouum opus, & ſi quidem argumentum operis ex ſe ipſo maximum ſit (eſt enim de Immaculata Deiparæ Conceptione Encomium) ac proinde ex hac parte nullius operam, aut opem deſiderare poſſe videatur: Attamen eo ipſo quòd nouum opus eſt, nouumq; ac paruulum habet auctorem, multò hinc magis ſub tutoribus, & actoribus eſſe opus habet, atq; ob eam potiſſimam cauſam neceſſarium eſſe nemo non videt, vt alicuius curæ, & tutelę committatur. At verò cui alij quam tibi, Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Domine, tuæ curæ, tuæ tutelæ commendari debet? cuius proſapię nobilitas, morum probitas, virtutum præſtantia, animi ingenuitas, in Religionem Capuccinorum obſeruantia ad maiora in dies quotidię benignitatis argumenta in omnes preſeferenda fortiter, ſuauiterq; impellunt; vt propterea omni iure tuo, ac meo hoc tibi opus debeatur. Ea igitur, qua poſſum, mentis humilitate, votiq; efficacitate tuam, Domine Illuſtriſs, ac Reuerendiſs, benignitatem expoſco, vt in tui tutelam recipere velis, quod tuę magnitudini nuncupo, pietati dedico, magnanimitati conſacro. Vale.

EPI-

EPISTOLA AD LECTOREM.

PRodierunt in lucem (candide Lector) ſub titulo, De Immaculata Deiparæ Conceptione tractatus non pauci, nec parum eruditi; exierunt, inquam, Auctores quamplurimi materiam hanc tam piam, tamq; Magnificam graui verborum, atq; conceptuum maieſtate tractantes, vt verè illud mihi exclamare poſſe videar, quod præclariſſimum illum Alexandrinæ Eccleſiæ Antiſtitem, Hom. cont. Neſtorium, conclamaſſe lego: *Hilarem video fidelium cœtum, qui conuenerunt promptis animis à Sancta, & Dei Matre Maria ſemper Virgine conuocati*. Conuocati nempè ad eius Immaculatæ Conceptionis Encomia celebranda. Plures tamen, nec ne tractatus huiuſmodi dixerim, ſatis (vt verum fatear) animo pendeo. Si enim B. Pater Aug. Tract. 36. in Ioan. ea ratione adigi potuit, vt non plura Euangelia, ſed plures potiùs vnius Euangelij libros cenſendos putarit; quòd nimirum eadem ferè vnius Euangelij myſteria quatuor Euangeliorum libri à quatuor Euangeliſtis conſcripti contineant; cur non vnum potiùs, quàm plures eos tractatus dixerim, qui licèt plures libri à diuerſis compoſiti exiſtant, nilominùs eadem ferè ſinguli, pauciſſimis mutatis, de vno, eodemq; Conceptionis Marianę myſterio complectuntur? Non tamen eadem ſępius in pluribus libris de eodem myſterio à pluribus fruſtra repetita quiſpiam temere aſſerere audeat, nè eadem à pluribus Euangeliſtis pluribus libris fruſtrà tradita eſſe temerè pariter dixiſſe conuincatur. Quis enim fruſtrà dixerit, quæ à viris Sanctis, Spiritu Sancto dictante nihil faciente fruſtrà, ſcripta fuiſſe leguntur? Sed tamen etſi verè ſuperfluum minimè ſit eadem iterato, ac ſæpiùs de eodem myſterio ſcripturæ committere, ac typis mandare; ea nilominus eſt humanę naturæ curioſitas, vt vetera faſtidiens, noua ſemper concupiſcat; ac ſubindè ſuperfluum eidem eſſe videtur, ea, quæ iam ab aliis conſcripta ſunt,

denuò luci committere velle. Quid igitur ipſe? Typis nè, quam de Immaculata Virginis Conceptione materiam digeſſi, excudendam curabo? Sanè ſi nil noui promittam, nil etiam vtiq; efficiam: ſi noui aliquid me allaturum pollicear, vix, qui credat, inueniam. Ecquid enim adhuc noui ſperari poteſt in hoc myſterio, de quo ij ipſi, qui iam exieruut noua pollicentes, tamen non noua, ſed vetera, immò iam ferè antiqua, a ab alijs pluries repetita in medium adduxerunt? dicente præſertim Salomone: *Nihil ſub ſole nouum*? Cęterùm vbi de B. Virgine Maria ſermo habetur, *Sileat*, inquit S. Damaſcenus, *Sapientiſſimus Salomon, nec iam nil noui ſub Sole eſſe affirmet; illa enim Virgo excipitur, quæ,* etſi ſola, verè tamen ſub ſole noua, quæ illum mundo edidit, ac in throno veteri ſui geſtauit, qui noua in ea fecit omnia. Non deſpondeam igitur animo; ſcribam ipſe quoq; ſcriptaq; in lucem proferam. Et dictat animus noua in propoſito, non vetera, nouos conceptus, nouas ſcripturas, ſeu nouas ſcripturarum, ex Patrum ſententijs expoſitiones; ac tandem, vt verbo dicam, nouum Opus, nouum Encomium conficiam. Licèt enim nouis, & non vulgaribus aliqua etiam vetera, & vulgaria interſerantur; attamen ipſa quoq; quæ vulgaria, & antiqua, vt potè iam obuia, cenſeri poſſent, ſi perfunctoriè dumtaxat apprehendantur, profundiùs expenſa noua, & ſingularia prorſus inuenientur. Neq; verò ſuſpicari fas eſt noua de laudibus Mariani Conceptus texi non poſſe Encomia; cùm enim dubio procul excedat, ac multum ſuperemineat humani eloquij facultatem tanti myſterij magnitudo, nunquam poteſt deficere materia laudis, quia nunquam ſufficit copia laudatoris. Tuum iam, ò Virgo Beata, auxilium imploro, vt nouum tuarum laudum Encomium attexere valeam, In cuius quidem Encomij compoſitione illud cum primis ſemper mihi propoſitum eſſe, & fore præmitto, vt nunquam ab ijs, quæ hactenus de Mariani Conceptus myſterio à S. Matre Eccleſia, Sacrorum Conciliorum, ac Summorum Pontificum Conſtitutionibus reſpectiuè ſancita ſunt, ne quidem in puncto recedam, quatenus nimirum ſic veritatem de Immaculata Conceptione firmis, quantum fieri poterit, Scripturarum, Patrumq; ſententijs, & argumentis, vt in eam omnes conſentiant, oſtendam; vt tamen contrarię opinioni, quæ hactenus in ſuo ſtatu perſiſtit, eam, quæ par eſt, reuerentiam ſemper exhibeam. Vtinam tamen ſemel aliquandò hanc inter fidei veritates pariter connumerari perſpiciam,

IN-

INDEX PRIMVS
CAPITVM,
ET SECTIONVM.

Caput Primum.

MARIA Virgo ſolium excelſum, & eleuatum; in quo Dominus ſedet. *Vidi Dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum, & eleuatum.*

Sectio 1. *Quid huiuſce ſolij nomine intelligatur? Expoſitio S. Bernardi.* pag. 1

II *Quid nomine ſolij intelligatur? Aliorum expoſitio.* pag. 3

III *Quòd nomine ſolij intelligatur Beata V. Maria: Et quomodo dicatur excelſa, & eleuata. Vltima aliorum expoſitio.* 4

IV *Confirmatur doctrina præcedens pulcherrima noui Teſtamenti Scripturæ interpretatione.* 11

Inter natos mulierum non ſurrexit maior Io: Baptiſta.

Caput Secundum.

Maria Virgo altiſſimum Dei refugium ad ſaluandas gentes.

Quoniam tu es Domine ſpes mea altiſſimum, poſuiſti refugium tuum.

Sectio 1. *Referuntur variæ circa Perſonam, de qua ſcriptura intelligi debet, opiniones.* 14

II *Quemadmodum Beata Virgo poſſit dici refugium Dei? Et quid de hoc refugio per Prophetam in præfatis pſalmi verſiculis annuncietur?* pag. 18

III *Sequitur idem argumentum interpretatione ſequen-*

 tis

tis verſiculi ex eadem ſcriptura deſumpti. 24

Caput Tertium.

Maria Virgo ſemper cum Deo.

Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Sectio I. Quòd Deus cum ſolis Iuſtis & Sanctis eſſe dicatur; ex quo propoſiti capitis ſcripturam ad perſonam Virginis eſſe referendam oſtenditur. pag. 27

II Differitur de modo, quo originalis culpa à pueris in conceptione actu contrahitur. 31

III Mariam Virginem originalem culpam minimè contraxiſſe, ex doctrina Angelici, & Seraphici Doctorum in præcedenti ſectione allata comprobatur. 34

IV Quonammodo Maria Deum ſui partem appellet? clarius, & vberius adhuc explicatur, ſimulque huius argumenti robur confirmatur. 38

Caput Quartum.

Maria Virgo ſalua Dei virtute, quomodo?

Domine, Domine virtus ſalutis meę obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Sectio I. De quo propoſiti cap. ſcriptura intelligi debeat. 43

II Quòd Perſonæ B. V. in propoſito immaculatæ Conceptionis præfata ſcriptura mirè conueniat. 45

Caput Quintum.

Maria Virgo columna terræ immobilis.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Sectio I. Differitur de conditione humanæ naturæ in triplici ſtatu, ſcilicet purè naturali, originalis iuſtitiæ, & culpæ. 48

II Tractatur comparatio quædam iuſtitiæ originalis cum lapide angulari. 51

III Mariam Virginem per hunc angularem originalis iuſtitiæ lapidem ſtabilitam ac confirmatam fuiſſe demonſtratur. 55

IV Sequitur idem argumentum: ac Christum, & Mariam nomine confirmatæ à Deo columnæ intelligi, adhuc clarius demonſtratur. 58

V Mariam Virg. per angularem originalis iuſtitię lapidem confirmatam fuiſſe, vlterioribus adhuc exemplis illuſtratur. 64

Caput Sextum.

Maria Virgo ſuper Libanum candida.

Super extolletur ſuper Libanum fructus eius.

Sectio I. *Quàm magnum Eccleſiæ fructum Chriſtus attulerit.* pag. 70
II *Quòd fructus iſte ſit innocentia originalis Mariæ à Chriſto collata.* 71

Caput Septimum.

Maria Virgo ab omni malo cuſtodita.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum vſque in ſæculum. 75

Caput Octauum.

Maria Virgo Hieruſalem à Deo miro modo ædificanda.
Ædificans Hieruſalem Dominus, diſperſiones Iſraelis congregabit.
Sectio I. *Quid nomine Hieruſalem à Deo ædificandæ hoc loco intelligatur?* 77
II *Quòd nomine Hieruſalem ædificandæ intelligatur B. Virgo M. in cuius ædificatione Deus originalem iuſtitiam collocauit.* 81

Caput Nonum.

Maria Virgo nubes diei: eademque nubes leuis, & candida.
Et deduxit eos in nube diei. 83

Caput Decimum.

Maria Virgo ab omni peccati tributo inter omnes Iuſtos à Filio facta immunis.
Et faciet domum Patris eius abſque tributo in Iſrael?
Sectio I. *Quid Dei filius de Cælis in terras deſcendere conſtituerit, vt Mariam Matrem ſuam, præ cæteris Dei electis à culpa originali liberaret.* pag. 86
II *Quod originale peccatum primum hominem, omneſque ab eo dependentes tributarios Diaboli fecerit; à quo tributo exſoluendo Chriſtus Sanctiſſimam Virginem præ alijs liberauit.* 89

Caput Vndecimum.

Maria Viro laudabilis magis viuentibus, mortuis, necdum natis.
Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & vtròque feliciorem iudicaui, qui necdum natus eſt.
Sectio I. *Nil præferendum Dei amicitiæ; nil verò poſtponendum peccato.* 93
II *Oſtenditur ex præmiſſis Mariam Virg. ſine originali peccato fuiſſe conceptam.* 96
III *Sequitur idem arg. quo B. Virg. ſine labe originalis culpę conceptam fuiſſe roboratur.* 98

tis verſiculi ex eadem ſcriptura deſumpti. 24

Caput Tertium.

Maria Virgo ſemper cum Deo.

Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Sectio I. *Quòd Deus cum ſolis Iuſtis & Sanctis eſſe dicatur: ex quo propoſiti capitis ſcripturam ad perſonam Virginis eſſe referendam oſtenditur.* pag. 27

II *Differitur de modo, quo originalis culpa à pueris in conceptione actu contrahitur.* 31

III *Mariam Virginem originalem culpam minimè contraxiſſe, ex doctrina Angelici, & Seraphici Doctorum in precedenti ſectione allata comprobatur.* 34

IV *Quonammodo Maria Deum ſui partem appellet? clarius, & uberius adhuc explicatur, ſimulquè huius argumenti robur confirmatur.* 38

Caput Quartum.

Maria Virgo ſalua Dei virtute, & quomodo?

Domine, Domine virtutus ſalutis meę obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Sectio I. *De quo propoſiti cap. ſcriptura intelligi debeat.* 43

II *Quòd Perſonæ B. V. in propoſito immaculatæ Conceptionis præfata ſcriptura mirè conueniat.* 45

Caput Quintum.

Maria Virgo columna terræ immobilis.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Sectio I. *Diſſeritur de conditione humanæ naturæ in triplici ſtatu, ſcilicet purè naturali, originalis iuſtitiæ, & culpæ.* 48

II *Tractatur comparatio quædam iuſtitiæ originalis cum lapide angulari.* 51

III *Mariam Virginem per hunc angularem originalis iuſtitiæ lapidem ſtabilitam ac confirmatam fuiſſe demonſtratur.* 55

IV *Sequitur idem argumentum; ac Chriſtum, & Mariam nomine confirmatæ à Deo columnæ intelligi, adhuc clarius demonſtratur.* 58

V *Mariam Virg. per angularem originalis iuſtitię lapidem confirmatam fuiße, ulterioribus adhuc exemplis illuſtratur.* 64

Caput Sextum.

Maria Virgo ſuper Libanum candida.

Super extolletur ſuper Libanum fructus eius.

Se-

Sectio I. *Quàm magnum Eccleſiæ fructum Chriſtus attulerit. pag.* 70
II *Quòd fructus iſte ſit innocentia originalis Mariæ à Chriſto collata.* 71

Caput Septimum.

Maria Virgo ab omni malo cuſtodita.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum vſque in ſæculum. 75

Caput Octauum.

Maria Virgo Hieruſalem à Deo miro modo ædificanda.

Ædificans Hieruſalem Dominus: diſperſiones Iſraelis congregabit.

Sectio I. *Quid nomine Hieruſalem à Deo ædificandæ hoc loco intelligatur?* 77
II *Quòd nomine Hieruſalem ædificandæ intelligatur B. Virgo M. in cuius ædificatione Deus originalem iuſtitiam collocauit.* 81

Caput Nonum.

Maria Virgo nubes diei: eademque nubes leuis, & candida:

Et deduxit eos in nube diei. 83

Caput Decimum.

Maria Virgo ab omni peccati tributo inter omnes Iuſtos à Filio facta immunis.

Et faciet domum Patris eius abſque tributo in Iſrael?

Sectio I. *Quòd Dei filius de Cælis in terras deſcendere conſtituerit, vt Mariam Matrem ſuam, præ cæteris Dei electis à culpa originali liberaret. pag.* 86
II *Quod originale peccatum primum hominem, omneſque ab eo dependentes tributarios Diaboli fecerit; à quo tributo exſoluendo Chriſtus Sanctiſſimam Virginem præ alijs liberauit.* 89

Caput Vndecimum.

Maria Viro laudabilis magis viuentibus, mortuis, necdum natis.

Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & vtroque feliciorem iudicaui, qui necdum natus eſt.

Sectio I. *Nil præferendum Dei amicitiæ; nil verò poſtponendum peccato.* 93
II. *Oſtenditur ex præmiſſis Mariam Virg. ſine originali peccato fuiſſe conceptam.* 96
III *Sequitur idem arg. quo B. Virg. ſine labe originalis culpæ conceptam fuiſſe roboratur.* 98

Ca-

Caput Duodecimum.

Maria Virgo omnium aromatum odore ſuprema.

Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

Sectio I. *Quod Maria V. pratioſis vnguentis delibuta, ac veſtibus ornata fuerit.* 99

II *Oſtenditur ex prædictis, Mariam Virg. origmalis iuſtitia dono in ſui Conceptione fuiſſe ornatam.* 101

III *Maria V. ſicut & Chriſtus, bis prædeſtinata: ſemel ad Matris dignitatem, iterum ad gratiam & gloriam: & vtroque modo ante culpam, & ſtatum peccati.* 104

Caput Tertium decimum.

Maria virgo non conſenſit in eſum pomi noxialis.

In portis noſtris omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi. 108

Caput Quartum decimum.

Maria Virgo rectiſſima, & eleuatiſſima; cuius collo diabolus nunquam ſuæ tirannicæ ſeruitutis iugum, aut catenas impoſuit.

Collum tuum ſicut turris David.

Sectio I. *Quòd Adam ſibi, omnibusque ab ipſo deſcendentibus, per originale peccatum, graue ſuper collum iugum impoſuerit.* 111

II *Quòd Chriſtus hominem à præfato iugo liberaturus adueniens ſingulari modo Mariam Virg. ne videlicet eius collo per originalem culpam imponeretur, liberarit.* 114

III *Sequitur idem argumentum, ac Mariam ſemper V. communi, cęterarum mulierum legi peccati minimè fuiſſe obnoxiam, firmius adhuc roboratur.* 119

Caput Quintum decimum.

Maria V. vna ex nonaginta nouem ouibus in deſerto relictis, dum Dominus centeſimam errantem perquireret.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto.

Nonne relinquit nonaginta nouem oues in deſerto?

Sectio I. *Quòd Maria Virgo in montibus excelſis cum Angelis, & Iuſtis habitauerit.* 123

II *Dilucidatur parabola de Oue centeſima, quæ errauit; ac nonagintanouem, quas Dominus in deſerto reliquit: Atque hinc Mariam V. ab originalis culpæ labe immunem ſeruatã fuiſſe oſtenditur.* 125

III *Sequitur idem argumentum, quo Mariam ſemper Vir. omni proſrus actuali, ac originali peccato caruiſſe adhuc clarius demonſtratur.* pag. 130

Ca-

Caput Sextumdecimum.

Maria Virgo ſplendor lucis æternæ.

Splendor eius vt lux erit. pag. 134

Caput Decimum ſeptimum.

Maria Virgo ſignum magnum, pag. 139

Caput Decimum octauum.

Maria Virgo cæleſtis Hieruſalem.

Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de Cælo.

Sect. I. *Quòd hoc loco, nomine Hieruſalem de Cælo deſcendentis intelligatur B Virgo.* 142

II *Mariam Virg. in ſui Conceptione ex præmiſſis Immaculatam fuiſſe concluditur.* 147

Caput Decimum nonum.

Maria Virgo Cæleſtem Chriſti, non terrenam Adæ imaginem portauit.

Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam.

Sect. I. *Quòd homo cæleſti Dei imagine ac ſimilitudine in ſua creatione ornatus, eandem imaginem peccando depoſuerit, ac terrenam peccati aſſumpſerit.* 149

II *Sequitur idem propoſitum: probaturq; ex doctrina B. Pauli Apoſt. imaginem cæleſtem eſſe imaginem iuſtitiæ & innocentiæ, terrenam autem contra eſſe imaginem peccati originalis & culpæ.* 153

III *Quòd Deus Cæleſtem in B. Virgine imaginem ab ipſo diuinitus impreſſam geſtauerit, ac ſubinde non ſolum ab omni originalis culpæ labe immunem eam ſeruauerit, verum etiam innocentiæ dono exornauerit.* 156

Caput Vigeſimum.

Maria Virgo ex Deo nata.

Qui natus eſt ex Deo, non peccat, pag. 164

Caput Vigeſimum primum.

Illuſtratur ad extremum Immaculatæ Virginis encomium argumentis à Philoſophia, & Theologia acceptis.

Sect. I. *Congruum fuiſſe B. V. ab omni labe peccati immunem ſeruari.* 167

II *B. Virginem ſeruandam fuiſſe ab omni labe immunem, vt ſanctitatem & iuſtitiam, ex ui conceptionis, ad filium transfundere valeret.* 173

III *Spiritus Sanctus ſuperuenit in Virginem obumbrans ei in hora conceptionis præſeruando eam ab omni peccato; de*

qua Chriſtus ſine peccato originali erat naſciturus. 182

IV *Confirmatur adhuc propoſitum argumentum; atque ex doctrina D. Pauli, principiiſq; S. Thomæ Mariam ab originali peccato præſeruandam fuiſſe demonſtratur.* 189

V *Soluitur quædam occurrens obiectio: ac propoſiti vis argumenti roboratur.* 192

VI *Maria Virgo puriſſimum lac conceptæ proli ſugendum obtulit: Atque hinc ſuperioris arg. vis dilatatur.*

Caput Vltimum.

Rediguntur ad formam ſyllogiſticam prædicta omnia argumenoa, quò faciliùs & clariùs eorum vis, & neruus cognoſcatur. 208

NO

NOVVM

DE IMMACVLATA VIRGINIS CONCEPTIONE ENCOMIVM.

Maria Virgo ſolium excelſum, & eleuatum, in quo Dominus ſedet.

Introducitur celebris ad Immaculatæ Virginis encomium promouendum locus, Iſaiæ 6.

Vidi Dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum, & eleuatum, &c. Cap. 1.

Quid huiuſce nomine ſolij hoc loco intelligatur.

Expoſitio prima S. Bernardi Sect. 1.

HÆC ſanè viſio precioſa fuit, & mirabilis, quippè quam vnus Iſaias, ſicut notauit egregiè Sanctus Bernardus hac vice conſpicere dignatus eſt; alias quidem Dominum ſe vidiſſe Propheta teſtatus eſt, inquiens: *Vidimus eum, & non erat aſpectus eius*; atqui non ſe ſolum, ſed & alios tunc conſpexiſſe apertè commemorat: quod & idem Sanctus Bernardus tan-

D. Ber. ſer. 1. de verbis.

Iſaiæ vidi Dominum & ſer. 5.

git dicens : *ibi vidimus, ait Propheta, in plurali : hic vidi in ſingulari; & illa quidem communis viſio, hęc autem tam ſingularis, quàm ſublimis* : Fuit autem, tota viſio de gloria Domini Saluatoris, quemadmodum, aſſerunt ferè omnes expoſitores, pręſertim, Sanctus Hieronimus, & Bernardus, qui & colligunt ex verbis Ioannis aientis; *hęc dixit Iſaias : quando vidit gloriam Dei* : quamobrem quis nam, fuerit dominus ſedens; inde facilè colligimus: nimirùm filius Patris Dominus Ieſus, qui viſus eſt Iſaię ſedés: hoc eſt in habitu regnantis; neq; de hoc vlla inter Doctores cernitur cõtrouerſia. Porrò maior ſuboritur difficultas, quid ſolij nominè à Propheta hoc loco intelligatur? & nè libera nobis errandi tribueretur facultas, additum eſt, *Excelſum, & eleuatum*; pleraſq; nilominùs Commentatores huiuſcè Solij ſignificationes deriuant, vt hic apponere libeat illud Hieronimi. *Apud diuerſos diuerſa legi, & debeo ſingulorum opiniones ponere*; vt inter tantam opinantium diuerſitatem quod tandem vero ſimilius viſum fuerit, facilius amplexari contingat.

S. Ber. vbi ſupra. D. Hieron. ad locum Iſaiæ, & Epi. 142. Io. 12.

S. Hier. l. 4. com. ad 23. Mat.

D. Ber.

Prima expoſitio peti poteſt ex D. Bernardo; qui per quinq; elegantiſſimus Sermones præfatum Iſaiæ vaticinium pertractans, multaq; de mirabili eius Viſione diſceptans, præmiſſa quadam obſeruatione, nempè ſolium, cui Dominus à Propheta inſidere perhibetur, haud eſſe corporeum, cùm nec ipſe Dominus aliqua corporeę figuræ mole præditus ſit, primò loco, & Sermone per ſolium iſtud Excelſum, & eleuatum, vtranq; rationalem naturam, Angelicam videlicet, & humanam, Angelicamq; in verbo illo, *Excelſum*, humanam porrò in illo, *Eleuatum*, intelligi oportere aſſeuerat; quod nimirum Angelica, quæ nunquàm cecidit, ſimpliciter excelſa, humana autem, quæ lapſa eſt, eleuata potius fuiſſe cenſeatur. Verba Sancti Doctoris, ſi libet, audiamus. *Quid putamus*, inquit, *quale eſt ſolium iſtud fratres? neq; enim Altiſſimus in manifeſtis, aut manufactis inhabitat; nulla omninò corporalis materia apta tanto ſolio, tanto habitatori videtur: viuis eſt conſtruenda lapidibus fabrica ſpiritualis, quam vera, & æterna vita ſua in habitare dignetur; quod ſi minus tanto ædificio Angelica Creatura præuaricatorum vtiq; minorata præcipitio apta inuenitur, ſuſcitet certè de terra inopem, & de puluere erigat pauperem, vt collocet eum cum Principibus, & ſolium gloriæ compleat, & fortaſſis ipſe, qui vidit, non modo excelſum ſolium, ſed & eleuatum deſcribit, vt proindè, & Angelorum ſtabilis celſitudo, & hominum miſericors eleuatio deſignetur*, ſic Sanctus Bernardus, vt indè clarius percipiatur, ſolium iſtud Prophetæ oſtenſum Angelos eſſe, & homines, quatenus ex hominibus à miſeria miſericorditer eleuatis Angelorum ruina reparatur;

tur, & Ciuitas cælorũ, vbi Deus in mentibus electorum ſuorũ inhabitat, conſumatur; quoniam verò beati cæleſtis illi Spiritus nunquam, ceciderunt, ſed ſtabiles perſtiterunt, homines autem ceciderunt, ac rurſum, diuina gratia cooperante, ſurrexerunt? idcircò congrue ſolium Dominicum excelſum, & eleuatum appellatur. Cæterum quia iſta eſpoſitio non partum ex eo perperi poſſe videtur difficultatis, quod ſuprà, ceù circa ſolium, cui dominus inſidebat, Seraphim ibidem à Propheta ſtare aſſeruntur (quomodo enim fieri poteſt, vt Angeli ſolium circumſtent, qui ſolium ipſum ſunt, & cõſtituunt) ob quam cauſam S. Hieronimus ep. 142. ad Damaſ. Chriſtum Ieſum, ac Spiritum Sanctum nomine duorũ Seraphim ſtãtium circa Solium, prout quidam tam Græci, quam Latini, vt ipſe S. Hieron. Ibid. ſcribit, interpretati ſunt, intelligi minimè poſſe oſtendit; cum.n. Chriſtus ipſe ſit, qui ſuper ſolium ſedet, ille idem eſſe haud quaquam putandus eſt qui circa ſolium à Propheta ſtare aſſeritur idcircò relinquentes eam ſuæ probabilitati, aliam congruentiorem ad inuenire tentemus. Profectò ipſemet Sanctus Doctor Serm. 5. eidem inſiſtens obſeruationi, nomine Solij ſolam Angelicam ratus eſt deſignari poſſe naturam; vnde, & lectorem tali ſermone compellat; *diſce ex his, quæ audis ſolium non machinam imaginari corpoream, ſed Angelicam intelligere Creaturam: hoc planè ſolium gloriæ eius excelſum per naturam fecit eos natura condicionis, eleuatos gratia confirmationis; hæc* ille; quibus congruunt, quæ S. Thom. in fine 4. lib. ſent. ſcripta reliquit; ſed & hæc interpretatio eadem, qua prior difficultate laborat. *S.Tho.*

Quid nomine Solij intelligatur, aliorum expoſitio.

Sect. 2.

Quoniam igitur nomine Solij neq; ſola Angelica, neq; Angelica ſimul, & humana, ſublata omni difficultate, poteſt intelligi Creatura; propterea aliorum ſententiam eſt, nomine ſolij à Propheta excelſi, & eleuati nuncupati humanam ſolummodo accipiendam eſſe Naturam, quod videlicet Dominus Ieſus eatenùs eidem humanæ dicatur inſediſſe naturæ; quatenus in vtero virginali noſtræ vnitus carni eam tanquàm ſolium, in quo regnaturus Sederet, aſſumpſit: dicitur verò Natura hæc excelſa in ſe, eleuata autem per gratiam in Chriſto, & eo vſque per beatam illam vnionem, vt dignum Dei ſolium, cui circumſtantes Angeli Sanctus Sanctus, Sanctus, proclamant, inueniretur; Videtur autem huiùs opinionis fuiſſe Sanctus Griſoſtomus: quando quidem curiosè perquirens, quomadmodum omnis terra gloria, Dei plena *S. Griſoſt. de verbi Iſaia.*

na fuiſſe dicatur (quod protinùs Iſaias adiecit) tunc temporis id eueniſſe affirmat, quando Canticum illud de cœlis in terras fuit delatum, hominesq; cum illis ſupernis virtutibus vnum, & eumdem inſtituere Chorum, quod vtique in Incarnatione Domini factum fuiſſe clarè ex ſcriptura conijcimus; ſed & idem Sanctus Doctor iterum eadem Iſaiæ verba perpendens, ſic de ſedenti in Throno excelſo, & eleuato diſcurrit: *Verè Sanctus qui noſtram Naturam tantis, ac talibus miſterijs dignatus eſt*, tantis vtique, mea ſententia, dicit, vt excelſum Dei ſolium conſtitueret: Idipſum ex parte docet Sanctus Bonauentura in quarto dubio vltimo litterali; & Liranus, dùm in effigie hominis ſedentis Deum in perſona Filij humanandum ſignificari aſſeuerant: & eſt ſatis congrua interpretatio: quamuis ſuis non careat difficultatibus: ſi enim loquamur de natura humana in ſingulari, aſumpta à Verbo, illud opponi poteſt, quod Dominus ſedens ſit ipſe Deus iam Incarnatus, qui alteri non ſibi inſidere dicitur: aliud namque eſt ſedes, aliud ſedens: ſi verò de natura humana in vniuerſali, hæc totius Trinitatis, non ſolius Filij ſolium eſſe continuò dignoſcitur. Porrò Sanctus Tho. vbi ſupra refert Beatum Dioniſium aſſerentem, perſedentem inſolio ipſum Deum: per ſolium verò excelſum ipſam diuinæ naturæ eminentiam præſignari; ſed cum inter Deum, & diuinam Naturam nulla prorſus differentia inueniatur: ob quam Deus ſedens; & Natura ſedes congruè appellari poſſit: ſic iſta, ſicut & aliæ, ſuam habet difficultatem.

Ibi.

S. Bon.
Liranus ad locũ Iſa.

S. Tho.
S. Dion.

Abbas Rupertus de hoc ſolio, & Domino ſedente, his ſimilia protulit. *Quis dubitet hic Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriam prædicari; & Prophetam hic de eo loqui? Ergo vidi Dominum &c. ideſt vidi prophetali oculo Dominum omnium Ieſum Chriſtum, gloria, & honore coronatum, ſuper omnes cęlos eleuatum, & receptum in paterna dextera conſceſſum*: hæc ille, quibus quid ipſe de ſolio ſentiat, non obſcurè declarat, ſolium enim hoc excelſum, & eleuatum, eſt dextera Patris, cui Filius è terris ad cœlum exaltatus gloria, & honore coronatus, glorioſus aſſiſtit: huic verò expoſitioni refragatur, quòd iuxta S. Hieronimum, D. Bernardum, & alios de ijs, quæ Chriſtus in terris habuit, Propheta effatur.

Ruper. ibi ad locũ Iſa.

S. Hier.
S. Bern.
vbi ſup.

Quod nomine Solij intelligatur Beata Virgo Maria, Et quomodò dicatur excelſa, & eleuata, Vltima aliorum expoſitio. Sect. 3.

PErſpectis vndique, ac perpenſis aliorum Sententijs, quoniam ſingulæ licet multum probabiles, & piæ non nihil tamen, ſecum ingerunt difficultatis:

tis : reliquum eſt, vt aliam ſi forte inuenire contingat probabiliorem gloſſam inquiramus; in cuius rei gratiam duo hic veluti certa, & irrefragabilia ſupponenda ſunt : primum eſt perſonam hic in ſede conſpectam eſſe perſonam Filij, Verbum Patris iam humanatum : ac de ipſius gloria, quam in terra, dum cum hominibus incarne vitam degeret habuit, verba componi. Secundum eſt, non abſque miſterio, ſolium à Propheta excelſum ſimul & eleuatum fuiſſe nominatum, quibus ſuppoſitis eam huic ſcripturæ omnium congruentiſſimam gloſſam eſſe opinamur, quam habent Sanctus Bonauentura ſupracitato loco, & clariùs in ſpeculo, Beatæ Mariæ lect. 7. ac quodam opuſculo de eccleſiaſtica Hierarchia inſcripto parte 4. capit. vltimo : Cui concordat Vgo Cardinalis tum ad prefatum Iſaiæ locum, tum ad 14. Ieremię vbi huiuſcè ſolij iterum mentio habetur, nec longè abeſt Sanctus Ioannes Damaſcenus orat. 2. de Dormitione Mariæ, quo loco ſic Virginem interpellat *Tu es ſolium illud regium, cui aſtiterunt Angeli, Dominum, & effectorem inſidentem cernentes*, nempè ſolium iſtud eſſe Beatam Virginem, in cuius vtero tanquam in ſolio Excelſo, & eleuato Dominus ſedere dignatus eſt: quod quidèm ſolium alijs Verbis, ijſdem ferè Doctoribus Teſtibus, apud Ieremiam 17. *ſolium gloriæ altitudinis* nuncupatur.

S.Bon.
Hugo.
Hier.
S. Ioan.
Hier.

Deficiet autem me tempus, ſi de Ambroſio, Auguſtino, Athanaſio, Epiphanio, Ephrem, Eſichio, Griſoſtomo, Petro, Damiano, Bernardo, Ruperto, Idelfonſo, Antonino, Bernardino, Method. & alijs ſexcentis dicere voluero, qui eodem ſenſus ſæpè ſæpius Mariam ore pleno, Thronum, Solium : & ſedem, nuncupare conſueuerunt : illud ſolum adiungam, ferè vbique locorum, tàm apud Patres, quàm apud ſcripturam, nomini ſolij, & Throni ferè ſemper epitethon altitudinis, vel celſitudinis adiungi ſolère : prout cuilibet in diuina ſcriptura, ac Patribus, vel mediocriter verſato, facillimum eſt conſpicari, ità vt tandèm totum : iſtud Iſaiæ vaticinium, abſque vlla ambiguitate, & ſuſpicione, de ineffabili Filij Dei in vtero Virginis matris habitatione extiterit : ſiue autem hæc tantorum patrum interpretatio, prout præfatæ ſcripturæ ſenſum ad Mariam ſemper Virginem referendum inſinuant, quam veluti congruentiſſimam amplectimur, ſit allegorica ſiue moralis : annagogica, ſiue litteralis, per miſticam accomodationem, aut germanam expoſitionem, ſufficit quod vno, aut altero apte de ea explicari valeat, & quidem quod nomine ſolij hæc precioſiſſima mulier congruentiſſime accipi poſſit (ſecluſa etiam tantorum patrum auctoritate) illud cum primis facile declarat, quod in toto ſcri-

pturarum contextu excelſus Dei
trhonus, ſedes, ſolium, ac taber-
naculum nuncupatur, vnde & illa
Pſal. verba & Pſ. 88. ſumpta: *& trho-*
nus eius ſicut ſol in conſpectu meo, &
ſicut luna perfecta in eternum. quæ
Vatab. Vatablus traducit: *& ſolium eius*
coram me vt ſol perſtabit, firma vt
S.Bon. *luna manebit*. S. Bonau. in ſpeculo
3. Reg. Beatæ Virginis lec. 8 ſicut lec. 7.
illa alia. 3. Reg. 8. *edificaui domum*
in habitaculum tuum firmiſſimum ſo-
lium tuum in ſempiternum mire ad
Beatam Virginem accomodat:
Hugo ad Pſ. 88. atque eodem fere modo Hugo
Cardinalis eadem Pſ. 88. ad ean-
dem Virginem elegãter adaptat,
Eccleſ. ſicut & illa eccleſiaſti. 24. *trhonus*
3. Reg. *meus in columna nubis* & illa. 3. Re.
10 *fecit ſibi Rex Salomon trhonum*
de ebore grandem atque, vterque,
ibidem multa præclare de Virgi-
ne glorioſa ſub nomine trhoni, &
ſolij reſpectiue deſcribit, quæ qui
libet, ſi ita ei videbitur, apud ipſos
videre poterit: hoc vnum ipſe ex
Hugone tranſcribam, ſic nimi-
rum Beatam Virginem excelſum
Dei trhonum fuiſſe, vt nullus,
præter Chriſtum Regem in ea
conſederit: ſicut. n. in trhono il-
lo Salomonis ſolus Rex ſedit: ſic
in Beata Virgine ſolus Chriſtus.
quare illud de Virgine accipi po
teſt, quod infra octauam Epiph.
in Dominica ad introitum Miſſæ
ad Chriſtum Regem ex Virgine
natum ſolemniter cãtat Eccleſia.
in excelſo trhono vidi ſedere virũ. Ac
cedit, quod Dominus Ieſus nulli
alij ſolio congruentius inſediſſe
facile comperietur: verbum. n. ca
ro factum ſedit in vtero Matris
Mirabiliter collocatum *& ſi, qui*
dem, ſedes eſt ſapientiæ anima iuſti,
quam dignior ſedes Angeli. Santi:
arguit a Fortiori S. Bernardus: S.Ber. Ser. 5.
cur non libeat mihi vlterius ſub
eadem forma aſſerere, quam di-
gnior, & congruentior Mater
Sanctiſſima: denique Beata Vir-
go vere vna eſt, cui vtraque ſolij
conditio ſimul a Profeta annun-
ciata, quod nempe excelſum ſi-
mul & eleuatum exiſtat ex æquo
cõuenire dignoſcitur, quod vt cã-
didius oſtendamus, duo potiſ-
ſimum rememoranda ſunt: al-
terum excelſum & eleuatum, vti
nos admonent Griſoſtomo & Vbi ſup.
Bernar. ad duas diuerſas huiuſce
ſolij proprietates exprimendas
poſita eſſe: excelſum autem ea-
tenus dicitur, quia caſum aut de-
iectionem neſcit: eleuatum qua-
tenus maiorem quandam erectio
nem: & eleuationem accumulat:
Alterum bifidam in vniuerſum
poſſe intelligi, aliquid eleuari:
ſeu a deiectione ſimpliciter: quo
ſane pacto eleuari dicitur, & ſur-
gere, quod cecidit: ſeu a minori
ad maiorem celſitudinem: ho-
rum exempla ſunt apud Theolo-
gos valde accomodata: ſi quan-
do contingit peccatorem a ſtatu
culpæ ad ſtatum gratiæ miſeri-
corditer eleuari, iſta eleuatio di-
citur adiectione ſimpliciter: ſin
autẽ contingat iuſtum, & inocen-
tem ab vno iuſtitiæ gradu ad al-
tiorem eleuari, iſta à minori ad
maio-

maiorem erectionis ſtatum eleuatio dicitur illa ſẽper ſupponit caſum; iſta nequaquam. Quantum igitur ex textu verborum competenter libet inferre, eleuatio de profetico ſolio non priori illo, ſed poſteriori modo intelligẽda eſt: prius namque ponitur *excelſum*, deinde, *eleuatum*, ergo eleuatio iſta non a deiectione ſimpliciter, ſed a minore potius ad maiorem celſitudiuem. His ita conſtitutis ad ſenſum verborum deriuandum accedamus.

Dominus ſuper ſolium in habitu regnantis ſedens eſt Chriſtus Ieſus in vtero virginis matris mirabiliter collocatus, qui ſedere dicitur, quia in ipſo virginali vtero Rex iam Iudeorum erat cõceptus, & natus; ſolium, in quo ſedere deſcribitur eſt ipſa Beata Virgo; quod vtque ſolium bene excelſum ſimul, & eleuatum dicitur excelſum ſiquidem fuit hoc ſolium non ſolum, vt ait S. Bon. *Vbi ſup.* *quia ſupra conditionem naturæ conceptæ a fomite liberatum* verum etiam, vt Huc Bernardi conſiderationem pertraham, quia numquam cecidit, ſed ſolida cum Angelis ſtabilitate permanſit; eleuatum quia ad copioſiorem ſubinde gratiæ ſtatum erectum, atque vt ait S. Bon. quia ſupra hominem, ne peccandi haberet poteſtatem fuit per gratię beneficiũ confirmatum; vt hinc ſtabilis Mariæ celſitudo, & maior ſubinde ipſius eleuatio, & confirmatio deſcribatur, ſtabilis enim fuit, & excelſa; quia numquam cecidit; eleuata: quia ad copioſiſſimum inſuper gratiæ donum prouecta eſt. Quocirca ex hoc Iſaiæ præconio encomiũ de immaculata Virginis conceptione non parum illuſtratur hoc itaque eſt grande miſterium, quod vidit Iſaias, Mulierem ſcilicet Dominum in vtero tanquam in altiſſimo ſolio geſtantem. ex cuius rei mirabilis intuitu obſtupefactus profeta obmutuit; vnde & dixit, *Væ mihi, quia tacui.* vere tacuit, qui mundo tantum, ac tale miſterium non reſerauit. Subdit autem Profeta, Angelos ſolium circumſtantes in Dei laudes conflagrantes triſagium illud ſacroſanctum & adorandum cecini ſſe. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus excercituum: plena eſt omnis terra gloria eius*; ac ſi apertius diciſſent, nunc mulier, quæ terra rudis eſt: terra, inquam, illa, quæ germinauit Saluatorem, repleta eſt gloria Domini: vere numque in hac Sancta muliere gloria Dei ſic com pleta eſt, vt ipſius Domini excercituum, ſacerrimæ nimirum Trinitatis complementum exiſtat, quando nihil, quam ſanctitatem, & iuſticiam, ac innocentiam portauit *caterius igitur* inquit. Sanctus Bernardus, *replebitur maieſtate Domini terra noſtra, quando prorſus de medio fiet & omnis peccati ſenſus, & debitum mortis quod tunc fiet*; *Ser. 2. in verbis Iſa.* iuxta eundem. Sanctum Doctorem, quando caro noſtra gloria immortalitatis reſurgendo ve-

ſtietur; ſed nos iam in Beata Virgine ab inſtanti conceptionis ſáctum fuiſſe aſſerimus, vnde Iſaias excelſum eam ſolium, & eleuatum iure nuncupauit; quia enim nunquam cecidit, propterea de medio factus eſt & omnis peccati ſenſus ac debitum mortis vtrunque enim ſimul recte connectitur quia vt idem Bernardus alibi eleganter aduertit, vbi peccatum non eſt, nec debitum alicuius pœnæ & mortis; vnde eſt illud Richardi Victorini l.2. de Emanuel c. 28. vbi oſtenſo, in Maria remanſiſſe pœnam, non culpam mox per modum dubitantis hæc verba ſubnectit, *quæ cauſa quæſo, quæ ve iuſtitia, vt remaneat pœna vbi iam nulla eſt culpa*, & ſtatim dubitationi occurrens concludit, pœnam non ex debito culpæ ſed ex conditione naturę in Maria manſiſſe.

S. Bern. Hom. 10. Super qui habitat

Rich. Vict.

Quanquam vero ſolium ab Iſaia præuiſum excelſum fuerit, & eleuatum, ſub ipſo tamen domino perſtitit; ſi enim Dominus ſuper ſolium ſedet, vtique ſolium ſub ipſo eſt, vti pulchre notauit. Sanctus Bernardus: in quo mire commendatur humilitas; & ſubiectio Beatæ Mariæ ad Deum, quæ cum adeo excelſa fuerit, & eleuata: nilominus tanquam ancilla Deo ſemper libere ſubiecta eſſe voluit nam ſola hæc ſubiectio a voluntaria humilitate procedens & charitate apud Dominum comprobatur: tandem circumſtabant ſolium ſeraphim: ſic quippe exponunt comuniter Doctores, Griſoſtomus, Hieronimus, & alij legentes *in circuitu ſolij*; ſeu *circa ſolium* vbi nos legimus *ſuper ſolium*. neque enim Angelos cum Domino ſuper ſolium ſedere, ſed potius circa ſoliũ ſtare congruum erat: quia ab inſtanti conceptionis vſque cum diem extremam clauſit Beata Virgo Maria Angelorum pręſentia, qui illi coronam faciebant, fuit a Deo mirifice cohoneſtara; & hæc de gloria, & eminentia huius profetici ſolij, quantum præſens argumentum exigit, ſcripſiſſe ſufficiat, quod quam congruum, & efficax ſit ingenio, ac ſubtilitati legentium conſiderandũ relinquo; dum ego alia ad maiorem totius diſcurſus roborationem teſtimonia adiungo· huc enim mire accinit, me iudice, quod in libro Heſter typice legitur, quod ſcilicet omnibus, ac ſingulis Regis famulis, qui in foribus palatij verſabantur cadentibus ac ſimul ſuperbũ Aman adorãtibus ſolus Mardocheus natione hębreus, vt ex ipſo textu habetur expreſſe: nec nõ & Heſter: vti ex ipſo textu non obſcure deducitur; nullatenus cecidiſſe, aut adoraſſe deſcribuntur, & quia Mardocheus Chriſti: Heſter vero Mariæ figuram detulit: inde patenter eruitur, Chriſtum ſolum, ac eius dulciſſimam Genitricem (Mariam reliquis omnibus, quantumcunque Regi charis, & ſeruis cadentibus) nullatenus cecidiſſe, aut ſerpentem ado-

S. Ber. Ser. 5.

S. Griſ. S. Hier. vbi ſup.

Heſt. 3.

adoraſſe: hæ namque veluti duæ columnæ in veſtibulo Palatij Regij erectæ ſtabiles iugiter perſtiterunt: quod cum de Chriſto certiſſimum ſit, pariter de Maria his verbis Beatus Petrus Damianus indicauit; *ſola illa Mater, & filia Creatoris nec deſcendit nec cecidit*; preme illud, *ſola* & illud, *nec cecidit* ſatis enim indicant, Mariam Virginem, præcæteris omnibus, ex ſingulari Dei priuilegio originalis culpæ caſui minime fuiſſe ſubiectam. Iure propterea merito. S. Mater Eccleſia Mariæ nomen illud, quod ſolius Dei proprium eſſe ſcriptores indicarunt, comunicauit glorioſam eam, ac Dominam excelſam appellans *O glorioſa Domina excelſa ſuper ſidera.* Contenderunt iam olim Ariani, nomen excelſi ita ſolius patris eſſe proprium, vt alij perſonæ Diuinæ attribuere nefas aſſerere non dubitarint: ſed nulla id eis ratione permittendum: quos propterea. SS. Ambroſius, Hieronimus, & Auguſtinus mire confutarunt plurimis ſcripturarum teſtimonijs eiuſmodi nomen æterno Dei Filio conuenire demonſtrantes: Inter Catholicos porro tractatores Agellius Epiſcopus Acernenſis in ſuis commentarijs ſuper Pſal. tractans illud Pſal. 88. *& ego primogenitum ponam illum excelſum præ Regibus terræ* quod Aquila apud eundem præclare, ait ille, vertit. *Altiſſimum Regibus terræ* oſtendit, Hebræos fruſtra laborare, vt ea, quæ in dicto pſalmo per Profetam narrantur Salomoni accomodanda eſſe declarent: quippe nomen excelſi, ſeu Altiſſimi (vtrouis enim modo redditur ex voce hebræa *Helion* vnde promiſcue in ſcripturis vnum pro altero, & contra collocatur) nulli creatæ perſonæ in ſcriptura comunicatum vnquam fuiſſe inuenitur quare conceſso etiam, aliqua ibidem a Profeta in medium allata Salomoni, vt hæbrei contendunt, poſſe competere; nilominus ex vſu ſolius nominis *excelſi*, eos de falſo ſe poſſe conuincere prefatus Auctor opinatus eſt: atque hoc vtitur diſcurſu; *ſed vt illis hæc omnia concedamus hoc vnum dicant, vbinam excelſus de homine quamuis prepotēti, quamuis opibus & gloria inſigni dictum ſit in eorum litteris; dicant inſuper, vbi hoc nomen, cum de perſona aliqua dicitur de alio, quam de Deo dictum reperiatur: ſi igitur nunquam de homine aliquo, quamlibet magno, & inſigni Helion, ſiue excelſus dictum reperitur, ſi quod caput eſt, nūquam niſi de Deo, cur hoc loco nomen quod ſemper in ſacris litteris Deo tribuitur, Salomoni accomodare conantur hactenus ille &* fortaſſe non aliunde, quam ex Sancto Hieronimo accepit, quippe qui quibusdam ab eo ſiſcitantibus: vt ſingula nomina Deo propria proponeret, ac eorundem ſenſum digereret, epiſtolam breuem quidem, ſed grauem exarauit, in qua eiſdem ſatisfacere volens decem nomina, ac quinto loco Helion proponit ſic fatus

Petrus Dam. a. Ser. de aſſumpt. Virg.

Him. ad lau. officij. parui Bea. Virg.

S. Amb. de fide 3. p. c. 2.

S. Hie. ad P. 88

S. Aug. l. 2. contra Max. c. 5.

Agelli. ad Pſ. 88.

S. Hier. Epiſ. 136.

quin-

qua Chriſtus ſine peccato originali erat naſciturus. 182
IV Confirmatur adhuc propoſitum argumentum; atque ex doctrina D. Pauli, principijſq; S. Thomæ Mariam ab originali peccato præſeruandam fuiſſe demonſtratur. 189
V Soluitur quædam occurrens obiectio: ac propoſiti vis argumenti roboratur. 192
VI Maria Virgo puriſſimum lac conceptæ proli ſugendum obtulit: Atque hinc ſuperioris arg. vis dilatatur.

Caput Vltimum.

Rediguntur ad formam ſyllogiſticam prædicta omnia argumenoa, quò faciliùs & clariùs eorum vis, & neruus cognoſcatur. 208

NOVVM DE IMMACVLATA VIRGINIS CONCEPTIONE ENCOMIVM.

Maria Virgo ſolium excelſum, & eleuatum, in quo Dominus ſedet.

Introducitur celebris ad Immaculatæ Virginis encomium promouendum locus, Iſaiæ 6.

Vidi Dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum, & eleuatum, &c. Cap. 1.

Quid huiuſce nomine ſolij hoc loco intelligatur.

Expoſitio prima S. Bernardi Sect. 1.

HÆC ſanè viſio preciosa fuit, & mirabilis, quippè quam vnus Iſaias, ſicut notauit egregiè Sanctus Bernardus hac vice conſpicere di- (D. Ber. ſer. 1. de verbis.) gnatus eſt; aliàs quidem Dominum ſe vidiſſe Propheta teſtatus eſt, inquiens: *Vidimus eum, & non erat aſpectus eius*; atqui non ſe ſolum, ſed & alios tunc conſpexiſſe apertè commemorat: quod & idem Sanctus Bernardus tan- (Iſaiæ vidi Dominum & ſer. 5.)

 git

git dicens: *ibi vidimus, ait Propheta, in plurali: hic vidi in ſingulari; & illa quidem communis viſio, hęc autem tam ſingularis, quàm ſublimis*: Fuit autem, tota viſio de gloria Domini Saluatoris, quemadmodum, aſſerunt ferè omnes expoſitores, pręſertim, Sanctus Hieronimus, & Bernardus, qui & colligunt ex verbis Ioannis aientis; *hęc dixit Iſaias: quando vidit gloriam Dei*: quamobrem quisnam, fuerit dominus ſedens, inde facilè colligimus: nimirùm filius Patris Dominus Ieſus, qui viſus eſt Iſaię ſedẽs: hoc eſt in habitu regnantis; neq; de hoc vlla inter Doctores cernitur cõtrouerſia. Porrò maior ſuboritur difficultas, quid ſolij nomine à Propheta hoc loco intelligatur? & nè libera nobis errandi tribueretur facultas, additum eſt, *Excelſum, & eleuatum*; pleraſq; nilominùs Commentatores huiuſcè Solij ſignificationes deriuant, vt hic apponere libeat illud Hieronimi. *Apud diuerſos diuerſa legi, & debeo ſingulorum opiniones ponere*; vt inter tantam opinantium diuerſitatem quod tandem vero ſimilius viſum fuerit, facilius amplexari contingat.

S. Ber. vbi ſupra

D. Hieron. ad locum Iſaia, & Epi. 142.

Io. 12.

S. Hier. l. 4. com. ad 23. Mat.

D. Ber.

Prima expoſitio peti poteſt ex D. Bernardo; qui per quinq; elegantiſſimus Sermones præfatum Iſaiæ vaticinium pertractans, multaq; de mirabili eius Viſione diſceptans, præmiſſa quadam obſeruatione, nempè ſolium, cui Dominus à Propheta inſidere perhibetur, haud eſſe corporeum, cùm nec ipſe Dominus aliqua corporeę figuræ mole præditus ſit, primo loco, & Sermone per ſolium iſtud Excelſum, & eleuatum, vtranq; rationalem naturam, Angelicam videlicet, & humanam, Angelicamq; in verbo illo, *Excelſum*, humanam porrò in illo, *Eleuatum*, intelligi oportere aſſeuerat, quod nimirum Angelica, quæ nunquàm cecidit, ſimpliciter excelſa, humana autem, quæ lapſa eſt, eleuata potius fuiſſe cenſeatur. Verba Sancti Doctoris, ſi libet, audiamus. *Quid putamus, inquit, quale eſt ſolium iſtud fratres? neq; enim Altiſſimus in manufeſtis, aut manufactis inhabitat; nulla omninò corporalis materia apta tanto ſolio, tanto habitatori videtur: viuis eſt conſtruenda lapidibus fabrica ſpiritualis, quam vera, & æterna vita ſua in habitare dignetur; quod ſi minus tanto ædificio Angelica Creatura præuaricatorum vtiq; minorata præcipicio apta inuenitur, ſuſcitet certè de terra inopem, & de puluere erigat pauperem, vt collocet eum cum Principibus, & ſolium gloriæ compleat, & fortaſſis ipſe, qui vidit, non modo excelſum ſolium, ſed & eleuatum deſcribit, vt proindè, & Angelorum ſtabilis celſitudo, & hominum miſericors eleuatio deſignetur*, ſic Sanctus Bernardus, vt indè clarius percipiatur, ſolium iſtud Prophetæ oſtenſum Angelos eſſe, & homines, quatenus ex hominibus à miſeria miſericorditer eleuatis Angelorum ruina reparatur;

tur; & Ciuitas cælorũ, vbi Deus in mentibus electorum ſuorũ inhabitat, conſumatur; quoniam verò beati cæleſtis illi Spiritus nunquam, ceciderunt, ſed ſtabiles perſtiterunt, homines autem ceciderunt, ac rurſum, diuina gratia cooperante, ſurrexerunt? idcircò congrue ſolium Dominicum excelſum, & eleuatum appellatur. Cæterum quia iſta eſpoſitio non parum ex eo perpeti poſſe videtur difficultatis, quod ſuprà, ceù circà ſolium, cui dominus inſidebat, Seraphim ibidem à Propheta ſtare aſſeruntur (quomodo enim fieri poteſt, vt Angeli ſolium circumſtent, qui ſolium ipſum ſunt, & cõſtituunt) ob quam cauſam S. Hieronimus ep. 142. ad Damaſ. Chriſtum Ieſum, ac Spiritum Sanctum nomine duorũ Seraphim ſtãtium circa Solium, prout quidam tam Græci, quam Latini, vt ipſe S. Hieron. Ibid. ſcribit, interpretati ſunt, intelligi minimè poſſe oſtendit; cum.n. Chriſtus ipſe ſit, qui ſuper ſolium ſedet, ille idem eſſe haud quaquam putandus eſt qui circa ſolium à Propheta ſtare aſſeritur idcircò relinquentes eam ſuæ probabilitati, aliam congruentiorem ad inuenire tentemus. Profectò ipſemet Sanctus Doctor Serm. 5. eidem inſiſtens obſeruationi, nomine Solij ſolam Angelicam ratus eſt deſignari poſſe naturam; vnde, & lectorem tali ſermone compellat; *diſce ex his, quæ audis ſolium non machinam imaginari corpoream, ſed Angelicam intelligere Creaturam: hoc planè ſolium gloriæ eius excelſum per naturam fecit eos natura condicionis, eleuatos gratia confirmationis; hæc* ille; quibus congruunt, quæ S. Thom. in fine 4. lib. ſent. ſcripta reliquit; ſed & hæc interpretatio eadem, qua prior difficultate laborat. *S. Tho.*

Quid nomine Solij intelligatur, aliorum expoſitio.
Sect. 2.

Quoniam igitur nomine Solij neq; ſola Angelica, neq; Angelica ſimul, & humana, ſublata omni difficultate, poteſt intelligi Creatura; propterea aliorum ſententiam eſt, nomine ſolij à Propheta excelſi, & eleuati nuncupati humanam ſolummodo accipiendam eſſe Naturam, quod videlicet Dominus Ieſus eatenùs eidem humanæ dicatur inſediſſe naturæ; quatenus in vtero virginali noſtræ vnitus carni eam tanquàm ſolium, in quo regnaturus ſederet, aſſumpſit: dicitur verò Natura hæc excelſa in ſe, eleuata autem per gratiam in Chriſto, & eo vſque per beatam illam vnionem, vt dignum Dei ſolium, cui circumſtantes Angeli Sanctus Sanctus, Sanctus, proclamant, inueniretur; Videtur autem hujus opinionis fuiſſe Sanctus Griſoſtomus: quando quidem curioſè perquirens, quomadmodum omnis terra gloria, Dei ple- *S. Griſoſt. de verbi Iſaia.*

na fuiſſe dicatur (quod protinùs Iſaias adiecit) tunc temporis id eueniſſe affirmat, quando Canticum illud de cœlis in terras fuit delatum, hominesq; cum illis ſupernis virtutibus vnum, & eumdem inſtituere Chorum, quod vtique in Incarnatione Domini factum fuiſſe clarè ex ſcriptura conijcimus; ſed & idem Sanctus Doctor iterum eadem Iſaiæ verba perpendens, ſic de ſedenti in Throno excelſo, & eleuato diſcurrit: *Verè Sanctus qui noſtram Naturam tantis, ac talibus miſterijs dignatus eſt*, tantis vtique, mea ſententia, dicit, vt excelſum Dei ſolium conſtitueret: Idipſum ex parte docet Sanctus Bonauentura in quarto dubio vltimo litterali; & Liranus, dùm in effigie hominis ſedentis Deum in perſona Filij humanandum ſignificari aſſeuerant: & eſt ſatis congrua interpretatio: quamuis ſuis non careat difficultatibus: ſi enim loquamur de natura humana in ſingulari, aſumpta à Verbo, illud opponi poteſt, quod Dominus ſedens ſit ipſe Deus iàm Incarnatus, qui alteri non ſibi inſidere dicitur: aliud namque eſt ſedes, aliud ſedens: ſi verò de natura humana in vniuerſali, hæc totius Trinitatis, non ſolius Filij ſolium eſſe continuò dignoſcitur. Porrò Sanctus Tho. vbi ſupra refert Beatum Dioniſium aſſerentem, perſedentem in ſolio ipſum Deum: per ſolium verò excelſum ipſam diuinæ naturæ eminentiam præſignari: ſed cum inter Deum, & diuinam Naturam nulla prorſus differentia inueniatur: ob quam Deus ſedens; & Natura ſedes congruè appellari poſſit: ſic iſta, ſicut & aliæ, ſuam habet difficultatem.

Ibi.

S. Bon.
Liranus ad locū Iſa.

S. Tho.
S. Dion.

Abbas Rupertus de hoc ſolio, & Domino ſedente, his ſimilia protulit. *Quis dubitet hic Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriam prædicari; & Prophetam hic de eo loqui? Ergo vidi Dominum &c. ideſt vidi prophetali oculo Dominum omnium Ieſum Chriſtum, gloria, & honore coronatum, ſuper omnes cęlos eleuatum, & receptum in paterna dextera conſceſſum*: hæc ille, quibus quid ipſe de ſolio ſentiat, non obſcurè declarat, ſolium enim hoc excelſum, & eleuatum, eſt dextera Patris, cui Filius è terris ad cœlum exaltatus gloria, & honore coronatus, glorioſus aſſiſtit: huic verò expoſitioni refragatur, quòd iuxtà S. Hieronimum, D. Bernardum, & alios de ijs, quæ Chriſtus in terris habuit, Propheta effatur.

Ruper. ibi ad locū Iſa.

S. Hier.
S. Bern. vbi ſup.

Quod nomine Solij intelligatur Beata Virgo Maria, Et quomodò dicatur excelſa, & eleuata. Vltima aliorum expoſitio. Sect. 3.

PErſpectis vndique, ac perpenſis aliorum Sententijs, quoniam ſingulæ licet multum probabiles, & piæ non nihil tamen, ſecum ingerunt difficultatis:

tis: reliquum eſt, vt aliam ſi forte inuenire contingat probabiliorem gloſſam inquiramus; in cuius rei gratiam duo hic veluti certa, & irrefragabilia ſupponenda ſunt: primum eſt perſonam hic in ſede conſpectam eſſe perſonam Filij, Verbum Patris iam humanatum: ac de ipſius gloria, quam in terra, dum cum hominibus incarne vitam degeret habuit, verba componi. Secundum eſt, non abſque miſterio, ſolium à Propheta excelſum ſimule & eleuatum fuiſſe nominatum, quibus ſuppoſitis eam huic ſcripturæ omnium congruentiſſimam gloſſam eſſe opinamur, S.Bon. quam habent Sanctus Bonauentura ſupracitatò loco, & clariùs Hugo. in ſpeculo, Beatæ Mariæ lect. 7. ac quodam opuſculo de eccleſiaſtica Hierarchia inſcripto parte 4. capit. vltimo: Cui concordat Vgo Cardinalis tum ad pręfatum Hier. Iſaiæ locum, tum ad 14. Ieremię vbi huiuſcè ſolij iterum mentio habetur, nec longè abeſt Sanctus S. Ioan. Ioannes Damaſcenus orat. 2. de Dormitione Mariæ, quo loco ſic Virginem interpellat *Tu es ſolium illud regium, cui aſtiterunt Angeli, Dominum, & effectorem inſidentem cernentes*, nempè ſolium iſtud eſſe Beatam Virginem, in cuius vtero tanquam in ſolio Excelſo, & eleuato Dominus ſedere dignatus eſt: quod quidèm ſolium alijs Verbis, ijſdem ferè Doctoribus Teſtibus, apud Ieremiam 17. *ſo-* Hier. *lium gloriæ altitudinis* nuncupatur. Deficiet autem me tempus, ſi de Ambroſio, Auguſtino, Athanaſio, Epiphanio, Ephrem, Eſichio, Griſoſtomo, Petro, Damiano, Bernardo, Ruperto, Idelfonſo, Antonino, Bernardino, Method. & alijs ſexcentis dicere voluero, qui eodem ſenſus ſæpè ſæpius Mariam ore pleno, Thronum, Solium: & ſedem, nuncupare conſueuerunt: illud ſolum adiungam, ferè vbique locorum, tàm apud Patres, quàm apud ſcripturam, nomini ſolij, & Throni ferè ſemper epitethon altitudinis, vel celſitudinis adiungi ſolère: proùt cuilibet in diuina ſcriptura, ac Patribus, vel mediocriter verſato, facillimum eſt conſpicari, ità vt tandèm totum: iſtud Iſaiæ vaticinium, abſque vlla ambiguitate, & ſuſpicione, de ineffabili Filij Dei in vtero Virginis matris habitatione extiterit: ſiue autem hæc tantorum patrum interpretatio, prout præfatæ ſcripturæ ſenſum ad Mariam ſemper Virginem referendum inſinuant, quam veluti congruentiſſimam amplectimur, ſit allegorica ſiue moralis: annagogica, ſiue litteralis, per miſticam accomodationem, aut germanam expoſitionem, ſufficit quod vno, aut altero apte de ea explicari valeat, & quidem quod nomine ſolij hæc precioſiſſima mulier congruentiſſime accipi poſſit (ſecluſa etiam tantorum patrum auctoritate) illud cum primis facile declarat, quod in toto ſcri-

pturarum contextu excelſus Dei trhonus, ſedes, ſolium, ac tabernaculum nuncupatur, vnde & illa verba & Pſ. 88. ſumpta: *& trhonus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in eternum*. quæ Vatablus traducit: *& ſolium eius coram me vt ſol perſtabit, firma vt luna manebit*. S. Bonau. in ſpeculo Beatæ Virginis lec. 8 ſicut lec. 7. illa alia. 3. Reg. 8. *edificaui domum in habitaculum tuum firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum* mire ad Beatam Virginem accomodat: atque eodem fere modo Hugo Cardinalis eadem Pſ. 88. ad eandem Virginem elegãter adaptat, ſicut & illa eccleſiaſti. 24. *trhonus meus in columna nubis* & illa. 3. Re. 10 *fecit ſibi Rex Salomon trhonum de ebore grandem* atque, vterque, ibidem multa præclare de Virgine glorioſa ſub nomine trhoni, & ſolij reſpectiue deſcribit, quæ qui libet, ſi ita ei videbitur, apud ipſos videre poterit: hoc vnum ipſe ex Hugone tranſcribam, ſic nimirum Beatam Virginem excelſum Dei trhonum fuiſſe, vt nullus, præter Chriſtum Regem in ea conſederit: ſicut. n. in trhono illo Salomonis ſolus Rex ſedit: ſic in Beata Virgine ſolus Chriſtus. quare illud de Virgine accipi poteſt, quod infra octauam Epiph. in Dominica ad introitum Miſſæ ad Chriſtum Regem ex Virgine natum ſolemniter cãtat Eccleſia. *in excelſo trhono vidi ſedere virũ*. Accedit, quod Dominus Ieſus nulli alij ſolio congruentius inſediſſe facile comperietur: verbum. n. caro factum ſedit in vtero Matris Mirabiliter collocatum *& ſi, qui dem, ſedes eſt ſapientiæ anima iuſti, quam dignior ſedes Angeli. Santi*: arguit a Fortiori S. Bernardus: cur non libeat mihi vlterius ſub eadem forma aſſerere, quam dignior, & congruentior Mater Sanctiſſima: denique Beata Virgo vere vna eſt, cui vtraque ſolij conditio ſimul a Profeta annunciata, quod nempe excelſum ſimul & eleuatum exiſtat ex æquo cõuenire dignoſcitur, quod vt cãdidius oſtendamus, duo potiſſimum rememoranda ſunt: alterum excelſum & eleuatum, vti nos admonent Griſoſtomo & Bernar. ad duas diuerſas huiuſce ſolij proprietates exprimendas poſita eſſe: excelſum autem eatenus dicitur, quia caſum aut deiectionem neſcit: eleuatum quatenus maiorem quandam erectionem: & eleuationem accumulat: Alterum bifidam in vniuerſum poſſe intelligi, aliquid eleuari: ſeu a deiectione ſimpliciter: quo ſane pacto eleuari dicitur, & ſurgere, quod cecidit: ſeu a minori ad maiorem celſitudinem: horum exempla ſunt apud Theologos valde accomodata: ſi quando contingit peccatorem a ſtatu culpæ ad ſtatum gratiæ miſericorditer eleuari, iſta eleuatio dicitur adiectione ſimpliciter: ſin autẽ contingat iuſtum, & inocentem ab vno iuſtitiæ gradu ad altiorem eleuari, iſta à minori ad maio-

Pſal. *Vatab.* *S. Bon.* *3. Reg.* *Hugo ad Pſ. 88.* *Eccleſ.* *3. Reg.* *S. Ber. Ser. 5.* *Vbi ſup.*

maiorem erectionis ſtatum eleua tio dicitur illa sẽper ſupponit caſum; iſta nequaquam. Quantum igitur ex textu verborum competenter libet inferre, eleuatio de profetico ſolio non priori illo, ſed poſteriori modo intelligẽda eſt: prius namque ponitur *excelſum*, deinde, *eleuatum*, ergo eleuatio iſta non a deiectione ſimpliciter, ſed a minore potius ad maiorem celſitudiuem. His ita conſtitutis ad ſenſum verborum deriuandum accedamus.

Dominus ſuper ſolium in habitu regnantis ſedens eſt Chriſtus Ieſus in vtero virginis matris mirabiliter collocatus, qui ſedere dicitur, quia in ipſo virginali vtero Rex iam Iudeorum erat cõceptus, & natus; ſolium, in quo ſedere deſcribitur eſt ipſa Beata Virgo; quod vtque ſolium bene excelſum ſimul, & eleuatum dicitur excelſum ſiquidem fuit hoc ſolium non ſolum, vt ait S. Bon. *quia ſupra conditionem naturæ concepta a fomite liberatum* verum etiam, vt Huc Bernardi conſiderationem pertraham, quia nunquam cecidit, ſed ſolida cum Angelis ſtabilitate permanſit; eleuatum quia ad copioſiorem ſubinde gratiæ ſtatum erectum, atque vt ait S. Bon. quia ſupra hominem, ne peccandi haberet poteſtatem fuit per gratię beneficiũ confirmatum; vt hinc ſtabilis Mariæ celſitudo, & maior ſubinde ipſius eleuatio, & confirmatio deſcribatur, ſtabilis enim fuit, & *Vbi ſup.* excelſa; quia numquam cecidit; eleuata: quia ad copioſiſſimum inſuper gratiæ donum prouecta eſt. Quocirca ex hoc Iſaiæ præconio encomiũ de immaculata Virginis conceptione non parum illuſtratur hoc itaque eſt grande miſterium, quod vidit Iſaias, Mulierem ſcilicet Dominum in vtero tanquam in altiſſimo ſolio geſtantem. ex cuius rei mirabilis intuitu obſtupefactus profeta obmutuit; vnde & dixit, *Væ mihi, quia tacui.* vere tacuit, qui mundo tantum, ac tale miſterium non reſerauit. Subdit autem Profeta, Angelos ſolium circumſtantes in Dei laudes conflagrantes triſagium illud ſacroſanctum & adorandum cecinisse. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus excercituum: plena eſt omnis terra gloria eius*; ac ſi apertius dixiſſent, nunc mulier, quæ terra rudis eſt: terra, in quam, illa, quæ germinauit Saluatorem, repleta eſt gloria Domini: vere numque in hac Sancta muliere gloria Dei ſic comi pleta eſt, vt ipſius Domini excercituum, ſacerrimæ nimirum Trinitatis complementum exiſtat, quando nihil, quam ſanctitatem, & iuſticiam, ac innocentiam portauit *catenus igitur* inquit. Sanctus Bernardus, *replebitur maieſtate Domini terra noſtra, quando prorſus de medio fiet & omnis peccati ſenſus, & debitum mortis quod tunc fiet*; iuxta eundem. Sanctum Doctorem, quando caro noſtra gloria immortalitatis reſurgendo ve- *Ser. 2. in verbis Iſa.*

adoraſſe: hæ namque veluti duæ columnæ in veſtibulo Palatij Regij erectæ ſtabiles iugiter perſtiterunt: quod cum de Chriſto certiſſimum ſit, pariter de Maria his verbis Beatus Petrus Damianus indicauit; *ſola illa Mater, & filia Creatoris nec deſcendit nec cecidit*; preme illud, *ſola* & illud, *nec cecidit* ſatis enim indicant, Mariam Virginem, præcæteris omnibus, ex ſingulari Dei priuilegio originalis culpæ caſui minime fuiſſe ſubiectam. Iure propterea merito. S. Mater Eccleſia Mariæ nomen illud, quod ſolius Dei proprium eſſe ſcriptores indicarunt, comunicauit glorioſam eam, ac Dominam excelſam appellans *O glorioſa Domina excelſa ſuper ſidera.* Contenderunt iam olim Ariani, nomen excelſi ita ſolius patris eſſe proprium, vt alij perſonæ Diuinæ attribuere nefas aſſerere non dubitarint: ſed nulla id eis ratione permittendum: quos propterea. SS. Ambroſius, Hieronimus, & Auguſtinus mire confutarunt plurimis ſcripturarum teſtimonijs eiuſmodi nomen ęterno Dei Filio conuenire demonſtrantes: Inter Catholicos porro tractatores Agellius Epiſcopus Acernenſis in ſuis commentarijs ſuper Pſal. tractans illud Pſal. 88. *& ego primogenitum ponam illum excelſum præ Regibus terræ* quod Aquila apud eundem præclare, ait ille, vertit. *Altiſſimum Regibus terræ* oſtendit, Hebræos fruſtra laborare, vt ea, quæ in dicto pſalmo per Profetam narrantur Salomoni accomodanda eſſe declarent: quippe nomen excelſi, ſeu Altiſſimi (vtrouis enim modo redditur ex voce hebræa *Helion* vnde promiſcue in ſcripturis vnum pro altero, & contra collocatur) nulli creatæ perſonæ in ſcriptura comunicatum vnquam fuiſſe inuenitur quare conceſſo etiam, aliqua ibidem a Profeta in medium allata Salomoni, vt hæbrei contendunt, poſſe competere; nihilominus ex vſu ſolius nominis *excelſi*, eos de falſo ſe poſſe conuincere prefatus Auctor opinatus eſt: atque hoc vtitur diſcurſu; *ſed vt illis hæc omnia concedamus hoc vnum dicant, vbinam excelſus de homine quamuis prepotēti, quamuis opibus & gloria inſigni dictum ſit in eorum litteris; dicant inſuper, vbi hoc nomen, cum de perſona aliqua dicitur de alio, quam de Deo dictum reperiatur: ſi igitur nunquam de homine aliquo, quamlibet magno, & inſigni Helion, ſiue excelſus dictum reperitur, ſi quod caput eſt, nũquam niſi de Deo, cur hoc loco nomen quod ſemper in ſacris litteris Deo tribuitur, Salomoni accomodare conantur hactenus ille* & fortaſſe non aliunde, quam ex Sancto Hieronimo accepit, quippe qui quibusdam ab eo ſciſcitantibus: vt ſingula nomina Deo propria proponeret, ac eorundem ſenſum digereret, epiſtolam breuem quidem, ſed grauem exarauit, in qua eiſdem ſatisfacere volens decem nomina, ac quinto loco Helion proponit ſic fatus

Petrus Dam.a. Ser. de aſſunpt. Virg.

Him. ad lau. officij. parui Bea. Virg.

S. Amb. de fide 3.p.c.2.

S. Hie. ad P.88

S. Aug. l.2. contra Max. c.5.

Agelli. ad Pſ. 88.

S. Hier. Epiſ. 136.

quin-

Pſ. Alij. Ibid. *quintum eſt Helion, quod nos dicimus excelſum* vnde & in pſ.82. dicitur de Deo *tu ſolus altiſſimus* vel vt alij traducunt *excelſus.* plane contra Agellium replicat Lorinus in- *Lorin. ad Pſ. 88.* quiens, non obſtare, quo minus nomen Helion alicui etiam creatæ perſonæ comunicari poſſit; ſicut alia quædam de decem a Diuo Hieronimo in ea epiſtola annumeratis comunicata fuiſſe legimus; ſed quiquid ſit ſtatim ipſe Lorinus adiungit nomen Helion de vna quidem particulari perſona minime dictum ſe reperire; ego quidem vt verum fatear; nomen Helion, ſeu excelſi etiam vbi de perſonis agitur aliquando in ſcripturis comunicatum fuiſſe exiſtimo; & vero ad ſcripturas veteris teſtamenti quod attinet, vbi in pſ. 148. nos *Pſal. calde. Lorinus* legimus *laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelſis* Caldeus legit *laudate eum Angeli excelſi* vt idem Lorinus ibidem notauit; vbi vides Angelos a S. Sancto vocatos eſſe excelſos, & quamuis *Aigua. Rech l.* idem Lorinus vocem *excelſi* cum Aiguano, & Rechelio primo ad locum, & habitationem, non ad perſonas referre videatur, quaſi ſit ſenſus, vos Angeli, qui habitatis in excelſis, laudate Dominum, quem ſenſum magis etiam lectio noſtra habere videtur; attamen ſecundo cum Caietano, & *Caiet. Placi.* placido Parmenſi, ad perſonas, non locum accomodat; vt nimirum laudent hominum, qui ſunt excelſi, excelſi inquam nomine, excelſi perſona, excelſi ſanctitate, atque huic ſenſui magis fauet lectio caldaica; in ſacro etiam Euangelio eadem eodem modo *Luca. 5.* narrantur, *facta eſt*, inquit, *cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium gloria in altiſſimis Deo,* ita vt nomen excelſi, & Altiſſimi Angelis comunicatum fuiſſe probabiliſſime aſſerere valeamus; ſed vt aliquid tandem ad rem noſtram hinc eruamus, cauſam, & conuenientiam huius comunicationis perquiramus; ſupponendum itaque ea nomina creaturis poſſe conuenienter attribui, quæ proprietatem aliquam creaturæ per participationē non repugnantē ſignificant: cōtra vero nō poſſe, quę proprietatem huiuſmodi non importāt: exēpli cauſa quia eſſe quod eſt importat proprietatem, quæ ſolius eſt entis per eſſentiam: enti per participationem attribui nullatenus poteſt; ideo nomen illud, *Exo. 3.* *ego ſum qui ſum*, nulli creaturæ attribui poteſt; nec alicubi attributum legimus: at vero quia eſſe immortalem, innocentem & cęt. huiuſmodi important proprietatem annalogicam; ideo quod per ſe primo, & per eſſentiam Deo attribuitur creaturæ per participationem annalogice comunicari conſueuere Porro excelſum, vt ex Diuo Bernar- *D Ber. vbi ſup.* do colligitur proprietatem in ſanctitate, ac iuſtitia importat, quæ caſum, ac deiectionem neſcit; idem eſt enim excelſum eſſe,

ſe, ac ſumme iuſtum, ſumme innocentem, hoc eſt nullius culpæ conſcium: nullius peccati caſui obnocium: Angeli itaque qui ſolida ſtabilitate ſteterũt,& nõ ceciderunt nomen excelſi in Dei Eccleſia meruerunt: & vtique, ni fallor, tunc Angeli Sancti promeruerunt, quando mali cadentes perdiderunt; meminiſtis dixiſſe eorum Principem; *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, ſimilis ero altiſſimo, ſeu excelſo o quam temeraria, quamque horrenda præſumptio* exclamat. Sanctus Bernardus; *nunquid non illi ceciderunt; expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare*: quaſi dicat qui per ſuperbiam nomen excelſi ſibi vſurpare cupierunt: cadentes perdiderunt: illi enim ſoli nomen altiſſimi ad ſimilitudinem Dei excelſi promerentur qui cum ipſo Deo in iuſtitia, & innocentia permanent; ergo illi, qui ſuperbiendo ceciderunt nomen excelſi perdiderunt: vbi alij per gratiam, & humilitatem ſtantes meruerunt. Iamuero vt ad Mariam ſermonem conuertamus: ipſi ſoli inter humana creaturas ac eius filio dulciſſimo nomen excelſi, & altiſſimi comunicatum fuiſſe legimus, Chriſto, *ego primogenitum ponam illum excelſum præ Regibus: terræ & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus, & tu puer Profeta Altiſſimi vocaberis, Mariæ o glorioſa Domina excelſa ſuper ſidera*. i. præſideribus ergo ſic Maria, ſicut & Chriſtus nullius culpæ caſui obnoxius: ſed ſicut Deus, & Angelus innocens fuit Mariam ergo non modo ſolium excelſum: verum etiam ipſam glorioſam, Dominamque excelſam annunciamus, eique nomen Helion, & excelſi iure comunicamus, ſiue potius comunicatum eſſe iubilamus; & non nomen quidem ocioſum, ſed & rem nominis: quatenus ad eum ſanctitatis faſtigium eue&o eſt, vt nulli vnquam caſui obnoxia fuerit.

Iſa. 14.

S. Ber. Ser. 11. *ſuper qui habitat*

Pſ. 88.
Pſ 86.
Luca. 1

Confirmatur doctrina præcedens pulcherrima noui Teſtamenti ſcripturæ interpretatione.

Inter natos mulierum non ſurrexit maior Io. Baptiſta Mat. 11.
Sect. 4.

HVc pariter ſpectat præclara in hanc eandem ſententiã deuotiſſimi illius, pariterq; Sanctiſſ. Patris Bernardini de Senis adnotatio, quam diſtinctum ab omnibus alijs ad amplificandum Marianæ Conceptionis encomium, argumentum ob eam præcipue cauſam iure merito proponere poſſem, quòd non ſolùm tanti Doctoris teſtimonio ſuffultum eſt, atquì etiam Sacræ Scripturæ authoritati innixum, magis tamèn ad præcedentium confirmationem ſubtexere libuit. Eſt autèm locus Scripturæ qui legitur Matthei 11. vbi Dominus Ieſus inſi-

inſignem ad turbas de laudibus Ioannis Baptiſtæ ſermonem habens, inter alia eiuſdem Io: inſi- *Mat. 11.* gnia, præclarum illud, ac celeberrimum Sanctitatis, & gloriæ ipſius teſtimonium dedit, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta* quæ quidem Saluatoris verba vberem Scripturiſtis diſputationum ſegetem ſubminiſtrarunt, vt proindè multas, ac varias deriuarint Expoſitores ſententias, quas breuitati ſtudens lubens tacitus prætermitto, illud ſolummodò attendens, quod ad- *S. Ber. dinus* rem noſtram memoratus Sanctus Bernardinus, ſerm.49. fer.3. poſt reſurrectionem Domini eruditè non minùs, quàm ſubtilitèr (quamquàm alioqui per tranſennam) obſeruauit, Chriſtum videlicet causè ſeipſum, ac Virginem Matrem ab ea loquendi regula extraxiſſe: Cùm enim certiſſimum ſit, Dominum Ieſum, ac dulciſſima eius Virginem Matrem, (ſiuè de Sanctitate, ſiue de dignitate loquamur) longè maiori ſanctimoniæ gradu, ac primatus excellentia Ioannem Baptiſtā pręcurſorem præcelluiſſe, curtàm reſolutè neminem inter natos mulierum Ioanne Baptiſta ſurrexiſſe maiorem Verbum Patris intonuit? num quid ſibi ipſi, ac ſuæ matri Chriſtus Ioannem præferre voluit? minime gentium: quid ergo? rati ſunt profectò quidam, non ignoro, Chriſtum ab ea ſententiæ fuiſſe exemptum, quod ipſe de Virgine, non de muliere prodierit.

Verùm hæc opinio, & expoſitio quantum ad mulieris nomen attinet licet alioqui grauiſſimorū Patrum alicui fortaſſe Euangelico textui contraria eſſe videbitur, ac ſubinde tenui ſatis innixa ſcipioni: cum ipſe Dominus Ieſus Virginem Matrem mulieris *Io.2.* nomine ſemèl, & iteratò indiſcri- *Io.19.* minatè nuncupaſſe legatur, *quid mihi, & tibi mulier, & Mulier ecce Filius tuus*. Quid clariùs? clariſſimum ſanè. At verò ea non fuit Sanctorum Patrum ſententia, vt Mariam ſemper Virginem à conditione ſexus muliebris excludere voluerint, ſicuti ſupponit obiectio, atqui potiùs prudentèr indicare, mulieris nomine ſæpę in ſacro eloquio Virginem Matrem minime venire: quæ eſt conſideratio nobiliſſima, ac prorſus cęleſtis doctrina: aliud eſt autem, Mariam non eſſe, nec debere vocari mulierem, quod certè nefas eſt credere, aliud Mariam ſemper Virginem ob ſingularem dignitatem, in qua à Deo ſuper alias omnes mulieres conſtituta eſt, quandò que in Scripturis Sanctis mulieris nomine minime comprehendi: ſicuti enim Clericorum nomine Epiſcopi, nec alij in dignitate conſtituti (vt habetur in Rubrica de vita, & honeſtate Clericorum) in odioſis minime veniunt, quamquàm alioqui verè Clerici ſunt, ac nomine Clericorum, in ijs, quæ odioſa non ſunt, comprehenſi, & ſicuti ca-

eadem ratione Virgines Deo ſacræ in odioſis mulieris nomine minime veniunt; ità, mea quidem ſententia, vbi de odioſis agitur, mulieris nomine Maria Virgo Deo Sacra, & in dignitate conſtituta, ac inter omnes mulieres benedicta, non venit, quamquam alioqui verè mulier ſit, & in alijs, quæ odioſa non ſunt, mulieris nomine veniat; & hæc fuit illorum grauiſſimorum Patrum ſententia. Sed enim per quam particulam Virginem Matrem, quam & ipſam dubio procul, vt potè longè Ioanne Baptiſta Sanctiorem, & digniorem excipiendam conſtantiſſimum eſt, extractam fuiſſe dicemus? Non ſum neſcius, aliorum ſententiam eſſe, Ioannem Baptiſtam per ea Saluatoris verba Sanctis veteris Teſtamenti tantummodò fuiſſe prælatum, ſed cur hęc reſtrictio? cùm, enim textus abſolutè & ſine reſtrictione loquatur neque nos hanc reſtrictionèm facere debemus. Omnium igitur optimè Sanctus Bernardinus eo ſermone 49. p.p. principali per illam particulam *ſurrexit*, vtrumque ſimùl, matrem ſcilicet, & Filium extractum fuiſſe declarat. ipſum, ſi videtur, audiamus ſic mirè effantem, ac ſenſum præ fatæ Saluatoris ſententiæ pulcre, vt credo, deriuantem. *Nota illud, dicere, Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta: vult dicere quod Ioãnis Baptiſtæ anima eſt maior omnibus animis natis ex muliere, & Chriſtus caute ſe exſtrahit, Mariam Virginem glorioſam occultè, ſi benè aduertis eloquium ſuum, quia dicit non ſurrexit, quia nullus dicitur leuari, ſeù ſurgere, qui non cecidit, ſed quia Chriſtus non cecidit in aliquo peccato conceptionis, neque actuali, ſimiliter & Beata Virgo, ideò non ſunt in illa regula, quia non ceciderunt modo iàm dicto, & ideò non dicuntur ſurgere, ſicut cæteri omnes homines, qui ceciderunt, & cadunt in Adam citrà per peccatum originale.* Hactenus Verbum pro verbo ex Sancto Bernardino. Cuius expoſitionis, & argumenti cardo in eo conuertitur, quod nimirùm Chriſtus, & Maria, vt potè Sanctitate, dignitateque Ioannem longe ſuperantes, (vt omnes fateri coguntur), ab illa Saluatoris ſententia, qua is nullum inter natos mulierum maiorem Ioanne Baptiſta ſurrexiſſe teſtatus eſt excludendi ſunt; excludun tur autèm profectò ex ipſa elocutionis forma, & vi argumenti, quippè non abſolutè Inter natos mulierum nullus maior Ioanne fuiſſe, Verùm nullus maior ſurrexiſſe aſſeritur, & reſurrectio, vt bene ait Sanctus Ioannes Chriſoſtomus homil 65. in Ioannem, & tangit idem S. Bernardinus de mortua dicitur: perindè igitùr fuit, ac dicere, inter omnes natos mulierum, qui in peccato ceciderunt, & mortui ſunt, nullus ad maiorem ſanctitatis, & dignitatis gradum ſurrexit Ioanne Baptiſta Ex quo Saluatoris teſtimonio illud non obſcurè deducitur, quòd

S.Ber.

in gratiam Immaculatæ Chriſti Ieſu,ac Virginis matris Cōceptionis piè,ſubtiliter, ac erudite intulit Sanctus Bernardinus, Chriſtum videlicet, ac eius pijſſimam matrem Virginem Mariam nulli vnquàm caſui,ſiuè originalis, ſiuè actualis culpæ fuiſſe obnoxcios, ideoque huius Sancti teſtimonium, & argumentum non parum ſuperioris noſtri vim aggerat ratiocinij,vt nimirum propterea Beata Virgo ſolium cenſeatur excelſum quia nunquàm cecidit, eleuatum verò, quia à minori ad maiorem, ac copioſiorem ſubindè grâtiam euectum eſt.

Maria Virgo altiſſimum Dei refugium ad Saluandas gentes.

Profertur alius ad Virginis Immaculatæ Encomium augendum locus, quoniam tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tum & cęt. Pſ. 90. Cap. 2.

Referuntur variæ circa Perſonam, de qua ſcriptura intelligi debet, opiniones. Sect. 1.

ANtiqui illi SS. Patres, & Doctores Beatæ Virginis deuoti,ac de Catholica, & orthodoxa Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fide optimè meriti de Virginis conceptu verba facientes, cuius innocentia temporibus ſuis nec dum corda fidelium multùm ſuo ſplendore irradiauerat;vt propterea feſtum Conceptionis apud Romanam Eccleſiam parùm fuerit priſcis illis temporibus vſitatum;eorum tamen aliqui ſcriptum reliquerunt,ſuæ mentis,&.ſententiæ eſſe, vt priuilegium de Immaculata Conceptione ad extollendum eiuſdem Virginis Dei genitricis præconium ſic in Eccleſia inualeſceret, vt liberè pertotam terram prædicari valeret. quis enim,innuit eorum alter,hoc priuilegium libenti animo Beatæ Virgini fuiſſe conceſſum audire non deſideraret?quis inquàm magna cùm cordis ſui lętitia hoc ipſum,ſi vèl modica ratio permitteret, per totum orbem non prædicaret?in ſumma cupiebant Doctores Sancti Virginis deuoti, Beatam Virginem apud fidèles in tanta veneratione, ac deuotione haberi, vt nil, quod ad honorem, & gloriam eius reſultaret,vlla ei ratione denegaretur;niſi manifeſta ratio,ac euidens Eccleſiæ Sanctę determinatio aliud de ea ſentire conſtringeret; quippè orthodoxi patres in aſtruendis occultis Miſterijs plurimum ſemper Eccleſię Sanctæ authoritate ac ſcripturarum teſtimonio vti conſueuère; quidquid enim in hiſcè Sacramentis abſque authoritatè aſſeritur iure reprobatur.

Quę cùm ità ſint ſtabilita vt cumque hac veritate, nomine ſcilicet ſolij Beatam Virginem deſignari, quæ quia nunquam cecidit,

cidit, ſed in ſtatu innocentię ſtetit, Immaculata propterea in ipſo Conceptionis flore permanſiſſe, ac deindè ad eminentiorem gratiæ, & iuſtitiæ gradum, iuxtà declaratum Iſaiæ vaticinium euecta fuiſſe iure perhibetur; noſtrum erit poſthac idipſum alijs Scripturæ teſtimonijs comprobare, quod ſub tantę Virginis auſpicijs facillimè poſſe non dubitamus, cùmque iam in præcedenti Capitulo de Angelis ſolium iſtud circumſtantibus facta fuerit mentio, pulcherrimum in hanc eamdem ſentẽtiam locum ex pſalmis Dauidis deſumptum ſecundo loco exponendum ſumere congruentiſſimum diiudicauimus; eſt autem locus Pſalmi nonageſimi; vbi ſic Propheta de ſolio excelſo ſub alijs verbis ratiocinatur *quoniam tues Domine ſpeſmea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum & reliqua*, quæ verba, cui accommodanda ſint, vt ratio efficaciù pro noſtra ſententia concludat, antè omnia inueſtigandum eſt.

Sunt itaque ex interpretibus non pauci, qui pſalmum iſtum in gratiam animæ iuſti ſuam in Deo ſpem collocantis interpretari poſſe affirmant; ipſe eſt enim, ad quem malum minimè acceſſurum, videlicet culpæ, præſertim mortalis, (ſic gloſſantibus Sancto
S.Hie. Hieronimo, Bellarmino, & alijs)
Bellar. neque flagellum temporalis penę appropinquaturum Propheta Sãctus ex Dei perſona pollicetur. Verùm enim cum quædam inter dicendum interſerantur quę, ſide qualibet anima iuſti indiſcriminatè intelligantur, vix aliquod veritatis veſtigium præſeferre inueniuntur, propterea ab hac interpretatione recedere cogimur, immò nos cogit Beatus Auguſtinus, S.Aug.
qui hac ipſa ratione multa, quę in ſcripturis Sanctis de Salomone narrantur, de ipſo Salomone haud quaquam interpretari debere aduertit, ſic fatus octauo capite 17. de Ciuitate Dei; *quædam de illo ſcripta ſunt, quaſi de ipſo iſta prædicta ſint; nàm præter libros diuinæ hiſtoriæ, vbi regnaſſe narratur, pſalmus etiam ſeptuageſimus primus titulo nominis ipſius inſcriptus eſt, in quo tàm multa dicuntur, quæ ei conuenire non poſſunt, Domino autèm Chriſto aptiſſima perſpicuitate conueniunt*. hęc ille, quæ tranſcribere, & afferre libuit, quoniàm futurum eſt vt hac ratione plura ex ſcripturis ſacris, quæ alijs aptari nequeunt, ad Virginem, cui aptiſſime conueniunt, transferamus; & vt hinc incipiamus, ad noſtri ſermonis orbitam reuertentes, multa profectò in præfatis pſalmi verbis tanguntur, quæ de iuſtis ſic indifferenter intelligi minimè poſſunt, nullus enim in præſenti ſeculo ad eò iuſtus exiſtit aut extitit, vt vel originalis culpæ malum in eo habitet, nedum ad eum accedat; minus enim eſt accedere, quam habitare, vt ſubtiliter aduertit. Sanctus Bernardus ſer. 10. quare non S. Ber.
protinus in eis habitat, aut regnat, ad quos accedit; in quibus

autem

autem habitat, & regnat protinus ad eos etiam accedit, nullus etiam infans vnius diei facile reperitur qui in omnib. vijs ſuis cuſtoditus fuerit, qui ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulauerit; ſicuti faciendum fuiſſe præſens ſcriptura teſtatur; quare veroſimiliorem arbitor quærendam eſſe expoſitionem.

Orig. Ber. Porrò Origenes homil. 31. in Lucam, & poſt ipſum Diuus Bernardus, ſermone 10 ſuper qui habitat, prophetiam iſtam iuſtos omnes non quidem in via commorantes, ſed in patria iam quieſcentes tangere opinantur; hi namque ſoli ſunt, qui iure merito ſe tàm mirabilitèr de laqueo venantium ereptos eſſe gloriari poſſunt, vt nullum ad ipſos malum nec flagellum appropinquare valeat; & enim ſalua tantorum Patrum reuerentia iſta pariter huiuſce prophetici diſcurſus interpretatio eſſe, minimè poſſe videtur, quādo quidem Beatis illis in patria iam quieſcentibus nullatenus conuenire poſſunt; quæ ibi à Propheta ſubtili narratione enunciantur; quod nimirum ſub tutela Angelorum exiſtant, nè peccant, nè offendant, & cæt. hæc enim, & his ſimilia procùl à cælorum curia eſſe vbique locorum ſacra teſtantur eloquia.

Sunt itàque alij, qui prophetiam iſtam ad populum Hebræorum pertinere autumant; cæterum cùm Hebræorum populum multis malis, ac peccatis ſubiectùm, nec non cladibus confectum eſſe luce clarius appareat; qua ratione ad Hebræorum populum præſens ſcriptura attinere valeat non video.

S. Aug. Noui Beatum Auguſtinum ſupèr hunc pſalmum ad ipſum caput Eccleſiæ Chriſtum, qui aſcendens ſuper omnes cęlos altiſſimum poſuit refugium, quo mala accedere, & flagella appropinquare nequeunt prophetiæ huius Verba referre; cui expoſitioni, quantum ad ipſum Chriſtum ratione ſui attinet, licet illud potiſſimum obſtare poſſe videatur quòd Chriſtus nunquam errare potuit, aut offendere; ideoque Angelorum cuſtodia minime eguerit; id quod diſertiſſime Origenes, citata homil. oſtendens diabolum hoc vſum teſtimonio, vt Chriſtum ad ſui ſugeſtionem tentamenti perduceret, falſo de eodem illud vſum paſſe demonſtrat qua de re plura Theologi ſcholaſtici, vbi de cuſtodia Angelorum, quæ hic adducere ſuperuacaneum duco, recenſent; attamen ſi de Chriſto non ratione ſui, ſed ſuorum intelligatur; prout intelligit Venerabilis Beda; non eſt a ſenſu, & prhaſi ſcripturarum aliena; ſæpæ enim in ſacris ſcripturis Chriſtus ſuos ſeipſum nominat; vt cum dicitur. *ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris* vnde & Hugo Cardinalis prædicti pſalmi expoſitionem de Chriſto, qui in adiutorio altiſſimi, hoc eſt (exponit Hugo) in Beata Virgine habitauit intelligi poſſe aſſeuerat;

Orig. Beda hic Acto. 9. Hugo hic

uerat; quare S. Auguſtini expoſitio cum áddítione eidem a Beda facta multū probabilis; ac textui arridens eſſe videtur; cœterum quemnam ſuorum in ſpecie intelligendum putabimus? id ſane vt facilius reperiamus, quædam prę libunda ſunt, & primo totam fere pſalmi iſtius expoſitionem eſſe moralem; vt Hugo etiam adnotauit; ſecundo ſubiectum pſalmi eſſe malum culpæ, & pænæ, quemadmodum Deo præſtante poſſit in hac vita tentationibus plena caueri, præterea formam eſſe dramaticam, vt præ alijs ſubtiliter annotauit Bellarminus, quia plures perſonæ alloquentes introducuntur, inſupèr pſalmum In tres partes eſse diſtinctum; in prima Propheta alloquens homines in communi eos admonet à Deo ſperare ſubſidium, polliceturque ſperantibus aſſidentem Diuinam opem: in ſecunda introducit perſonam quamdam cum Deo loquentem; quod ſibi altiſſimum collocarit refugium: moxque ad ipſum refugium ſermonem conuertit, ad quod quia altiſſimum eſt, malum minimè acceſſurum affirmat: in vltima introducit ipſum Deum promittentem liberationem à malis, & perſeuerantiam in bonis ſperantibus in ipſum: prima pars definit ibi *quoniam tues Domine ſpes mea*, excluſiue; ſecunda ibi *quoniam in me ſperauit* itidem excluſiuè, tertia verò pars reliquos pſalmi verſiculos vſque ad finem complectitur.

Hugo.

His prælibatis. Quoniam neque dei viſtis, ſiuè viatoribus, ſiue comprehenſoribus, neque de ipſo Dauid, neque de Chriſto in ordine ad ſeipſum propoſitum pſalmi vaticinium apte poteſt interpretari, existimamus, prophetiam eſse ſiue de Beata Virgine, quam excelſum ſibi Deus refugium elegit, ad quam nullum malum accederet, & flagellum non appropinquaret; ſiue de chriſto ratione eiuſdem Beatiſſimæ Virginis, quam ſibi dignum habitaculum coaptauit; Vndè ſicut Beata Virgo fuit Solium excelſum, & eleuatum, cui Dominus pro tantæ matris honore inſidere dignatus eſt; ſic & refugium altiſſimum, quod ſibi Deus, qui futurus erat ſpes firma ſperantium in eum: ponere voluit: quemadmodum ergo Maria Dei refugium, curue altiſſimum cenſeatur, ſupereſt, vt accurata indagine examinemus: eo in calce ſectionis præmiſſo, quod ſane noſtræ interpretationi plurimum fauet: quod nimirum Minorum Eccleſia in proprio de Immaculata Virginis conceptione officio a Pio Quinto Pontifice Maximo cum alijs eiuſdem eccleſiæ viuæ vocis oraculo conceſso: in laudem Virginis Matris præſentis pſalmi verſiculum cantat: *non accedet ad te Malum, neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.*

Quemadmodum Beata Virgo poſſit dici refugium Dei, & Quid de hoc refugio per Prophetam in præfatis pſalmi verſiculis annuncietur? Sect. 2.

OStenſo iam ſic in communi, quid nomine refugij Propheta intelligat, qualiterque altiſſimum appelletur, vt ad extollendum Virginis præconium clarior adhuc locus apparreat, quemadmodum Beata Virgo Dei refugium vocari poſſit, neceſſarium fuerit paulò accuratiùs inueſtigare: quia enim nullum ſuperius conſtat, quod pro auxilio ad inferius refugit, ſed potiùs inferius ad ſuperius, cur ſancta Virgo Dei refugium eſſe perhibetur?

Sed ſciendum eſt non vno tantùm modo aliquid refugium poſſe non ineptè cenſeri, dicitur enim quandóque refugium id ad quod confugimus pro obtinenda gratia pro adiuuanda, & ſubleuanda neceſſitate: quo pacto Deus omnium refugium eſt, illius autem nullum: interdum verò refugium illud nuncupatur, quod in miniſterium alicuius operis aſſumitur, quomodò ſæpè creatura Dei refugium eſſe deſcribitur: non quòd ipſe egeat opera Creaturæ, ſed quia pro ſua pietate, & ſapientia ea vti ſibi complacet: ſic igitur hoc loco refugiũ accipiendum putamus, atque adeò Beatam Virginem Dei refugium nomenclari, quoniam ad ſalutem humani generis efficiendam in opus Incarnationis a Deo aſſumpta eſt, vel etiam dicitur refugiũ Dei, in quantum Deus in mundum veniens eandem Beatam Virginem Mariam ſingulari modo inhabitauit, nonnunquam enim in ſcripturis Sanctis pro refugio habitationem verti non ignoramus, & aperte Sanctus Hieronimus epiſ centeſima 39. ad Cipríanum principium pſalmi 89. *Domine refugium factus es nobis*, vertit *Domine habitaculum factus es nobis*, ex voce Hebraica Maon, quæ habitationem magis, quam refugium ſonat, quam tamen ſeptuaginta refugium tranſtulerũt, quin hoc ipſo loco (vt dicam inferius) quidam, ex Hebræo, *habitaculum*, non *refugium* tranſtulerunt: ex qua translatione non parum noſtra interpretatio Prophetiam ad B. V. referens confirmatur: ipſa eſt enim excelſum habitaculum Dei filio a Spiritu Sancto dignè (vt pareret) per originalem iuſtitiam, & innocentiam præparatum. Oſtendit itaque Propheta, Dominum eſſe ſpem firmam totius humani generis: eaque propter altiſſimum ſibi poſuiſſe refugium: quia enim Deus ab initio Creaturæ non adeò altum, & excelſum poſuit refugium ſuum, quominus illi malum accederet, & flagellum appropinquaret: ideo homines necdum in eum firmitèr ſperare didicerant: vt egregiè notauit D. Auguſtinus hic. quo igitur ſpes hominum in Deo firmior

S. Hier.

S. Agu.

firmior poſt hac eſſe valeret, altius ſibi refugium ponendum eſſe repromiſit. Primum refugium, quod ſibi Deus in hoc mundo poſuerat, fuit Adam, & Eua, hos enim Deus ad ſuam hominibus iuſtitiam, & innocentiam communicandam aſſumpſit; ſed non fuit refugium tam altum, quominùs eò malum accederet, & flagellum appropinquaret: etenim acceſſit ſerpens ad Euam, eamque ad malum culpæ, quod multa ſubindè pœnæ flagella ſubſecuta ſunt, induxit. acceſſit in quam (vt verba Bernardi Serm. 2. in die Pentecoſ. huc transferamus) *acceſſit coluber tortuoſus miſſus à Diabolo, vt venenum per aures mulieris in ipſius mentem transfunderet, & ſic refunderet in totius poſteritatis originem*, ſicque fieret vt homo *ſuæ ſpem fælicitatis penitùs amitteret: nàm, vt inquit, Auguſtinus* & etiam Beda, vt ſæpæ ſolet, tranſcribit *mortē ſi homo nouerat, reſurgere non nonerat; ideò quid timeret habebat, quid ſperaret, non habebat*; hortatur ergo Propheta homines, vt ſperent in Deo, docetque ſperandi modum; qui eſt, vt in adiutorio altiſſimi habitent; non ſicut Patres noſtri, qui, vt ait Beatus Auguſtinus, elati in ſuperbiam in ſuo non in Dei adiutorio habitantes in protectione Dei cæli diù Immorari non meruerunt: deindè introducit ipſum humanum genus de hac ſpe firma cum Domino alloquens, & dicens: *quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuū*; hoc eſt, ideò nunc altiſſimum poſuiſti refugium; quoniam ſpes noſtra es: in hoc quippè cardo ſpei humani generis conuertitur, vt Deus ſibi altiſſimum poſuerit refugium, ad quod nec malum accedere poſſet, nec appropinquare flagellum, ſic enim factum fuit, vt homo gratiam, & gloriam, quam per peccatū amiſerat, certò recuperatūrum ſperarit; ſicut ergo Diabolus ad deſtruendam ſpem omnem, ſimulque remouendam mortalium in Deum fiduciam, mulierem ſcilicet Euam ſibi refugium poſuit, quia ad ruinam generi humano inurendam, eam in miniſterium adhibuit: ita Deus ad reformandos eos in ſpe, & fiducia, aliam mulierem, Sanctam ſcilicet Virginem, ſibi refugium poſuit, quia eam ad refortandam humani generis ſalutem per miniſterium Incarnationis miniſtram habuit: iuxta illud Venerabilis Bedæ in cap. 11. Lucæ, *Dei genitrix inde quidem Beata, quia verbi incarnandi miniſtra facta eſt temporalis*. Vndè quemadmodum Deus eamdem primam mulierem Euam ad totius generis humani propagationem formandam Adæ in adiutorium fecit, ſic ad eamdem generationem reformandam ipſam ſecundam mulierem Sanctam ſcilicet Mariam, Chriſto in auxilium dedit; hoc enim miſticè accinit illud Geneſeos 2. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*; iux. gloſſam Hugonis infra ci

Margin notes: D. Ber. — S. Aug. Beda hic — S. Aug. hic, — Beda — Gen. — Hugo.

tandi, & aliorum, quos prolixitudini parcens tacitus prætereo, illud in hanc eamdem ſententiam D. Bernardi teſtimonium, quod inſtar cẽtum, & mille eſſe poterit de verbo ad verbum apponens: *Vehementèr quidem* (ſic ille ſerm. de Beata Virgine in verba. Apocal: Beati Ioannis diſcurrit) *Vehementer quidem nobis, dilectiſſimi, vir vnus, & vna mulier nocuere, ſed gratias Deo, per vnum nihilominus virum, & mulierem vnam omnia reſtaurantur, nec ſine magno fanore gratiarum, neque enim ſicut delictum ità & donum, ſed excedit damni æſtimationẽ beneficij magnitudo.* Et paucis interiectis, *& quidem ſufficere poterat Chriſtus; ſiquidem & nunc omnis noſtra ſufficientia ex eo eſt, ſed nobis bonum nõ erat, hominem eſſe ſolum, congruum magis, vt adeſſet noſtræ reparationis ſexus vterque*: Hactenus ex Bernardo cui accinens Hugo Cardinalis ſtatim in principio expoſitionis citati pſ. 90. hæc ad rem noſtram ſcripta reliquit: *tota expoſitio huius pſalmi moralis eſt: poſſumus autem primo expoponere allegorice de Chriſto, vt de ipſo dicatur qui habitat in adiutorio altiſſimi ideſt in Beata Virgine, quæ eſt thalamus, in quo Chriſtus habitauit. Hæc eſt adiutorium altiſſimi, quia iuuat eum ad ſalvandum genus humanum, vnde de ipſa vere dicitur Gen. 2. faciamus adiutorium ſimile ſibi.* ſic ille; qui viam ad noſtram de Beata Virgine interpretationem, quæ eodem ſenſu infra refugium, & habitaculum altiſſimum appellatur; apertuit; quare quod Beda ad tuos ſẽper exponit dicens non accedet ad te .i. ad tuos, rectius, ſi de Chriſto accipiatur, in ſpecie ad tuum refugium, & habitaculum .i. Mariam explicatur; vnde & ſequentia eodem ſemper modo proportionaliter de Maria, ſeu de Chriſto ratione ſui habitaculi, nempe Mariæ intelligenda ſunt; vt quod dicitur *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiãt te*, tuos dicit Beda; tuum in ſpecie refugium & habitaculum rectius dicimus nos; cum de refugio, & habitaculo in ſpecie a Profeta mentio habeatur.

D. Ber.

Hugo.

Gen. 2.

Beda

De hac ergo muliere, quæ facta eſt Dei refugium, ac Chriſti, adiutorium modo iàm explicato, quid Propheta dicat, audiamus; principio altiſſimum hoc eſſe refugium affirmat, quod quidem ad duo, quæ ſequuntur, referendum eſſe minimè ambigimus, dicitur enim altiſſimum, quod nulla cuiuſpiã peccati malitia, quę illud deprimeret, ad ipsũ pertingere potuit, ſicùt peruenit ad Euam que cecidit. hoc namque eſt illud quod ſubditur: *Non accedet ad te malum* ac ſi patentiùs & habitaculum dixiſſet, tàm ſublime, & altum ſibi Deus hac vice refugium poſuit, quo malum accedere nequeat: Dicitur ſubindè altiſſimum quia ſtat ſuper aſpidem, & Baſiliſcum Leonem, & Draconem, hoc quippè ſonat illud: quod paulo poſt ſequitur: *ſuper Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis. & conculcabis Leonem, & Draconem*, quandoqui-

quidem ſicut auctore Auguſtino de ſer. Domini in monte. c. 6. *calcari non poteſt, niſi inferius*, ità calcare non poteſt, niſi ſuperius, & hæc ſunt, quæ maximè Innocentiam Virginis exaltant; vt nempè eo vſque per ſingularem Dei prærogatiuam in Sanctitate, & iuſtitia euecta fuerit, vt nullum ad ipſam malum .i. culpæ accederet; ſic enim interpretatur & Beatus Hieronimus (ſi tamen Hieronimi eſt, quæ ſub nomine Hieronimi in pſalmos expoſitio circumfertur) Bellarminus, & alij; ac ſuper aſpidem & Baſiliſcum ambularet, conculcaretq; Leonē, & Draconem. Et hæc duo ex ipſa vocis, *Altiſſimum*, ſignificatione Vener. Beda, & Caiet. mirè deriuant; hic enim ex Hebræo, *excelſum habitaculum*, vertit, quod noſtra editio, *altiſſimum refugium*, tranſtulit; ſicut e contra alij excelſum alio loco verterunt altiſſimum, vt illud pſ. 88. excelſum præ regibus terræ quod Sanct. Ciprianus, & Aquila apud Lorinum, tranſtulerunt altiſſimum & quidem Maria ſic fuit excelſum habitaculum, ſicut apud Iſa. ſolium excelſum; excelſum, nimirum, quia non cecidit, quia ad ipſam ſerpentis venenū pertingere minimè potuit. ille verò, *altiſſimū, ideſt munitiſſimū*, fuit interpretatus. poſuiſti altiſſimum ideſt *munitiſſimum, ad quem nullus hoſtis nec Cælum aliquod nocum pertingere poſſit*. ſic ille de Chriſto: nos verò, eodem modo, de Maria, ipſa enim munitiſſimum æterni Dei habitaculum fuit, in tantum, vt nèc hoſtis, nec Cælum aliquod, hoc eſt alicuius peregrinæ impreſſionis infectio lædere, aut deturpare valeret. Verùm enim vero quomodo hùc ingredi poteſt Beata Virgo, quauè ratione procul abea omne flagellum faciendum fuiſſe verè prenunciari valuit? cùm omnium librorum, atque linguarum teſtimonio proditum ſit, tàm multis, quàm magnis eamdem Virginem obnoxiam fuiſſe flagellis, adeò vt eam non modò, Martirem, verùm etiam Martirum Reginam ob eamdem cauſam Sancta Mater Eccleſia inuocare non dubitet: Sed ſciendum eſt, flagellum, ſi vocis proprietatem profundiùs rimari velimus, propriè eſſe pænam, propter culpam, ad puniendum inflictam, teſtante eodem Propheta, vbi ait; *Multa flagella peccatoris*, quibus flagellis flagellata fuit Egiptus; aptè igitur, & congruè de Beata Virgine, immò de ea ſola, poſt Chriſtum Ieſum, affirmari poteſt quod vaticinando Propheta prædixit, *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, quò enim malum non accedit, neque flagellum, quod (vt docet Bernardus ſer. 10. ſuper qui habitat ſemper malum comitatur) appropinquat; vnde in Maria, vt etiam ſupra attinctum eſt, non ex debito culpæ ſed conditione naturæ pæna remanſit. Subdit deindè Propheta Angelorum cuſtodiam dicens; *Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te*

S.Gier. Belar. — Pſal. — Pſ. 31. — Bern.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in omnibus vijs tuis, Vbi illud primò obſeruandum occurrit, non ſine cauſa plurium hic Angelorum habitam eſſe mentionem, vt inde etiam ad firmandam noſtram de Beata Virgine interpretationem, non leue, (meo quidem videri) argumentum deſumere libeat; nullus etenim hominũ facilè inuenitur, ad cuius cuſtodiam ab ineunte ætate plures à Deo Angeli fuerint delegati, vna excepta Beatiſſima Virgine, cui plures Angelos ſemper, & vbique in via fuiſſe comites hiſcè non minùs grauibus, quàm elegantibus verbis, in illa ſua ad Virginem Glorioſam deprecatione, & laude dulciſſima

S.Ber. expreſſit Sanctus Bernardus, *Innumerabilium beatorum ſpirituum militiam ad tantæ Principis miniſterium delegatam nullatenus ambigimus*, hæc dimidiate ex Bernardo, cuius ſententiam, quam inferiùs hoc eodem capite integrã dabimus, alij complures, quos ad alia properans ſupprimo, clarioribus ad huc verbis exornant: ſic autem Angeli omnes Mariæ vias cuſtodiebant, vt peculiari quodam modo illi vbique famularentur. quod cæleſtis vates illis indicat verbis, *In manibus portabunt te*, ſi quidem portare eſt peculiare quoddã cuſtodiæ genus, quid ſit autem, quod Deus Angelis ſuis mandauit, vt B. Virginem in omnibus vijs ſuis cuſtodirent, ex conſequentibus clarè dignoſcitur, propterea namque tanta, ac tali ſollicitudine in omnibus vijs ſuis Angelorum tutela munita fuit, nè vnquàm in aliquod malum veluti Adæ filia incideret; dixi; nè vnquàm, iuxta translationem ſeptuaginta, & aliorum, quos ſequitur ſancta Mater Eccleſia in tractu Miſſę primæ Domin. Quadrag.; Cùm verò aſſeritur, Deum Angelis ſuis mandaſſe &c. reor, inter Angelos illos, ipſum quoque

Dominum Ieſum, qui, iuxtà Iſaiæ *Iſa.9* vaticinium, magni Conſilij Angelus appellatur, eſſe connumerandum; immò ipſe Dominus Ieſus, vt puto, ſingulare à Patre circa cuſtodiam ſuæ ſacerrimæ matris mandatum habuit, idque mihi perſuadeo, quod quilibet Angelorum ſingillatim, quin etiam omnes ſimul vſque adeo Virginem cuſtodire non valuiſſent; quominus malum vel originalis culpæ ad eam accederet, & flagellum appropinquaret. Ad cuius rei prætereà confirmationem plurimum eiuſdem Sancti Bernardi teſtimo- *S. Bern.* nium ſer. 15. in hunc pſalmum valere poſſe opinor; qui occaſione arrepta alium Pſalmi 126. locum introducit, vbi Propheta Sanctus *Pſ.126.* eos, qui in Domino confidunt, tam ſtabiles futuros aſſeuerat, vt nullis valeant malorum turbinibus commoueri: *qui confidunt* inquit, *in Domino ſicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui* habitat *in Hieruſalem: Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui*; tanquàm ſi diceret; Hi, qui confidunt in Domino, erunt ſicut mons Sion, qui non commouebitur in æternum, quoniam Montes,

videli-

videlicet Angeli eum vallant, & Dominus Deus circumdat, vt exponit Bernardus ſic fatus: *Montes in circuitu Hieruſalem, ſed parùm hoc, immò nihil foret, ſi non etiam ipſe Dominus In circuitu eſſet populi ſui.* Quo circa ingreditur actum cuſtodiæ quod Dominus altiſſimum ſibi refugium conſtituerit, quo nullum vnquàm malum accedere poſſet: ſimiliter actum cuſtodiæ concernit, quod Beatæ Virgini Mariæ Angelorum cura, ac ipſiusmèt Dei tutela ſempèr, & vbique præſens, ac fauens fuerit, nè vnquàm offenderet ad lapidem pedem ſuum, quod clarius & iucundius idem

S. Bern. Bernardus ſuam proſequutus ſententiam ſuperius attinctam his verbis expreſſit: *Cuſtodiebant*, inquit, *gratiſſimum Salomonis lectulum, & prouidebant, ne præparatum æterno Regi hoſpitium alius hoſpes inuaderet;* ſic Bernardus clare; adhuc tamen lucidius Anſelmus ſic fatus: *Non dubium, caſtiſſimum corpus, & Sanctiſſimam animam funditùs ab omni peccati macula Angelorum cuſtodia fuiſſe protectam.* Sed ad propoſitum ſuperni vatis proloquium reuertamur, ac quænam ſint omnes viæ, de quibus ab Angelis, & Domino Angelorum ſuper cuſtodiam Virginis præceptum eſt, paucis inſpiciamus; Multas ſanè vias, Dei ſcilicet; hominum, Dæmo-

S Bern. Ser. 11. & 12. num commemorat Sanctus Bernardus, atque in his illam ſingularitèr, per quam greſſus eſt Diabolus; quo etiam in itinere miſerrimè lapſus eſt, ſimiliter & illam, ad quam perrexerunt parentes noſtri, vbi & ipſi infælicitèr ceciderunt; quia ergo in hiſcè vijs diuinitus ab Angelis cuſtodita eſt Beata Virgo, id circò non cecidit, non offendit, Alias itidèm hominis vias ponit Bellarminus vt viam le- Beller. hic

gis iuxtà dictum Prophetæ *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, viam operationis ſecundùm illud Prouerb. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, & viam præſentis vitæ, de qua Beatus Gregorius *In præſenti vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus*, de quibus in verſu ſequuti: quomodo cumque ergo capiatur via, multiplex eſt: in omni tamen ſemper fuit diuinitùs, & per Angelos cuſtodita Maria, ità vt in nulla vnquàm aùt lege, aùt operatione offenderit: fortaſſis autem vias alio non inferiori ſenſu in præſentiarum accipi poſſe ipſe putarem, nã, vt auctor eſt Philoſophus, Cõceptio, Generatio, Natiuitas, & Mors sũt motus, & viæ. Generatio, ſiue Conceptio eſt prime via, qua res venit ad eſſe, Natiuitas eſt ſecunda via, qua egreditur ad lucem; Mors eſt vltima via qua iterùm reuertitur ad non eſſe; omnes iſtæ ſunt viæ, de quibus omnib: late per Philoſophos, & latiſſimè nos ipſi egimus in noſtra ſum. philoſophie prima p. ad 8. phiſ. l. 3. & 2. p. libro 3. de gener. & corup. trac. 1. q. 2. In omnibus ergo vijs Virginem fuiſſe diuinitus cuſtoditam, nè vnquam offenderet, non eſt, vt ipſe verum dicam; aliud,

Pſ. 118.

Prouer.

S Greg. Hom. 11. in Euang.

quam Beatam Virginem ſingulari Dei beneficio primò fuiſſe immaculatè conceptam, ſecundò ſanctiſſimè natam, tertiò denique glorioſiſſimè defunctam.

Sequitur idem argumentum interpretatione ſequentis verſiculi ex eadem ſcriptura deſumpti.

Sect. 3.

Reſtat poſtremus huius Prophetici teſtimonij verſiculus plenus miſterijs. *Super aſpidem*, inquit, *& baſiliſcum ambulabis, &c.* ſunt qui vnum Diabolum ſub his quatuor nominibus deſignari arbitrantur, dicique aſpidem propter obſtinationem, baſiliſcum propter malitiam, Leonem propter ferociam; Draconem propter inſidiam; nec incongruè ſanè; ſunt & alij, qui aliter prædicta interpretãtur, quas omnes expoſitiones cõmemorare operis breuitas nõ concedit, dicam quid ipſe ſententiam Notaui initio capitis iſtius, refugium in ordine ad hæc duo altiſſimum poſitum eſſe, ne ſcilicet malum eò accederet, & inimicorum verſutia appropinquaret; ſunt autem Inimici hominis malum ei procurantes, ac vias eius obſidentes quatuor; tres illi ab omnibus communiter aſſignati; nempè mundus, Diabolus, & Caro, quibus addimus quartum caput omnium, & Principem; nempè Serpentem, qui Euam ſeduxit, hic enim prę alijs malum homini ſuo venenato afflatu inuexit, quod autem iſte ſit mulieris, ac ſeminis illius crudelis Inimicus, oſtendit Dominus dicens: *Inimicitias ponam inter te, ac mulierem; Semen tuum, ac ſemen illius; ipſa conteret caput tuum,* *Gen. 3.* per quatuor ergo hæc beſtiarum nomina quatuor hoſcè humani generis hoſtes congruè intelligi poſſe exiſtimo, qui fortaſſe etiam figurabantur in illis quatuor cornibus; de quib. dicitur Zacharię 1. quod ita ventilauerunt Iudam, *Zach.* Iſrael, & Hieruſalem per ſingulos viros, vt nemo eorum leuauerit caput ſuum; vere enim nullus inter homines fuit, vno excepto Chriſto: qui ab aliquo vno horum cornuũ capite confractus non fuerit, quia & ſi ab vltimis tribus aliquis liber euaſit, a primo tamen nemo immunis extitit; at vero omnes, ac ſingulos deuicit Virgo Maria ambulans ſuper aſpidem, & baſiliſcum, & conculcans Leonem, & Draconem.

Sed curioſius fortaſſe quiſpiam requirat, an non fuit Diabolus ſub figura Serpentis qui Euam ſeduxit? maximè verò. Cur igitur quartum a tribus alijs humani generis hoſtem diſtinctum effingis? iure merito; hic enim qui inter tres cõmunes humani generis hoſtes connumeratur, hoſtis eſt Perſonæ, ſicut pariter ſunt alij duo, caro nimirum, & mundus, atque adeò humanis Perſonis inſidias tendunt ille verò, qui Euam ſeduxit, hoſtis fuit naturæ, quam propterea inſanabili ſuo venenato afflatu infecit; vnde propterea pro

pria, ac peculiari ratione a tribus alijs diſtinctus conſtituitur; Et Maria quidem non tam tres iſtos Perſonæ inimicos deuicit, quàm illum quartum naturæ hoſtem ſuperauit. Neque vacare reor a Miſterio, quod primo loco poſita ſit aſpis, ſeù vt alij multi legunt, ſerpens, quia primo loco primus Inimicus, qui eſt ſerpens, conterendus erat, hoc enim contritò, reliquos omnes ſimul conterere, nullius prorſus negotij futurum erat; ſicut è contrario eo victore exiſten te alios ſuperare perquam difficilè foret, Vndè & qui ſerpentum cantiones exercent aſpidem ad ſuarum cantionum incantamenta pro virili perducere conantur, quia eo per cãtionẽ ſuperato reliqui ſimùl cum eo interire cernuntur. ſin verò ille cantionis vim aufugiat, incantantes in maximo vitæ diſcriminè verſantur; propterea ille vt ſe, cęteroſque ſerpentes à laqueis incãtantium eripiat, vocem incantãtium ne audiat, aures mira aſtutia obturat, vt eſt res obuia, & ſatis manifeſta; & quis nouit, vtrũ ille ſerpens, qui ſeduxit mulierem Euam fuerit aſpis? curioſa eſt ſanè huiuſcè rei inueſtigatio, cùm nil certi, aut a Doctoribus, aut à ſcriptura habeatur. Porrò Benedictus Pererius quæſtionum in hiſtoriam Geneſeos occurentium ſubtilis perſcrutator refert Eugubinũ exiſtimantem, ſerpentem illum, qui Euam adortus eſt, fuiſſe Baſiliſcum; ipſe verò Pereira coniectando potius, quàm aſtruendo non baſiliſcum, ſed ſcytalem, vt vocant rerum naturalium ſcriptores, fuiſſe probabiliùs arbitratur, quod iſte ſerpens ſit formoſus, pulcher, & ſquamarum nitore adeò refulgens, vt facilè aſpicientium oculos in ſe conuertat, & corda allıciat; multa de hoc ſerpente, quæ hic recenſere neceſſarium non duco, ſcriptis prodiderunt Theologi in 2. diſt. 21. in quibus illud eſt, quod Seraphicus Doctor a 1. q. 2. ad 2. poſt Bedam, & alios tradit, illum videlicet ſerpentem habuiſſe faciem mulieris Virginis; quam quam Pererius poſt Liranum hoc veluti fabuloſum commentum explodendum ea ratione exiſtimat; quod talis ſerpens habens faciem mulieris, reliquum corpus ſerpentis nunquam apud Doctores, poſt hominum memoriam, commentus ſit; ſed quid? ſi dicatur, illam formam, permittente Deo, tunc primò à ſerpente, Diaboli miniſterio, eſſe ſuſceptam, non eſt iſte altercandi locus, hoc ſanè per tranſennam attingam: non modicam, Seraphici Doctoris ſententia, noſtro inſtituto commoditatem afferi, nec leue indè argumentum deduci, vt nempè ſerpens ille ad mulierem decipiendam in faciem mulieris Virginis conuerſus, poſtmodùm à muliere Virgine tanta fuerit ſuperexcellentia deluſus. Ego quidem, ſicut & illi, diuinando potiùs ſiuè coniectando quàm quidquàm certi deponendo; ſi meam mihi licet de hac re proferre ſententiam, ſerpentem illum

S. Bon. *Beda apud eundem* *Perer. ubi ſup.* *Liranus apud Per.*

aſ-

aſpidem fuiſſe exiſtimarem Et hęc quidem meæ diuinationis ſeu coniecturæ fundamenta erunt (ſine fundamento enim diuinare dementis eſt: ſapientis vero ex rationibus, & fundamentis coniectare. moueor, itaque tùm quia hic primo loco inter hoſtes humani generis primus collocatur; tùm maximè, conſiderata aſpidis aſtutia, & calliditate, ſcribitur enim in libro Geneſeos cap. 3. ſerpentem illum ad Euam ingreſſam fuiſſe callidiſſimum, *ſed & ſerpens erat callodior cunctis ammantibus terræ*. Papæ; quid aſpidis calliditate, quid quęſo, quid ampliùs aut ſenſu cogitari, aut verbis explicari poteſt? inquiunt, qui naturas animalium, eorùmque proprietates Intimiùs rimantur, & referunt etiam Diuus Auguſtinus ad Pſalm. 57. ac Sanctus Bernardus hic, aſpidem hinc alteram aurem, quam poteſt, preſſiùs terræ infigere, indè verò alteram caudæ immiſſione nichilominùs obturare, ne vocem incantantis exaudiat; vides, quanta ſit huius ſerpẽtis ſuper omnes omnium calliditates calliditas; tùm denique, quia venenum aſpidum dicitur inſanabile, & ſic fuit profectò in humana natura huius ſerpentis veneno per aures mulieris vt eam a diuino præcepto auerteret, trans miſſo infecta; quod venenum in totum, inde poſteritatem ſerpens ille callidiſſime refudit; cui propoſito plurimum facit, quod Agellius in hunc locum ex quodàm Greco auctore aſpidem cum ſerpentem intelligit, qui aures a Dei præceptis auertit; eſt auem Auctor ille Grecus Anonimus, vt ex eodem Agellio etiam Lorinus aducerit; natura igitur humana plagam peccati originalis per aures mulieris a ſerpentę tranſmiſſam contraxit, vt ſuperiùs ex Diuo Bernardo concinnè hanc rem exprimente probaui, cuius propterea textum vlteriùs in præſentiarum reſcribere ſuper fluum puto, nemo enim ab illa die, niſi fuerit peculiari gratia præuentus, ab hac plaga immunis naſci poteſt, vel potuit & protanto dici poteſt venenum aſpidum inſanabile, quia etiam ſi ſanetur perſona hac rami per gratiam, adhuc tamem natura, & radix remanet venenata, per pœnam ex culpa, ac ſubindè ſucceſſiuè, & indeſinenter venenum ad ramos; tranſfundit ſeu etiam inſanabile, quod, ſublata culpa, inſanabiliter remanet pœna & fomes, & concupiſcentia peccati. Itaque Maria Virgo non modò conculcauit Leonem, & Draconem; verum etiam ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulauit, quia ſibi ſuos hoſtes tàm perfectè ſubiecit, vt nullum ei malum aut originalis, aut actualis culpę inferre valuerint; ex quo inſuper factum eſt, vt Deus firmam bonorum ſpem adderet. Verè itaque hic illud ad Deum exclamare licet. Non fuit ſimilis creatio, ac humani generis reparatio; nam in Creatione fœmina, quam ad ſpem noſtram firmãdam elegeras, quãque refugium tuum pro noſtra ſalute

Geneſ.

S. Aug. D. Ber.

deuter. 32.

Agelli.

S. Ber. in hec C. Sec. 1

ſalute poſueras, tàm alta non fuit vt ei malum appropinquare nequiuerit; non vtique; in reparatione verò altiſſimum poſuiſti refugium, ità vt nullum ad ipſum malum accedere potuerit: & ſanè meritò quippe ab hoc altiſſimo refugio, & ſummam tui laudem, & perfectam noſtri ſpem pendere voluiſti; ò quam egregiè rem hanc conſiderauit, & expoſuit Diuus Bernardus ſic fatus homil. 2. ſuper

S.Ber. miſſus eſt, *quia enim ſpes noſtra à mulieris fortitudine pendet, & mulier prima fuit infirma Deus mulierem fortem quæſiuit, nec alius quam Deus inuenire; dicente Spiritu Sancto Pro-*

Prouer. *uerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet? quam aliam (inquit Diu. Bern.) Salomon mulierem requirebat quam Virginem? nouerat quippè vir ſapiens huius ſexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem, quia tamen nouerat Deum promiſiſſe, & ità videbat congruere; vt qui per fœminam vicerat, vinceretur per ipſam: veh menter ad miratus dicebat: Mulierem fortem quis inueniet? quod fuit dicere: ſi ità de manu fœminæ pendet, & noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtitutio, fortis omnino neceſſe eſt, vt prouideatur, quæ ad tantum opus poſſit eſſe idonea ſic Bernardus concinnè ſatis, & appoſitè*, qui propterea alio in lo

S.Bon. co vnà cum Seraph. Doct. Sancto Bonauentura ſerm. 1. de Beata Virgine, Mariam Virginem adeò in gratia, & iuſtitia firmam, ac ſtabilem fuiſſe affirmat, vt ipſi firmamento inter medium aquarum in creatione mundi à Deo conſtituto componere, & comparare non dubitet.

Hæc igitùr Virgo, & fœmina Chriſto in adiutorium ad ſaluandas gentes ſimilis effecta fortis fuit aduerſus Diabolum, fortìs contrà peccatum; ſic enim decebat vt nos indè vitam ſperare poſſemus.

Maria Virgo ſemper cum Deo.

Connectitur alius ad Encomium Virginis glorificandum locus. Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum, & cęt. Pſal. 72. Cap. 3.

Quod Deus cum ſolis iuſtis, & Sanctis eſſe dicatur: ex quo propoſiti capitis ſcripturam ad Perſonam Virg. eſſe referendam oſtenditur. Sectio 1.

CVm tanta, ac talis omnipotentis Dei erga Virginem cuſtodia extiterit, vt eam ab omni malo cuſtodierit, non mirandum; ſi ſemper Deo per voluntatem coniunctam, & aſſociatam fuiſſe ſacer eiuſdem Dauid tex. illis aureis verbis teſtatum faciat, *& egò ſemper tecum*, Deum porrò immenſum, ac infinitum, & vbique exiſtentem in omnibus eſſe, & omnia in ipſo, ſicut certiſſimum eſt, ità non eſſe cum omnibus, nec omnia cum ipſo quoque indubitatum. vt

S Ber. S.Tho. Magiſ. S Bon. D. Au. enim ſcitè D.Bern.hom.tertia ſuper miſus eſt, Mag. ſent. in p. diſt 37.D.Tho.lect 2.ſuper cap. 1. Iob.5.itidem Bonauentura citata diſtintione p.ſent.dub.15.lit. poſt Sanctum Auguſt. ab eodem allatum, notarunt, ſoli iuſti propriè cum Deo eſſe dicuntur, & Deus cum illis: cuius rei ea à ſeraph. Bonauentura perpulchra adducitur ratio, quod nimirum copula illa, *Cum*, aſſociationem, & coniunctionem, in quibus potiſſimũ cõformitas animi,& vnio voluntatis exigitur,importat. Qua de re, cùm plura mihi prȩſtò ſint,quæ in medium afferre valerem, prolixitudini parcens, ac cȩtera omnia proindè ſilentio in præſentiarum committens,ea dumtaxàt,quæ me morato loco D. Bernardus elegan-
Bern. vbi ſup. ter,de more,ſcripta reliquit,vt potè argumento noſtro ſatis accommodata recenſere contentus ero, ſic igitur Sanctus Doctor, ea ad Mariam Archãgeli Gabrielis verba *Dominus tecum* verſans, & perpendens,cõcinnè diſcurrit,*Non dixit Dominus in te, ſed Dominus tecum; Deus enim, qui vbique æqualiter totus eſt per ſuam ſimplicem ſubſtãtiam, aliter tamen in rationalibus Creaturis, quàm in cæteris, & ipſarum, aliter in bonis, quàm in malis eſt per efficaciam; ità ſanè eſt in irrationabilibus, vt tamen non capiatur ab ipſis, à rationabilibus autem quidem capi poteſt per cognitionem, à bonis tamen tantum capitur per amorem. In ſolis ergo bonis ità eſt, vt etiam ſit cum ipſis propter concordiam voluntatis*. Hactenus D. Bernardus; tantum autem abeſt, vt peccatores, & iniuſti ſocietatem, coniunctionem,mutuamque cum Deo voluntatem habeãt, & Deus cum illis, quin potiùs diſſociationem,diuiſionem,ac voluntatis cõtradictionem.teſtatur hoc diuina ſcriptura, vbi ait. *qui dicit ſe habere ſocietatem cum illo,& ambulat in tenebris mentitur, & veritatem non facit*; ad cu- Io. 1.
ius rei confirmationem facit illud commune Sancti Auguſtini 12.de S Aug.
Ciuitate Dei tertia pronunciatum, nullum nempè eſſe Dei inimicum natura,ſed voluntate,qua tenus ſua ei voluntate reſiſtens ab eo vita, moribus, & voluntate diſſentit;*dicuntur autem*(verba Auguſtini) *in ſcriptura inimici Dei, non qui Natura, ſed vitijs aduerſantur eius imperio,inimici enim ſunt reſiſtendi voluntate*; ſic ille. quæ cum ità ſint, nullus adhuc hominum, qui ſunt, fuerunt, ac poſthac futuri ſunt, gloriari iure poteſt, dicereque Deo: Ego ſemper fui tecùm: quippè cum omnes naſcamur filij iræ, & in iniquitatibus concipiamur,pro eo tempore,quo in peccato originali perſiſtimus,à Deo diuiſi ſumus, ab eius ſocietate ſeparati, ac voluntate prorſus ſecreti: quid quod ergo Dauid de ſe ipſo autumat in Pſalm.72.aut quomodo dicere audet, *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum* ſi ipſemet ore proprio in ini- Pſ.50.
quitatibus ſe conceptum eſſe fatetur: præter quam quod numquid fuit cum Deo tunc temporis, quandò

2.*Reg.* quandò de carne Berſabeæ,& ſan-
11. guine Vriæ præperatum Diabolo
epulum dedit ? non vtique ; ſed
Propheta,inquiet aliquis,erat Da
uid; Prophetæ autem plerumque;
quæ dicunt,non deſeipſis, ſed de
alijs in perſonam ipſorum effan-
tur, de quo itaque eo loci loqua-
tur,videamus.ſanè quidem , que-
madmodum non deſeipſo,qui pec
cator fuit, loqui potuit : eadem
quoque ratione neque de alijs ho-
minibus, quia omnes peccatores
fuerunt,& in peccatis generati,ſi-
cut & ipſe Dauid:erit fortaſsè va-
ticinium de Chriſto, qui de Spiri-
tus Sancto conceptus toto vitæ ſuę
tempore cum Deo ambulauit, &
Deus cum eo:teſtatur Beatus Apo
Acto. ſtolus Petrus Iudeis loquens: *quo-*
10. *niam Deus erat cum eo*, vndè, &
idem Chriſtus cum eiſdem Iudeis
Actu. diſputans.*quis ex vobis*, clamabat,
Io.8 *arguet me de peccato*? teſtantur deni
que omnes ſcripturæ Chriſtum eſ-
ſe Sanctum, &, vt inquit Sanctus
Sanct. Ambroſius ad c.2.Lucæ ſolum ip-
Amb. ſum ex natis de fęmina , Sanctum,
& verè Sanctum: Atenimuero ſi &
iſta vera ſint, ac proindè ex hoc ca
pite minimè obſtet,quominus præ
fatum de Chriſto vaticinium in-
telligatur obſtat nihilominùs ex
alio capite: quod videlicet Chri-
ſtus non per gratiam, aut priuile-
gium hanc Sanctitatem habuerit,
ſed per naturam: atque adeò, vt
ſemper cum Deo eſſet,manutenen
tiæ minimè eguerit: ipſe namque,
cum eſſet verus Deus, ſibi ipſi per
omnia ſufficiebat, Vndè & nulla-
tenùs deficere,aut cadere valebat,
quemadmodum vnanimi conſenſu
omnes Patres & Theologi, in qui- *Orig.*
bus mirè Orig., de quo etiā ſupra
hom.31. in Lucam, affirmant;qua
re cum Dauid mox adijciat; *tenui-
ſti manum dexteram meam &c.* ſatis
apertè ſe ad Chriſtum,qui , vt di-
ctum eſt, manutenentiæ minimè
eguit, in præfata Prophetia nulla
tenùs aſpexiſſe indigitat : ſi ergo
neque ad Chriſtum , neque ad ſei-
pſum,neque ad Ioannem Baptiſtā
neque ad Eliam , aut Hieremiam ,
aut alium quemcumque Prophe-
tarum , & Sanctorum reſpexit; ad
quem vtique reſpexiſſe exiſtimabi
mus?penſanda ſunt verba Prophe-
tiæ,& ſubtilius rimanda; quò,de
quibus intelligenda ſint, facilius
inuenire poſſimus. *& ego*,ait,*ad ni-
hilum redactus ſum, & neſciui; vt iu-
mentum factus ſum apud te : & ego
ſemper tecum: tenuiſti manum dexte-
ram meam, & in voluntate tua dedu-
xiſti me &c.* Ego quidem totum
hoc vaticinium congruentiſſime
de Beata Virgine intelligi poſſe ,
opinor; moueor primò, quod, vti
ex diſcurſis patet,nulli alij aſcribi
proprie poteſt ; moueor ſecundò
quod nulla Creatura ſic ſe in con-
ſpectu Dei exinaniuit,&,vt ità di-
cam, ad nihilùm redegit , ſicut B.
Maria , hæc enim Virgo ſolum
Deū eſſe totum, quod eſt, reliqua
verò omnia in eius conſpectu nihil
eſſe perſpiciens , ad nihilum ſe
ſemper per humilitatem redigēs,
quamuis ſolium excelſum eſſet, &
eleuatum , nihilominùs Deo per
omnia

omnia, vt ſuperiùs etiam viſum eſt, ſe ſubiecit; *Maria* inquit Sanctus Bernardinus ſenenſis, ſer. 2. de aſſumpt. Virginis c. 2. *non ſolum ſe humiliat, ſed in humilitate ſub omni rationali creatura ſe abiſſat* ideoque idem ſanctus vna cum Beato Petro Damiano ſer. de aſſumpt. Virginis prædictos Pſalmi verſiculos mire in perſonam Virginis quadrare oſtendit; & licet vterque, ad miſterium quod attinet, aſſumptionis eiuſdem Dei Genitricis Sacramento accomodet attamen; quod rectius de perpetua eiuſdem Genitricis Dei Mariæ cum Deo per omnimodam innocentiam aſſociatione valeant interpretari ex dicendis clare conſtabit; interim verba ipſa S. Petri adducere dijudicaui, vt quæ maximam etiam ad Virginis innocentiam inſinuandā vim habere videantur *Matri*, ſic ille diſcurrit, *cęlorum palatia penetranti filius ipſe cum tota curia tam Angelorum, quam iuſtorum ſolemniter occurrens euexit ad beatæ conſiſtorium ſeſſionis, & ait tota pulcra es amica mea, & macula non eſt in te, tota pulcra, quia tota dei facta; macula non eſt in te, quia S. Sanctus ſuperuenit in te, qui te mundauit; ſed & Virgo gratioſis cumulata muneribus tantæ benignitati Dauidico ſermone reſpondet ſummæ dignitatis claritatem admirans tenuiſti manum dexteram meam, & cum gloria ſuſcepiſti me gloria vtique Glorioſa, quam non nouit niſi qui dedit, & cui donare dignatus eſt.* hactenus ille Nec obſtat quominus de Virgine Maria prefatum vaticinium intelligamus, quod Propheta ſuæ narrationis ſeriem perſequens, præmitat, *vt Iumentum factus ſum, apud te* neque enim abhorret à Virginis dignitate, & excellentia, quod iumento comparetur. intentos vos volo, vt huiuſcè aſſimilationis cauſam, quam in medium affero, audiatis. ſcribitur in Canticis à Salomone; Deum aliquando hanc ſuam pijſſimam Matrem, & famulam allocutum dixiſſe; *æquitatui meo*, ſiuè, *equæ meæ*, ſiuè *iumento meo aſſimilaui te amica mea*: ecce quomodò mater filij Sermoni ſe attemperans iumento ſe ſimilem vocat; enim quàm quemadmodum Dauid Pater, ac Salomon filius loquentes de Virgine eamdem vtrique loquendi formam, & proprietatem ſeruant; non eſt ergo mirum, ſi Maria ſe iumento ſimilem facit; quæ nempe ab ipſo quoque Deo iumento fuit aſſimilata, iumento inquàm non inſipienti, & calcitranti; ſed ſapientiſſimo; & manſuetiſſimo; cui Dominus ipſe inſidere dignatus eſt; vt hinc demum non leue peti poſſe videam argumentum, quo preduĉti vaticinium congrue, de Beata Virgine intelligendum eſſe monſtretur, huc propterea Beatiſſimus Pontifex, & Martir Ignatius in ſua ad Virginè ad huc viuentem epiſtola alludens eam Chriſtiferā appellat quod nimirū eidem tanquam māſuetiſſimo iumento Chriſtus inſidere, ac ab ea portari, voluit: vt ex Ignatio ſuper hunc Pſalmnu ſcribit Lorinus.

S. Bern. *Petrus Dam.* *Cant. 1.* *S. Hig. Lorin.*

Diſſe-

Diſſeritur de modo, quo originalis culpa a pueris in conceptione actu contrahitur. Sect. 2.

VT illarum quæ ex propoſita præſentis capitis ſcriptura rationes eruendę, & formandæ ſunt, vim facilius apprehendamus, modum, quo pueri in conceptione per originale peccatum a Deo diſſociantur, ſic, vt pro eo inſtanti cum ipſo eſſe dici nullatenus poſſit, aperire neceſſarium erit. miſſis verò puerilibus nugis quæ in hac materia de contractione originalis culpæ à quibuſdam circumferuntur, celebris admodum, communis, & plauſilibilis eſt modus ille, quem aſſignat Bea. Tho. 4. contra gentes 52 & 1. 2. q. 81. a. 1. & 3. & plurimum commendant omnes Thomiſtæ, qui in ſumma eſt huiuſmodi: obſeruat Beatus Thomas, omnes homines ab Adam originem trahentes conſiderari poſſe, ac ſi eſſent vnus homo, prout in vna natura conueniunt, quam à primo parente receperunt, ſicut in ciuilibus omnes homines vnius communitatis vnus homo reputantur, quaſi vnum corpus: & tota communitás quaſi vnus homo, ſic ergo omnes homines ab Adam tanquàm membra vnius corporis originem duxerũt Porro actus vnius membri corporalis, vt manus, non eſt voluntarius voluntate ipſius manus, ſed animæ liberè mouentis manum, vndè & homicidium non manui, vt manus eſt naturaliter operans, ſed quatenus eſt aliquid hominis, à quo mouetur, imputatur, ſic in ordinatio, quæ eſt in hoc homine ab Adam generato non eſt voluntaria voluntate ipſius, ſed voluntate primi parentis, qui generationis motione omnes, qui ex eius origine deriuantur, mouet, eo modo, quo voluntas animæ omnia corporis membra ad actum mouet, quarè peccatum, quod ſic à primo parente ad poſteros deriuatur, originale dicitur: ſicut autem peccatum, quod per aliquid corporis membrum committitur non eſt peccatum illius membri, niſi quatenus membrum eſt aliquid hominis, vndè & humanum peccatum appellatur, ſic nec peccatum originale dicitur alicuius perſonæ, niſi quatenus illa perſona à primò parente naturam recipit, vndè & perbellè peccatum naturæ appellatur: aptius propterea peccatum originale contrahi, quàm perpetrari perhibetur; ſic ex Sancto Thoma exponunt Thomiſtæ, licet autem modus iſte propter tanti Magiſtri authoritatem perquam applauſibilis exiſtat, videaturque quam maximè rationi conformis, à quo propterea non omnino diſſentit etiam Sanctus Bonauentura in 2. diſt. 30. a. 1. q. 2. non nihil tamen, meo exili iudicio, in eo potuiſſimũ pati poſſe videtur difficultatis, quod omnes homines vna Adæ voluntate reliquas motu generationis mouente pec- *S. Bon.*

peccare affirmat; ſi enim, vt ſtemus in exemplo à Sancto Tho. allato, membrum non ſua, ſed aliena voluntate, ea inquàm, à qua mouetur, peccare debet, neceſſarium eſt vtique, vt membrum voluntati ad peccandum iungatur, nō enim priùs peccat manus, quàm voluntas, ſed voluntas, & manus ſimùl: quandò autem Adam peccauit, homines nō erant, & ſi fuiſſent, ac tunc actu cū Adæ voluntate in malum conſenſiſſent, iàm ſimul omnes homines ab initio mundi peccato originis ſe coinquinaſſent, ac proindè ſucceſſiuè nunc per generationem originalem culpam minimè contraheret, quod vtique toti ſcripturarum contextui, ac Theologorum doctrinæ contrarium eſt: tunc enim tantundem homo originis labe actu inficitur, cùm primo generatur: id quod prę alijs clariſſimè, & eruditiſſimè ſignificauit B. Anſelmus, cuius ea ſunt verba c. 7. de Conceptione Virginis, & originali peccato, *omnes in Adam peccauimus, non quia tunc peccauimus ipſi, qui nondum eramus, ſed quia de illo futuri eramus, & tunc facta eſt neceſſitas illi, vt, cum eſſemus, peccaremus:* ſic ille. Non igitur tunc peccauit homo, quando non fuit: facta eſt tamen illi neceſſitas, vt peccaret, cum eſſet. quare aduertas velim, aliud eſſe peccare in Adam, aliud cum Adam: & quidem omnes in Adam peccauimus, quia omnes in ipſo, tanquam in ſemine aut radice eramus nō quidem actu, ſed virtute,

S. Anſ.

vt etiam ipſe S. Tho. 4. cont. Gent. 52. n. 2. tradit. vnde non actu, ſed virtute in Adam peccauimus: actu verò peccatum contrahimus, cum ex ſemine ab Adam deriuante actu concipimur & generamur. Relicta proptereà in ſua probabilitate (qua certè non caret) hac Sancti Thomæ ſententia, alium congruentiorem modum, quo originalis culpa contrahatur, veritatis inueniendæ gratia, perquiramus. certè, Sanctus Bonauentura D. Tho. coęqualis & coetaneus loco ſuperius citato totam rem hanc hoc ferè modò declarat: ſupponit cum primum, peccatum originale duo ſecum inuoluere, carentiam videlicet iuſtitiæ originalis, & immoderatam, inordinatamque animæ, ac ſpiritus carni ſubiectionem, in quantum videlicet ordo iuſtitię inuertitur, & vbi ſpiritus carnem ad ſe pertrahere, ſibique ſubijcere debet, caro potiùs ad ſe pertrahit, ſibique ſubijcit ſpiritum: hoc ſuppoſito, eo inſtanti, ait Sanctus Doctor, quo anima carni iam fedæ, & vitiatæ coniungitur, quoniam naturali ſua virtute carnem regere, ſibique ſubijcere nequit: neceſſariò eidem carni ſubijcitur, & ſubſternitur: quo fit, vt anima eo ipſo deordinata appareat, illaque iuſtitia, & rectitudine, quam habere deberet vacua exiſtat, quæ non eſt aliud, quàm quod caro ſpiritui, & portio inferior ſuperiori, omniaque Deo ſubdantur, ſicuti inferius etiam ex ipſo S. Thoma vberius explicabimus:

cim:-

cumque caro illa, fæda, quæque ſua naturali vitioſitate hanc efficit deordinationem ab Adam, tanquàm à prima radice in alios homines ab ea deriuantes transfundatur, meritò peccatum originis initiatiuè, & originariè, ab Adam eſſe perhibetur; in ipſo tamen homine tunc primò, cum anima carni in Conceptione infunditur, completur; & conſumatur; atque ità in ipſa hominis conceptione, non priùs hæc originalis culpa ab ipſomet concepto, & generato contrahitur: neque verò ſine cauſa hanc originis labem omnibus Adæ filijs imputari exiſtimandum eſt, quippè omnes filij Adæ in ipſo; tanquam in radice, ac ſemine, haud ſecùs, quàm tota arbor, omneſque, & ſinguli eius rami, in radice, ac ſemine, vndè omnes, deriuantur, præexiſtere cognoſcuntur: Pulchrè propterea Miſterium hoc magnum, ſatiſque abſtruſum ſimilitudine ab arbore ducta, quam paucis inſinuat Sanctus Bonauentura in 2. d. 30. art. 1. q. 2. arg 4. reſerare viſus eſt, quidam modernus non contemnendus, ſic ferè profatus: *Vt tota humana natura labe originali infecta ad viuũ depingeretur aptiùs nil, quam arborem vitiatis, & infectis radicibus, ex quibus in omnes, ac ſingulos arboris ramos vitium, & infectio transſmittitur, ac ransfunditur, delineares.* cui accinens Sanctus Petrus Criſologus verba illa Apoſto. ad Rom. 5. *Per peccatum mors* ſerm. 3. verſiculos ſimilitudinem hanc mirè, vt ſolet, exponit, ſimulatque communem illam obiectionem, cur nimirum tota natura humana originalis fæcis readicatur, cum ſolus Adam primi præcepti tranſgreſſor extiterit; egregie declarat, ipſum, ſi lubet, talia promentem audiamus, *numquid non in ſemine tota arbor; vitium ergo ſeminis, vitium totius eſt arboris*: ſic ille; quoquidem breuius, eò peraptius; vbi illud in allata Sancti Doctoris authoritate aduertas, ſemen ab eo pro radice vſurpari; quia ergo in radice tota arbor initiatiuè, & originariè vitiata exiſtit, quippè à radice totius arboris rami, folito, flores, & fructus deriuantur, ideò prima radice viti ata, & infecta, omnia, & ſingula ab ea radice deriuantia eamdem infectionem, & vitioſitatem eoipſo, quid actu ab ea radice prodeunt, neceſſarium eſt conparticipent. quod adhuc clarius Sanctus Auguſt. in Enchirid. hiſcè verbis expreſſit, *hinc poſt peccatum exul effectus (loquitur de Ada) ſtirpem quoque ſuam, quam peccando in ſe tanquàm in radice vitiauerat pœna mortis, & damnationis obſtrinxit, vt quid quod prolis ex ipſo naſceretur*, traheret originale peccatum.

S.Bon. Griſolo. Rom. S.Aug.

Mariam Virginem originalem culpam minimè contraxiſſe, ex doctrina Angelici, & Seraphici Doctorum in præcedenti ſect. allata comprobatur.

HIs iam ita conſtitutis, quid de Virgine Beata in præfata ſcriptura vaticinatum ſit, Matre ipſa fauente Virgine; attentè perquiramus. Principio aſſeritur, *vt iumentum factus ſum apud te.* pulchrè Propheta Virginem vt iumentum apud Dominum factam fuiſſe prænuntiat; cum enim (vt expoſitores multi hoc loco tradunt) iumentum, à iuuando dictum ſit, Mariam planè veluti iumentum apud Dominum factam fuiſſe dicemus, inquantum à Deo ad redemptionem generis humani Chriſto adiutorium effecta fuit. Et verò congrue dicitur facta, ipſa enim ex natura talis non erat, vt filio ad tantum opus deſeruire valeret. rectiſſimè etiam apud Deum veluti iumentum facta eſſe perhibetur, ideſt cū Deo; hoc namque ſignificat præpoſitio illa, *apud*; vnde, ſicut Verbum in principio apud Deum eſſe aſſeritur, ideſt cum Deo, ſecundum illud Hilarij 2. de Trinit. *id, quod in principio erat apud Deum, non in altero eſſe prædicatur, ſed cum altero.* Quæ Hilarij Verba clarius expendens Toletus, annotat. 5. in Io. ait. *ſignificat Hilarius ideò Verbum dici apud Deum, quia cum Deo ſemper eſt, & permanet.* Sicut ergo, inquam, Verbū erat apud Deum, omnia cū Deo diſponendo, creādo ergo ſic Maria; veluti iumentum apud Deum facta eſſe perhibetur, quatenus cum Deo ad redemptionis Sacramentum complendum ſimul eſt operata. Quod maxime gloriam, & honorem Virginis Matris declarat; ſicut enim iumentum fierit apud Diabolum, hoc eſt Diabolo ad perditionem animarum coniungi, vt coniuncta fuit Æua, dedecoris eſt, ſic maximè honoris Deo ad redemptionis Sacramentum perficiendum aſſociari, ſicut aſſociata fuit Maria. Quod ſatis innuere voluit Euthimius vti etiam ex eodem Euthimo notauit Lorinus; quare ſponſa non cuilibet iumento, ſed iumento Dei aſſimilatur Iure propterea S. Damaſcenus, orat. 1. de Natiu. B. Mariæ eandem deuotiſſimè interpellans, ait, *Vitam natura præſtantiorem habebis, non enim tibi ipſi, neque tui ipſius cauſa progenita es, quo circa à Deo habebis, ob quem in vitam prodijſti, vt orbis vniuerſi ſaluti adminiſtram te præberes, atque antiquum Dei conſilium, hoc eſt incarnationis Verbi, & noſtræ Deificationis per te impleretur.* ſubditur verò, *& ego ſemper tecum,* ſubintellige, *fui,* ſic enim & Pagninus legit, & verba ſequentia de præterito clarè demonſtrant. loquitur autem Maria ad Deum, perpetuam ſui cum ipſo Deo ſocietatem, vnionem, ac voluntatis conformitatem oſtendens: nam hæc omnia in illo verbo, *tecum*, comprehenduntur. inferamus nunc naturalem

S.Hila.

Tol.

Euti.

Lori. hic

S. Dā.

ſem concluſionem ex illo antecedenti naturaliter conſequentem, Ergo B.V.M. nunquam a Deo fuit diſſociata, nunquam, animo ſeparata, nunquam voluntate diſiuncta. ergò B. V. M. originalem culpam non contraxit. Hoc autem totum fuit per gratiam, non per naturam; id circò ſtatim rationem huius perpetuæ cum Deo aſſociationis ſubiungit, dicens, *tenuiſti manum dexteram meam*, quaſi dicat, hæc eſt cauſa, cur originis labem non contraxi; cur originalem iuſtitiā habui, quia tu Deus tenuiſti manum dexteram meam, S. Aug. ſeu, vt legit S. Auguſt. poteſtatem dexteram meam quid eſt, poteſtas dextera; relationem importat ad ſiniſtram quid eſt poteſtas ſiniſtra? poteſtas ſiniſtra eſt poteſtas carnis, & portionis inferioris tanquam ignobilior ſuper ſpiritum, ac ſuperiorem rationem. Poteſtas dextera eſt poteſtas animę, ac ſpiritus, tanquam dignior, & præſtantior ſuper carnem, & portionem inferiorem; dextera enim ſemper nobilior eſt ſiniſtra; vt eſt communis omnium Doctorū ſententia, & clarè docet S. Tho. 1. p. S.Tho. q. 102. art. Quid eſt ergo, tenuiſti poteſtatem *dexteram meam?* (perpulchrè ſanè) niſi quod ait Sanctus Bonauentura; *tenuiſti portionem meam ſuperiorem, nè ſubigeretur inferiori*; perbellè autem dicit, *tenuiſti*, quippè anima ſua naturali virtute carnem rebellem, niſi diuina ei virtus, & gratia opituletur regere, ac ſibi ſubijcere minimè poteſt; quin potiùs à carne ſub ſe trahitur, & deorſum miſerabiliter præcipitatur. quid ergo? debuerat ſanè ità eſſe, & fieri in Maria de iure naturæ, Deus autem ſingulari ſua in Virginem bonitate, & clementia poteſtatem eius dexteram, videlicet altitudinem rationis in ſuo eminentiori ſtatu, & gradu mediante dono illo originalis iuſtitiæ, naturæ in ipſo conceptionis inſtanti ſuperaddito ſupra carnem retinuit atque adeo originis labem minime incurrit. Meritò, itaque, Deum interpellans ait, *& ego ſemper tecum: tenuiſti manum dexterā meam*, ita porro tenuiſti, quod tenendo miro, modo inperfectū compleuiſti quid qđ verò obſtat, quò minus per poteſtatem dexteram iuxta Ariſ. definitionem dexteræ à Philoſofo in lib. de cælo allatam, ipſum Mariaui Conceptus primordium intelligamus? dexterum quippè eſſe definitur, vndè eſt principium motus; ſanè principium motus totius vitæ eſt a generatione, & conceptione, indè enim homo incipit moueri, cum per generationem, & conceptionem primum omnium motum incipit eſſe: ſicut hominis conceptio, & generatio dextera rite cēſeri poteſt vnde; & paradiſus ille tereſtris in parte Orientali; quæ iuxta philoſophum eſt dextera cęli, a Deo creatus, ſeu plantatus fuiſſe perhibetur vt optime Angelicus vbi ſup. & inſinuat ſcriptura inquiens, *plantauerat autem Deus*

Gen.2. *Paradiſum voluptatis a principio.* i. in parte Orientali, quæ eſt dextera cęli, *vnde primo* moueri incipit; *tenuiſti ergo poteſtatem dexteram meam*, hoc eſt præſeruaſti à malo conceptionem meam quod adhuc clariùs, & dilucidius ſequenti ver ſu oſtendit, dicens: *& in voluntate tua deduxiſti me*: quia enim in Spiritu Propheta Sanctus præuidere potuit, forè nempè, vt aliter, & ali ter modus contrahendi originale peccatum à Doctoribus, & ſanctis inſinuaretur, omnibus ſatisfacere volens, omnibus copioſam, ac validam arguendi ſegetem ſubminiſtrauit; inſinuata itàque ſeraphici Doctoris ſententia illis verbis *tenuiſti manum* &c. mox modum dicendi Angelici indigitauit, ſubdens, *& in volũtate tua deduxiſti me* non in voluntate Adæ, ſic enim profectò in peccato originali con cepta eſſet, vt ex allata nuper Angelici Doctoris doctrina clarè col ligitur, ſed in voluntate Dei deducta fuit Maria ac ſubinde Dei, non Adę imperio mota eſt, autem voluntas Dei, Apoſtolo teſte, iuſtitia, & Sanctificatio: quid eſt *deduxiſti me*? ex me licèt, aliquid magnum ſonat, interrogemus Philoſophos; deducere, & educere ſunt termini varias rerum productiones explicantes; deducitur propriè res à non eſſe ad eſſe ſimpliciter à Deo per creationẽ; educitur ab eſſe ſecundũ quid à natura per generatione (res eſt adeò Philoſophis ac Theologis trita, & manifeſta, vt nihil ea comunius, & euidentius) ſi quid tamen de ea videre alicui foret oblectamento, conſulat, ſi lubet, primam noſtræ philoſophiæ partem nuper Romæ edi tam lib. 1. trac. 3. q. 6. vbi de his terminis, & modo eductionis abunde diſſerimus; o quam ſane exquiſite Profeta Sanctus immaculatam Virginis Conceptionem inſinuat, dum ait, *& in voluntate tua deduxiſti me*: intellige à non eſſe ad eſſe per creationem, & conceptionem; deducta fuit igitur Maria ad eſſe in illo primò inſtanti, in voluntate Dei, non in voluntate Adæ, ac ſubindè ſine culpa prodijt, ſine macula à non eſſe ad eſſe glorioſè peruenit: vndè ſequitur; *& cum gloria ſuſcepiſti me*: quibus verbis Propheta Sanctus immaculatam Virginis Conceptionem ſecundò iàm, & tertio percenſere volens Virginem in eodem Cõceptionis inſtanti, Baptiſmũ à Deo ſuſcepiſſe indigitat porrò per baptiſmum tollitur originalis culpa; in baptiſmo interuenit perſona babtizans perſona babtizata, ac Patrinùs puerum, vel puellam babtizandam de ſacro fonte ſuſcipiens, & leuans ò verè res mirabilis, ò prærogatiua ſingularis, ò gratia ſuper gratiam, Deus ipſe, qui in inſtãti conceptionis Mariã næ Virginem, vt immaculata in mundo appareret, efficere voluit, ipſe idem babtizantis, ac Patrini ſuſcipientis officio fugens, cum in credibili eiuſdem Virginis gloria, Virginem babtizauit, ac babtizandam in manu ſuſcepit, non

ſuſce-

ſuſcepiſſet autèm cum gloria pro fectò; ſicum culpa, aqua omnis procul gloria abeſt; vbi illud non in curioſe obſeruandum eſt, Virginis glorioſę conceptionē, ſimulque babtiſmi receptionem a Regio Propheta in vnum fuiſſe coniunctam, non enim priùs Maria concepta fuit, quam babtizata; verùm potiùs ipſamet conceptio, & deductio eidem babtiſma fuit, nàm ità in voluntate Dei deducta eſſe, dignoſcitur, vt verè immaculata in lucem prodierit. Hiſcè ſe donis cumulatam ſentiens Beata Virgo gloriabunda pergit, & ſuum præſeruatorem Patrem, Filium, & ſponſum interpellando exclamat: *quid mihi eſt in cœlo, aut à te quid volui ſuper terram* ſeu vt legit Hieronimus, & *tecū quid volui*, quaſi dicat, nunquàm ſiuè in cœlis, ſiuè in terris poſita aliud quippiam volui, quam te Deum meū. In cuius amoris flamma languēs cor meum, & caro mea defecit, cum viderem te Deum cordis mei, ac partem meam eſſe, fuiſſe, ac fore in eternum, ſecundum illud Seraph. in ſpeculo lec. 11. Virginē matrē deuotè in hunc modū alloquentis. *Dominus tecum, ò Maria, certè tecum, tecum fuit, tecum eſt, tecum erit*: fuit, liceat mihi hæc ad inſtar commenti ſeraphici verbis apponere, fuit tecum in Conceptione; eſt in vita, erit in morte; fuit de præterito, eſt de præſenti, erit in futuro; fuit tandem, eſt, & erit ſemper, id namque, me iudice, ſonat illud. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in eternum*. Verùm enim verò quod maius abſurdū, quam Deum ſimpliciſſimum cuiuſquam partem efficere aut nun cupare numquid Maria fuit ens per eſſentiam, Deus verò per participationem; vt Deum ſui partem eſſe aſſeuerare non dubitetur, an verò Maria ſanctiorem, aut Deo maiorem, ſicut totum eſt maius parte, ſe eſſe exiſtimauit? abſit, abſit, hoc à Virgine humillima, quæ ſcilicet excelſa, & eleuata, ſemper tamen humilis, ac Deo ſubiecta in tantum fuit, vt in ipſiuſmet Dei conſpectu ſe prorſus ad nihilum humilitate redegerit, non eſt ſanè hoc huiuſcè Mariani præconij concinnium commentum; quid ergo? hiſcè ſe verbis Maria in æternum, & vltrà cum Deo, & Deum cum ea partem habuiſſe, mea quidem ſententia indicare voluit.

S. Hier. bic.

S. Bon.

Quid eſt autem Deum cum ea, & ipſam cum Deo partem habuiſſe in æternum? ipſam vtique ſemper fuiſſe ſanctam, immaculatam, Deo charam, & acceptam, in qua nullam vnquàm, aut Diabolus, aut culpa, aut macula partem habuit. Non eſt mea iſthæc expoſitio, introducatur Chriſtus declarans, quid ſit habere partem cum Deo, & contrà; quādò voluit lauare pedes diſcipulorum, veniēs ad Petrum, auuertebat eum Petrus, dicēs, *Domine tu mihi lauas pedes? nō lauabis mihi pedes in æternum*: reſpondit Chriſtus, *ſi non lauero te, non habebis partem mecum* videlicet

Tho.

ſi te lotione pedum immaculatum non exhibuero, mihi amicus, charus, & acceptus minimè eris. ſic igitur, & Beata Virgo Maria in præfatis verbis Deum benignè interpellans insinuare voluit, cũ dixit, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: ac ſi patentiùs dixiſſet ſe immaculatè conceptam, ſanctiſſimè natam, ac glorioſiſſimè fuiſſe defunctam.

Quonammodò Maria Deum ſui partem appellet; clarius, & vberius adhuc explicatur, ſimulque huius argumenti robur confirmatur.
Sect. vltima.

VErum enim verò, vt ex communibus aliorum quoque Expoſitorum declarationibus noſtri vim argumenti expendamus, quid de hac dicendi phraſi, quæ vtique frequens eſt in ſcriptura, dicant, audiamus. Communis eſt ferè Expoſitorum omnium ſententia, tam hoc loco, quam alijs ſimilibus in quibus Deus pars alicuius eſſe perhibetur, vt Tren. 3. *Pars mea Dominus*, partis nomine, portionem, & hæreditatem eſſe intelligendam. Quod idemmet Diuinus Pſaltes alibi clarioribus verbis indicauit, dicens, *Dominus pars hæreditatis meæ* &c. cui ego expoſitioni pariter acquieſco; Deus enim pars, ideſt portio, & hæreditas ſuorum Electorum eſt in præſenti quidem per gratiam; in futuro verò per gloriam. Quod præ alijs Figuerius, ad præfatum Ieremiæ locum, diſertis hiſce verbis ſcriptum reliquit, *Illius hominis pars eſt Deus in hoc Sæculo, qui ſe maieſtati ipſius, & credulitati conſociat; in venturo verò qui videt eum facie ad faciem.* Hæc ille. Quæ ferè expoſitioni a nobis nuper allatæ conſona ſunt, quippe idem prorſus tandem eſſe video, Deo, ac ipſius Maieſtati conſociari, ac cum ipſo partem, ideſt amicitiam habere, & ſeruare; vnde alijs nominibus amicitia ſocietas, & nexus amoris appellari conſueuit. Cum igitur pars, & hæreditas de iure ordinario filiorum ſit, Dominus eatenus pars filiorum eſt, quatenus Patri per nexum amoris aſſociantur; at verò, licet Deus omnium ſuorum Electorum tandem pars, & hæreditas exiſtat, (nam *ſi filij, & hæredes*, vt ait Apoſt.) attamen, quantum ad præſentem iuſtitiam attinet, & dum in via ſumus, Deus non omnium etiam ſuorum Electorum pars, & hæreditas poteſt appellari, cùm immò plerique inter filios, & Electos exiſtant, qui in præſenti ſæculo portionem iſtam, & hæreditatem prodigant, & conculcent, ac a Dei ſocietate per culpas, & peccata, etiam per multos annos, quod (proh dolor) vtinam non eſſet, ſe diſſociant, qui propterea præfata verba veraciter pronunciare non valent, & aſſerere ſe nil, aut in Cęlis, aut in terra, pręter Deum, & hanc partem, ſeu hęreditatem voluiſſe. Quod ſi qui exiſtant, qui ſe in præſeti ſęculo ab omni mortali culpa actua-

Tren. P. 15. Figue. Rom. 8.

actuali abſtineāt, ac proinde hāc hęreditatē per actualē culpā non amittāt, illud tamē certiſſimū eſt, ipſos quoq; in ipſo ſuæ Conceptionis inſtanti per culpā originalē eā actu amittere, quā in primo Parente peccando iam virtute perdiderant; In tantum vt, ſicut omnes in Adam peccauerunt, ſic eam ſubſtantiæ hæreditatem, ac portionem, quam cęleſtis Pater humano generi in primo Parente largitus fuerat, perdiderunt, & conſumpſerunt. Huc enim accinit, quod de duobus filijs Chriſtus Ieſus, Lucæ, 15. per Parabolam eructauit, dicens, *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis Patri, Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit* &c. Hęc ſanè ſubſtantiæ, rei videlicet ſtabilis, non fluxibilis portio fuit originalis iuſtitia, & innocentia, quam celeſtis Pater iuniori filio, hoc eſt humano generi, a conſtitutione Mundi diuiſit, quę ſubſtātię portio quodā hęreditario iure, & naturæ ipſū cōtingebat, inquātum videlicet ad imaginem, & ſimilitudinem Conditoris creatus patris ſimilitudinē exprimebat.

Luc.

Attamen Non ſum planè ignarus, varia, eſſe Patrum, ac Expoſitorum in hunc locū ſententiam, quinam videlicet ſint hi duo filij, de quorum conditionibus tam multa in Parabola proponuntur, Venerabilis etenim Beda in ſuis ad eundem locum cōmentis duos hoſce filios aut ad vtrumque populum, Iudeorum. ſ. & Gentilium eiſdem, fere verbis, quibus S. Auguſtinus non aducendus cum eodem Auguſtino aut vt quibuſdam placet, ad duos quoslibet homines, pęnitentem ſ. & iuſtum pertinere affirmat D. Cirillus apud S. Thom. in Catena, ex aliorum etiā ſententia, duos hoſce filios Iudeos, ac Gentiles ſimpliciter fuiſſe exiſtimat, & Iudeos quidem filium ſeniorem; gentium verò multitudinem, quæ a Patre receſſit, adoleſcentiorem. Quod idem forè B. Aug. in eadem catena inſinuat, vult enim *duos Populos intelligi tamquam duas humani generis ſtirpes: vnam eorum qui permanſerunt in vnius Dei cultu; alteram eorum qui vſque ad colendum Idola Deum deſeruere*. Quibus expoſitionibus idem Angelicus ſubſcribere putandus eſt, nam aliam quandam aliorum, quorum nomina non adducit de duobus iſtis filijs, ſeniorem Angelos, iuniorem verò hominem eſſe exiſtimantium, reijcit, ea namque in medium prolata, ſtatim talia ſubdit, *Sed hic ſenſus pius quidem videtur, neſcio tamen, ſi verus, quia iunior filius ad pęnitentiam venit ſua ſponte, Dominus autem veniens ad pænitentiam vocauit humanum genus, dum ſponte ſua regredi, vnde ceciderat, non cogitabat: deinde ſenior filius in reditu, & ſalute fratris ſui triſtatur, cum Dominus dicat lætitiam eſſe apud Angelos ſuper vno peccatore pænitentiam agente*. Sic S. Tho. qui ſicut ea ratione hanc horum interpretationem parum firmam eſſe indicauit, ſic nobis ma-

S. Tho. in Cat.

teriam ad idem iudicium de alijs ferè omnibus expoſitionibus ferendum ſubminiſtrauit, quādo quidem ſi ſtrictam, & omnimodam Parabolæ rationem conſiderare voluerimus, neminem facile reperiemus, cui vtrinque conditiones a Chriſto allatæ conueniant: nam neque Gentilium Populus ſponte ad Chriſtum venit, vt perſpicuum eſt, cum immò vix aliquod in terris, quando Chriſtus ad vocandos Gentiles venit, fidei veſtigium extiterit. *Cum venerit filius hominis, putas ne fidem inueniet in terra, & inuentus ſum a non quærentib. me palam apparui his qui me non interrogabat* Rom. 10. Sed quid de Iudeorum Populis attexam? nuuquid de eis accipi poteſt, quod ſemper cum Patre fuerint, a Patre nunquam receſſerint, eius mandata nunquam prę terierint minimè verò res eſt per ſe, ſatis ſuperq; manifeſta Quid ergo? tritiſſima eſt eorū qui Parabolas tractāt, & earū naturā, ac proprietates rimātur, ſententia, nihil prorſus ad Parabolę naturā obeſſe ſin minus vtroq; decurrat pede.

Luca. 18.

Ego ſanè, ex Patrum teſtimonio, inferius probabo, primam, & mediam Parabolam ad genus humanum, quod ad imaginem, & ſimilitudinem ſummi Dei conditus fuit, ac eius ſimilitudinem in primo homine per culpam perdidit, Paradiſum que peccando deſeruit, pertinere: ad idem, itaque, genus humanum, quod primam ſubſtantiæ, & hæreditatis portionem per culpam in primo Parente conſumpſit, tertiam hanc pariter attinere opinor, atque cum illis, quos, ſuppreſſo nomine, S. Tho. vbi ſup. adducit, propoſitam Parabolam ad cauſam, & ſtatum Adæ adapto, & eo quidem libentius, quo non ſolium iuxta Beatum Tho. ſenſus iſte pius eſſe videtur verum etiam præ alijs, mea ſententia, veritati conformis, Quare, ſicut, ijſdem locis, omnes iuſtos, & innocentes pænitentia minimè egentes, cęleſtis Patris imaginem portantes, ſiuè Angeli, ſiuè homines ſint, ad 99. oues, quæ in montibus excelſis perman ſerunt, & ad nouem nummos, qui apud mulierem conſeruati fuerunt: contrà verò ouem centeſimam, & dragmam vnam perditam ad genus humanum, quod in primo Parente imaginem conſpurcauit, ſimilitudinem que Patris perdidet quique excelſos montes deſeruit, ſpectare oſtendi, ſic nunc filium iuniorem, qui, accepta ſubſtantiæ portione, a Patre receſſit, eamque conſumpſit, ad ipſum genus humanum, quod in primo Parente paternam hęreditatem perdidit: ſeniorem verò, qui cum Patre ſemper permanſit, ac mandatum eius nunquam pręteriuit, ad ipſos innocentes, & iuſtos pertinere adiungo. vbi diligenter vtriuſque filij conditiones vtrinque conſidero: de vno dicitur, quòd receſſit a Patre: de altero, quòd cum Patre ſemper permanſit: de vno, quòd accepta ſubſtantię portio-

S. Tho.

tione, eam luxurioſe viuendo conſummauit: de altero, quòd cũ Patre ſubſtantiam non diuiſit: de vno, quòd perierat, & mortus erat: de altero, quòd Patris mandatum nunquam præteriuit; in ſumma, quòd vnus, omnibus a Patre acceptis conſumptis, fame peribat, & mendicabat; de altero, quòd cum Patre ſemper gaudebat; quapropter de prima originis culpa, qua humanum genus acceptam a Patre hæreditatem, iuſtitiam ſcilicet, & innocentiam, a Patre ſe auertens perdidit, ac bonorum expoliationem ſuſtinuit, hanc ſententiam intelligendam eſſe indubitanter putarim; quemadmodum de iuſtitia originali, & innocentia quam filius a Patre non recedens ſemper conſeruauit, accipiendam duxerim; filius enim hic ſenior non ætate, ſed moribus, & ſapientia, qui numquam pręceptum Patris præteriuit, ſemper cum Patre permanſit, ac ſubinde in deſerto, ſeù montibus excelſis cum. *99.* ouibus permanſit; & verò filius hic iunior non ætate, ſed moribus, & ſapientia, qui a Patre receſſit, ſubſtantiam conſumpſit, ac propterea cum oue centeſima errauit, ac perijt. At enim ad filium ne iuniorem, an potius ad ſeniorem Mariam pertinere dixerimus: ad ſeniorem vtique ad quem ſpectant etiam. *99.* oues, quæ in montibus excelſis permanſerunt, de quorum numero Maria (vt ſuo loco probabitur) extitit. Et certè argumentum ipſum, quòd præ manibus habemus, vt hanc de Virgine ſententiam proferamus, non obſcurè euincit; ipſe enim Pater de ſeniori filio teſtatus eſt, quod ſemper cum ipſo fuerit, & nunquam ab eius ſocietate receſſerit, cui mutuò eadem voce correſpondens filia eandem vocem repetit, *Et ego ſemper tecum*; ipſemet filius ſenior de ſe ipſo Patri teſtatus eſt, quod mandatum eius nunquam præterierit, quam vocem hæc Altiſſimi filia pariter emittens, exclamauit, *tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me.* Et, *Quid mihi eſt in Cælo, & a te quid volui ſuper terram*; De hoc eodem filio Pater, quòd cum filio iuniore non reuixit, quia cum eodem non perijt, a contrario ſenſu teſtatus eſt; & de hac itidem filia teſtatur, quod non ſurrexit, quia non mortua eſt; non reuixit, quia non perijt. De hoc filio Pater iterum teſtimonium præbuit, quòd ſubſtantiæ portionem ſecum non diuiſerit; Et de hac eadem filia per Prophetam dicitur, quòd Deus pars eius in æternum fuerit. Cum ergo eadem de Maria, quæ de filio ſeniore, legatur, aptiſſime deducitur ad ſeniorem, non iuniorem filium ſpectare, quia cum Domino ſemper fuit, ab eius ſocietate nõ receſſit, partem cum eo non diuiſit, mandata illius nunquam præteriuit; Et licet etiã filius iunior ad Patrem reuerſus cum ſeniore ad partem Patris tãdem iterum ingreſſus fuerit, quia

omnes

omnes Electi, qui in Adam peccauerunt, & ius Hereditatis perdiderunt, rurſum per pænitentiam, Patriſq; miſericordiam, eleuati in numerum filiorum recipiuntur; non omnia tamen Patris eorum ſunt, quia innocentia, & iuſtitia ſoli filio ſeniori cum Patre communis exiſtit, qui nunquam aliud quippiam a Patre per voluntatem habuit. iure autem hanc partem præcipuam dedit Pater filio ſeniori extra iuniorem, quia ab eo non receſſit, quia ſeper eius obſequijs ſe totum mancipauit, quia mandatum eius nunquam præteriuit: vnde, & Iacob partem vnam Ioſeph filio ſuo extra omnes fratres ſuos dediſſe legitur, Gen. 48. quo loco Moſes Iacob morti propinquum filium ſuum Ioſeph, cęteris quoque ad ſtantibus, in hunc modum alloquentem introducit, *En ego morior, & Deus erit vobiſcum: do tibi partem Vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhei in gladio, & arcu meo.* Vbi notandum, omnibus filijs partem dediſſe, quæ fuit eis communis; at verò aliam propriam dedit Ioſeph, vt bene expendit Toſt. ibi, qui in hoc meliore conditione Ioſeph fecitſe adiungit, cuius rei fratres doloſè non poterant; cū enim Ioſeph, tum Patrem, tum fratres ipſos pauerit, ob hoc ſingulare beneficium, ſecundum etiam leges, & iura Pater eundem priuilegiare potuit. *Sic hodie in teſtamentis ſeruatur*, ait Toſtatus, *quòd Pater dare poteſt maiorem partẽ vni filio, quàm alteri ſpecialiter, ſi ab eo beneficia ſpecialia recepit.* Cum ergo Chriſtus a Matre ſpecialiora receperit beneficia, nefas eſſe videtur, eam communi duntaxat omnium filiorum hæreditatis partè puta a Patre fuiſſe donatam. Certè Maria filium eius carne induit, eundem Virgineo lacte nutriuit, iuri ergo conſentaneum eſt, vt præter communem illam partem, quæ eſt gratia in hac vita, & gloria in altera, quam omnibus ſuis filijs Deus Pater communicat, ſpecialem ei innocentiæ, & iuſtitiæ originalis partem largiatur; ideò *pars mea Deus in æternum*. hæc eſt illa, ait S. Bon ſer. 2. de Beata ſemper Virgine gratia ſuper gratiam de qua eccleſiaſ. 26. *gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. Mulier ſancta, & pudica inquit ſeraphicus ibidem fuit Virgo Maria, quæ non ſolum habuit gratiam cunctis communem, ſed ſuper hanc habuit gratiam Sanctificantem*; quam gratiam paulo antè *gratiam præſeruatiuam contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxiſſet ex corruptione naturæ, niſi ſpeciali gratia præuenta, ac præſeruata fuiſſet*, appellauerat. Miror autem, quomodo addicionatur Horiginalis abſolutę negare non dubitet, ſermonem illum a S. Bon. non fuiſſe cōpoſitum quòd S. Doctor, arguit ille, multis alijs in locis aliter docuerit, quaſi illi euenire non potuerit, quod S. Aug. & alijs in ſcribendo contigiſſe legimus, quòd nimirum dictam vno loco in alio retractarint.

Gen. | Toſtat. | S. Bon. eccleſias | S. Bon.

Maria Virgo ſalua Dei Virtute, & quomodo?

Exprimitur alius ad Encomium Virginis extollendum locus Domine Domine virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli Pſalm. 139. Cap. 4.

De quo propoſiti Cap. ſcriptura intelligi Debeat? Sect. 1.

D Deus iuſtus, & pius, qui omnibus amorem, & amicitiam indicere, ac commendare non deſinit, numquam inter mulierem, & ſerpentem, dubio procùl, inimicitiam poſuiſſet, niſi indè futurum conſpexiſſet, vt ſibi in laudem, ac mulieri in honorem huiuſcè modi inimicitia reſultaret; ſummæ quippè laudis, ac miræ Virtutis Eſt; mulierem fragilem, ac lubricam cum fortiarmato, ac venenoſo ſerpente prælium committentem intueri multoque amplioris gloriæ eſt eamdem mulierem, iam parta victoria, cum ſalute de prælio reuertentem, ac triunfantem conſpicari. Iam verò quam præclaram Dei virtute de hoſte teterrimo nobilis fæmina victoriam reportarit, verba ex centeſimo trigeſimo nono Pſalmo propoſita non obſcurè declarant, vbi Dauid Virginem Dominum interpellantem, ipſumque ſuæ ſalutis virtutem agnoſcentem, ac liberè confitentem introducit. *Domine Domine virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* Pulchrè autem Propheta Deum ſuper caput mulieris iſtius indubellorum obumbraſſe commemorat; neque enim mulier caput Serpentis tam glorioſè conterere valuiſſet, niſi diuina ei virtus ſuper caput inſtar defendentis cuiuſdam vmbraculi affuiſſet; pugnauit quidem, & ſerpens in hac die aduerſus mulierem: eoque ictum pertulit, vt caput feriret, at virtus diuina ſuper caput adumbrans ictum reparauit: ac mulierem, vt ſerpentem contereret, erexit, corroborauit, animauit: ipſa itaque ex aduerſo ictum intulit, ac capite percurſo caput ipſum totum contriuit, ac læta tandem cum ſalute de certamine deſcendit Deum laudans, & dicens. *Domine Domine virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli*, quæ verba vtrum ad Virginem referre poſſint, & debeant, nec ne? operæ pretium fuerit ante omnia inueſtigare. Mitto autem eorum ſententiam, qui totum hunc Pſalmum ad Dauidem propriè ſpectare aſſeuerant, quos mirè confutat Sanctus Hilarius hic. ipſe verò Sanctus Hilarius totius Pſalmi, ſed præcipuè attenti verſiculi verba de Chriſtum interpretatur, hunc deprecandi, ſeù Deum alloquendi modum nulli alij à Chriſtum conuenire poſſe ea ratione demonſtrans, quod ſalutis virtutem petere diuinum *S. Hil.*

ſit,

ſit, non humanum; nam qui à Deo ſuæ virtutem ſaluti precatur, iàm de ſalute non ambigit, ſed ſecurus eſt: pulchra ſanè eſt obſer uatio, ac tanto digna Doctore, quæ memoriæ committenda eſt, vt congruum ? verborum ſenſum faciliùs ſubindè reperire contingat.

In hoc ergo ſtat Sancti Hilarij argumentum: quod aliud ſit precari ſaluti virtutem, aliud ſalutem virtuti, & hic quidem precandi modus omni Creaturæ quę de ſalute ſua ambigit, congruit il le verò illi ſoli, qui iàm de ſalute certus exiſtit, immò cum certus ſit, non precatur: ſed ſalutem ſuã in Dei virtutem refundit dicens: *Domine Domine virtus ſalutis meæ &c.* ac ſi patentius dicat: ego habeo ſalutem, nec dubito: eam verò à Deo, cuius virtute ſaluus ſũ, recognoſco. huic autem expoſitio ni, in quantum de Chriſto ratione ſui ipſius procedit, illud ſolùm obſtare videtur, quod non facilè inuenitur: quemadmodum indie belli à Deo Patre filius Ieſus obumbratus fuerit? certè dies bel li Chriſto Ieſu ſecundum phraſin ſcripturæ fuit dies, & hora ſeu tempus paſſionis eius: ſic enim diem alicuius vocari tempus mor tis ſeu tempus aliquid agendi, & patiendi multis ſcripturæ locis comprobari poteſt; & cibus ipſe vocauit horam ſuam, horam ſuæ paſſionis, *ſciens quia venit hora eius vt tranſeat de hoc mundo ad patrem* (Io. 13.) & ſecundum D. Griſoſ. Hom. in Pſ. 30. ver. 13. dies peccatoris dies eſt mortis illius in hoc igitur die belli Chriſtus Ieſus Dominus noſter cum Diabolo mirabiliter decertauit, vt inquit idem Hilarius (S. Griſ. S. Hil.) in Commentum ad illa verba Pſal. centeſimi quadrageſimi tertij. *Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum,* (Pſ.) nam in Cruce manibus extenſis, & per foratis cum antiquo ſerpente pugnauit, & inijt pro nobis certamen, in quo, teſte Beato Papa Leone ſerm. primo de Natiuitate (S Leo.) Domini, magno æquitatis iure certatus eſt, *dum omnipotens cum ſæuiſſimo hoſte non in ſua Maieſtate, ſed in noſtra congreſſus eſt humilitate.* quomodo ergo in hac diè belli Deus Pater obumbrauit ſuper caput pueri ſui Ieſu: quãdo quidem eum pugnantem ſic prorſus dereli quiſſe legimus, vt exclamare coactus fuerit (humanũ dico, & humano moræ) *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* (Mat. 23.) hac igitur de cauſa, quemadmodũ de Chriſto Ieſu præfatũ vaticinium ratione ſui cõgrue interpretari poſſit non video dixi ratione ſui, quippę cum eo addito, quo, iuxta Bedæ additionem, in capite præcedenti, ſimilem aliam, S. Auguſt. expoſitionem, arridentem eſſe aduertimus, hanc pariter S Hilarij congruam eſſe non negamus: vnde S. Auguſtin. Bellarminus, & alij de ipſo Chriſti corpore, .ſ. nimirum ac iuſtorum congregatione verba (S. Aug. Bellar.) prǽfata intelligẽda eſſe affirmant;

Vere

Vere enim in tota iuſtorum congregatione, Sancta nimiri Eccleſia plerique ſemper reperti, & repetiuntur ſunt, quibus ille præcandi modus aptè congruere potuit, qui adhuc in hac vita degentes, ac cum inimicis certantes de ſuæ ſalutis virtute, ex ſpeciali Dei gratia, gloriari meritò poſſunt, ac ſubinde ipſe etiam Chriſtus in hiſce ſuis membris ſe a virtute ſalutis Dei obumbratum fuiſſe aſſerere valet. Sed & vt verum fatear, de Chriſto pariter, ratione ſui, ſub vna ſignificatione interpretari valemus; licet namque verè in die belli, hoc eſt Crucis, ac Paſſionis relictus fuiſſe legatur, in tantum vt Dauid hæc in ſpiritu præuidés talia de hac derelictione ſcripta reliquerit, *Tu verò repuliſti*. ſeù, vt
Pſ. 88. alij ex Chaldeo legunt, *deſeruiſti*; alij, *dereliquiſti* alij, *oblitus es, proiecisti; & deſpexiſti*: alij; *ſpreuiſti, abieciſti*; Hieron. *proiceiſti, nullificaſti, nihilaſti, annullaſti; diſtuliſti Chriſtũ tuũ* Hier. *iratus es aduerſus Chriſtũ tuũ*; alij, *accẽſus es ira cũ Chriſto tuo*; alij, *indignatus excanduiſti aduerſus Chriſtũ tuũ*. Quid plura; tandẽ concludit, *non es auxiliatus ei in bello*, ſeu vt traducit S. Hier. *non ſubleuaſti eum in prælio*. Quæ omnia Arnobius propriè de Chriſto, qui a Patre derelictus fuit, exponit. Et Hugo Cardinalis de ipſo Crucis, & mortis conflictu, in quo Chriſtus ita a Patre derelictus eſt, vt in eũ indignatus, iratus valde fuiſſe, & ex canduiſſe videretur; quia tamen Chriſtus moriẽdo mortem ipſam peremit, Diabolum vicit, ac omnes inimicas poteſtates triumpho Crucis confregit; ideò a virtute ſalutis Dei obumbratum, ac protectum fuiſſe, congruè interpretari valemus; atque hoc ſanè modo interpretatur S. Hil. cuius expoſitio, ex hac parte, congrua eſſe poteſt, & eſt; aptius nilominus de B. V. verba illa intelligi poſſe, ex dicendis ſect. ſeq. conſtabit.

S. Hier. Epiſt. 135. — Arnob. hic — Hugo. hic.

Quod Perſonæ B. V. in propoſito immaculatæ Conceptionis præfata Scriptura mirè conueniat, Sect. 2.

Quanquam vero, Chriſtum eſſe tum ratione ſui tum maxime ſuorum talia verba promentem rite, & congrue affirmare valemus: ſi tamen de Virgine glorioſa prædicta intelligere voluerimus non erit ſenſui contraria intelligentia Dicamus igitur eſſe Beatam Virginem hic loquentem, prout eam eſſe atteſtatur etiam Lorinus infracitandus; de ipſa enim veriſſimè accipi poteſt, quod dicitur: *Domine Domine virtus ſalutis meæ, obumbraſti ſuper caput meum in diè belli*. Ipſa namque præ omnibus ſuæ ſalutis certiſſima fuit; quod ex illis Angeli ad Mariam verbis *Dominus tecum*, Sanctus Bonauentura in ſpeculo Beatæ Virginis lec. 1. mirè deducit, ſic fatus: *quàm tutiſſima per diuinam præſentiam fuerit Maria benè inſinuatur, cùm dicitur Dominus tecum, meritò Domino preſente, Domino*

ſecum

ſecum exiſtente, Maria ſpecialitèr tutiſſima eſt; neque enim, vt venuſtè, ac eruditè ſimul quidam Doctor è recentioribus non pænitendus affirmat. Decebat, Creaturam adeo Deo coniunctam vllo vnquàm tempore de ſua Salute ambigere; cum præſertim firma aliorũ ſpes eſſe deberet, ac ſi clarius diceret, minime decuiſſe, vt nè quidem modica Mariæ, ob ſingularem ſui cum Deo familiaritatem, de ſua ſalute ſuſpicio obreperet; quam rationem ex tanta familiaritate deductam multò antè conſiderauit Seraphicus, qui loco mox citato, ex quo certitudinem Mariæ inſinuauit, eiuſdem ſubindè cũ Deo familiaritatem, ac propinquitatem è regione ſubtexuit; ipſa eſt etiam, cui mirò modo Omnipotens Deus in die belli ſuper caput obumbrauit, quæ propterea infeſtiſſimi hoſtis, Serpentis nimirum caput, ſuomet integro ſeruato, contriuit, ac debellauit, quam

S.Bern. propterea Sanctus Bernardus in illa ſua ad Virginem glorioſam deprecatione, & laude elegantiſſima ſic mirè alloquitur *Tu ergo bellatrix egregia primò cum, qui primus omnia ſupplantauit, expugnare viriliter aggreſſa es*, Ideoque, & Dominus cum inter Serpentem, ac mulierem bellũ indixiſſet, inquiens, *Inimicitias ponam inter te, & inter*

Gen.3. *mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius*, ſtatim ſubiunxit *ipſa conteret caput tuum*: Cùm autem, vt communiter S. Patres, & Doctores ſcolaſtici affirmant, & præcipue probant S. Tho. 3. p. q. 27. a. 3. S. B. in 3. diſt. a. 29. 1. & 2. Beata Virgo toto vitæ ſuæ tempore, ex quo in vtero Matris Sanctificata fuit, nullum cum diabolo congreſſum, nullam cum carne, aut vitijs, & concupiſcentijs, vndique illecebris luctam habuerit; ſiquidem omnis in ea fomes peccati extinctus, aut ſaltem adeò ligatus fuit vt interius, & exterius ſumma pace iugiter perfrueretur, ſuperat vt dies belli Mariæ, in quo diuinæ obumbratione virtutis eguit, fuerit dies, ſeu punctum, & inſtans conceptionis, quod inſtans late dies nuncupatur ſicut etiam dies Natalis ſecundum illud Iob. *pereat dies, in qua na-* Iob.3.
tus ſum, & non, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo hac enim die, hac hora, hoc inquam inſtanti pugnauit ſerpens cum muliere, vt venenum in pedes eius, & caput reſunderit, pugnauit natura cum gratia: quia natura eam ſibi ſuæque culpæ obnoxiam eſſe debere contendebat; ſed vtique in illa pugna virtus altiſſimi eidem mirò modo obumbrauit, ac propterea ſerpentis caput contriuit naturæ culpam peremit. Rectè autem dicitur, *in die belli*, in ſingulari, quia vna fuit Mariæ dies belli, & vnum bellum, dies, nimirum, Conceptionis, in quo die miro modo, a virtute Altiſſimi obumbrata fuiſſe aſſeritur; vt quemadmodum eadem virtus in actiua filij ſui Conceptione ei obumbrans ſupra naturam, cum ab omni carnis corruptione, ac æſtu libidinis ſaluam, & integram

ſerua-

ſeruauit, ſic ſimiliter in paſſiua ſui Conceptione eadem virtus eidem obumbrans ab omni peccati macula eam immunem effecit. S.Cip. Quod indicauit S. Ciprianus, ſer. de Natiu. Chriſti, hac ſententia, quam infra opportuniori loco integram dabimus, *Spiritu Sancto obumbrante, originale incendium extinctum eſt, ideò plurimum à cæteris differens communicabat natura non culpa.* Et ita ſanè fieri debuerat, vt bis B.V. a ſuperueniente virtute Altiſſimi obumbraretur (Deus quippe, qui in opportunitatibus adiuuare perhibetur, in hac gemina Conceptionis opportunitate Virgini adiutorium exhibere debebat) exhibuit autem obumbrando ſuper caput eius in die belli, ex qua quidem obumbrationis virtute mirum aliquid ſemper in Virgine geſtum eſt, Primò, vt conciperetur immaculata; ſecundò, vt conciperet incorrupta. Signanter autem Scriptura vocē illam *obumbraſti* adhibuit, vt indicaret ſic Virginem a ſuperueniente Spiritus Sancti virtute in Conceptione paſſiua miraculoſe abſque labe fuiſſe conceptam, ſicut per eandem ſuperuenientem Spiritus virtutem, in conceptione actiua, ſine tactu pudoris, partum miraculoſe concepit: eſt enim obumbratio Diuinæ virtutis (vti ex ſcriptura clarè colligitur) mira, ac ſingularis Dei operatio. nec etiam fruſtra geminata voce repetitur, *Domine, Domine*, quin per eam vocis geminationē ſingularis Virginis in bene factorem diuotionis affectus exprimitur, ac maxima amoris vis declaratur. Porrò cum Lorinus hanc Diuinæ virtutis adumbrationem ad Mariam Virg. attinere recognoſcat, & inſinuet, cui tamen potius de promiſſa ab Angelo in conceptione actiua S. Sancti obumbratione intelligenda ſubiungat, non video. *Lorin. hic.* Itaque accommodatio placet, tempus verò accommodationis de actiua conceptione non ita: illa enim dies, & hora conceptionis actiuæ pacis, non belli, dies, & hora fuit. De die ergo, & hora paſſiue accipienda, quando quidem hic verè dies belli Mariæ: ille contrà pacis potius fuit. Libeat nilominus de hac adumbratione in conceptione paſſiua ea vſurpare, quæ Richardus Victorinus, lib. 2. de Emmanuel, c. 26. de actiua vſurpat, atque cum eo proportionaliter dicere, *Si lucida fuit nubes, quæ diſcipulos Chriſti, & teſtes transfigurationis obumbraſſe legitur,* Mat. 17. *quam lucida certè, quæ obumbrauit Matrem; ſed ſi illud vmbraculum lucidum erat, ergo, & lucem, & vmbram exhibebat: lucem; ad depellendam ignorantiam; vmbram, ad extinguendam concupiſcentiam.* dicā ego; lucidam, ad tenebras originalis culpæ arcendas, ne ad eam intrarent: vmbram, ad extinguendum in ipſo Conceptionis inſtanti originale incendium, ne aduereret. Id enim ſonant illa Cipriani verba nuper adducta, *Mira profectò virtutis Diuinæ obumbratio, quæ ſub vno momento longe fecit, & exterminauit* *Rich. Victor.* *Matth.*

a Vir-

a Virgine culpam, & pœnam a culpa manantem, bellam omne fugauit, ac omnimodam pacem per angularem originalis iuſtitiæ, & innocentiæ lapidem fundauit. Hęc ſunt planè prodigia, quæ poſuit Dominus ſuper terram. de quibus idem Victorinus, c. 29. citati libelli, hæc nobis ſcripta reliquit *Attendite, obſecro, quam magnum, & admirabile fuerit hoc prodigium, in cuius admirationem ſimul, ac conſiderationem Propheta omnes inuitauit, cum dixit, Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram? Quæ autem ſunt illa prodigia, quæ tantopere miratur, conſequenter adiungit, cum dicit, auferens bella vſque ad finem terræ; arcum conterens, & confringens arma, & ſcuta comburens igni. quæ eſt iſta, obſecro, terra, de qua bella omnia fine tenus auferuntur, niſi illa, de qua idem Propheta alibi teſtatur, Veritas de terra orta eſt. De hac itaque terra omnis pugna tollitur: in hac terra pax plena reparatur.* Hactenus Victorinus, vt dixi, de adumbratione conceptionis actiuæ. Qui ad huc vlterius ſuum perſequens diſcurſum eleganter omne armorum genus in ea loquendi varietate, *Auferens bella, arcum conterens, & confringens arma &c.* quibus quomodo libet bellum ab inimicis fieri poteſt, eſſe contritum, confractum oſtendit. Intantum, vt non ſolum bellum ab ea fuerit ſublatum, pax plena reparata, verùm arma ipſa, qui bus vllo vnquam tempore hoſtes in eam inſurgere poſſent, prorſus deſtructa, & annullata. quæ omnia virtus illa obumbrans ſuper caput ipſius in puncto Conceptionis operata eſt: adeò, vt hoſtibus debellatis, armiſque confractis, verè illud de Maria affirmari valeat, quod S. Hilarius ſoli Perſonæ de ſua ſalute omniquaque ſecuræ conuenire poſſe notauit: nunquã enim tam ſecurus eſt homo, quam cum non tam inimici eius proſtrati, quàm omnia etiam arma confracta, ac prorſus ad nihilum redacta noſcuntur.

Victor. *Pſ. 45.* *Pſ. 84.*

Maria Virgo columna terræ immobilis.

Exponitur alius ad Virginis encomium illuſtrandum locus.

Liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea: ego cofirmaui columnas eius.
Pſ. 74. Cap. 5.

Diſcritur de conditione humanæ naturæ in triplici ſtatu, ſcilicet purè naturali, originalis iuſtitiæ, & culpæ. Sect. 1.

VT ea, quæ in præſenti capite tractanda ſunt, ad noſtrum argumentum clarius, & facilius coaptemus, illud neceſſariò præmittendum putarim: Primam videlicet, primi hominis naturam per ſe, &, vt loquuntur Theologi, in puris naturalibus cõſideratam, ſecluſo etiam peccato, cum ex contrarijs, corpore videlicet, & ſpiritu

tu fuerit conſtituta, contrariarum affectionum, motuum, & paſſionum fluctibus futuram fuiſſe obnoxiam, niſi huiuſmodi contrariarum affectionum pugna, & diſcordia, ex ſpeciali Dei prouidentia, per donum iuſtitiæ originalis naturæ ſuperadditum prorſus fuiſſet ſublata. Atque id eſt quod Angelicus Doctor, 4. cont. Gent. ferè per totum cap. 52. ſapienter perinde, at diſertè ſcriptum reliquit. præmiſſo enim ſtatim in ipſo capitis initio, aliqua in humano genere originalis culpæ ſigna probabiliter apparere, pœnas videlicet tam corporales, quam ſpirituales, nec non motus aliquos in appetitu ſenſitiuo rationi repugnantes, mox ad obiectionem, quam quis obijcere poſſet, hæc omnia in humano genere ex conditione naturæ, non alicuius culpæ defectu prouenire, ſoluendam ſe conuertit; nec aliter ſoluit, quàm concedendo quidem, neceſſarium eſſe, *humanum corpus, cum ſit ex contrarijs conſtitutum; corruptibile eſſe, & ſenſibilem appetitum in ea, quæ ſunt ſecundum ſenſum delectabilia, moueri; quæ interdum ſunt contraria rationi*; addēdo nilominus, huiuſmodi contrarijs motibus, & affectionibus in eodem humano genere ex naturæ defectu prouenientibus inuicem colluctantibus, ac ſubinde paſſiones aliquas, & pœnas tam corporales, quàm ſpirituales afferentibus, ex Dei prouidentia, quæ ſpecialem humani generis curam gerit per gratiam illi ſtatui ſuperadditam, fuiſſe ſupplementum. Videatur ipſe S. Doctoris textus, qui clarior eſt, quàm vt aliqua declaratione egeat, dum ipſe conſulens breuitati ad vlteriora progredior.

S.Tho.

Ex hac porrò S. Thomæ cæleſti doctrina, quæ aliorum pariter Theologorum eſt ferè communis, quædam alia apprimi ſanè ad rem noſtrā accommodata ſequuntur. Et primò Diuinæ prouidentiæ, atque bonitatis fuiſſe, vt qui naturam humanam ex duobus in vicem pugnantibus principijs condebat, naturale illud diſſidium neceſſario exorſurum, ac diſcordes contrariarum affectionum, & motuum fluctus, Et pugnas actutum inuicem excitandas, ſuo munere tranquillandas, ac conciliandas curaret; Vt ſapienter idem Angelicus ex illo antecedenti, ſeu principio deducit. Id enim ſonat totus ille Angelici Doctoris diſcurſus qui breuiuſculum in hæc verba reducitur. *Suppoſita Diuina prouidentia, quæ ſingulis perfectioribus congrua perfectibilia coaptare conſueuit, ſi quod ex defectu naturæ impedimentum contingeret, ex quo perfectum animæ in corpus dominium impediretur, ſpeciali, ac ſupernaturali Dei beneficio tolleretur, Deo, & ſua gratia ſupplente, quòd ad hoc perficiendum natura minus habebat.* Secundum quod etiam ſuopte ingenio ex dictis conſequitur, eſt, quic quid eam naturæ infirmitatem, domeſticam, & inteſtinam contrariarum affectionum, ac ſtudiorum

pũgnam corroboraturum, ſanaturum, & tranquillaturum erat, non aliquid ex principijs naturæ promanans, atqui potius donum gratuitum, & ſupernaturale naturæ ſuperadditum, quod ipſam naturam perficeret, atque compleret, futurum. Tertium, hoc ſupernaturale donum, quod naturam modo iam inſinuato perficiebat, non aliud fuiſſe, quàm iuſtitiam, & innocẽtiam originalem. Quartum, beneficium illud ſupernaturale naturæ additum, quanquam ex vno capite naturale minimè ferat, ex alio tamen naturale potiùs ſe cenſeri; inquantum erat bonum non tàm Perſonæ, quàm naturæ; quod mirè declarat, & probat idẽ Angelicus. Quintum denique, peccatum originale non eſſe quàm priuationem iuſtitiæ originalis; doni ſcilicet illius ſupernaturalis, & beneficij gratuiti, quod naturæ humanæ ad ſedandas naturales pugnas, & diſcordes motuum affectiones, in ſui conſtitutione fuit collatum, atque adeò per peccatum originale pacem illam, ac ſpiritualem concordiam, quæ inferiores vires ſuperioribus, corpus animæ, ſenſum rationi, rationem Deo faciebat eſſe concordes, fuiſſe ſublatum; vnde, ſicut primo homine in eo bono naturæ per gratiam ſuperaddito perſiſtẽte, ſimul cum natura ipſa quoque iuſtitia ad poſteros eſſet transfuſa, ſic eo dono iam per peccatum amiſſo, & ratione a Deo auerſa, natura pariter abſque eo ad poſteros fuit propagata; quale enim principium, tale principiatum. Quæ omnia eruditè pariter ibidem probat Angelicus. Hæc autem laconicè ex San. Tho. ad maiorem noſtri inſtituti rationem recenſere libuit.

Ex quibus, ad rem noſtram, ſtatum duplicem conſiderare debemus, ſtatum videlicet naturæ inſtitutæ, & ſtatum naturæ deſtitutæ, (relicto foris tertio, naturæ, inquam, ſecundum ſe, ac in puris naturalibus conſideratæ;) primus ſtatus naturę inſtitutæ eiuſmodi erat, vt per donum innocentiæ, & beneficium iuſtitiæ originalis naturæ ſuperadditæ, omnia tam intra hominem, quàm extra hominem ita inuicem rectiſſimè, ac iuſtiſſimè eſſent ordinata, vt nulla foret vnquam diſcordia, nulla pugna, ſed cuncta conſona, & conuenientia, quia omnium virium, & potentiarum vna concordia, pax cuncta. Dixi non tàm intra, quàm extra, ipſa etenim originalis iuſtitia humano generi a Deo in ſui conſtitutione collata non modò interius impedimentum, quod perfectum ſuperioris naturæ dominium impedire valeret, tollebat, verum etiam exterius auferebat. Id quod ille eiuſdem Angelici diſcuſſus, & argumentum clarè euincit, vnde iuſtitia originalis homini a Deo collata perfectum ei dominium ſuper omnes alias creaturas extra ipſum pariter impendebat, intantum vt non modo animata, verum etiam inanimata eidem humanæ naturæ ſubeſſent, ac penitus deſerui-

deſeruirent, ſupplente Deo, & gratia ipſius, quod ad hoc perficiendum natura minus habebat. Secundus ſtatus naturæ lapſæ eiuſmodi eſt, vt illo beneficio naturæ ſuperaddito per peccatum amoto, & ratione a Deo per culpam auerſa, omnia tam intrà, quàm extra hominem deordinata exiſtant, corpus contrarias vitæ paſſiones ſuſcipiat, caro aduerſus ſpiritum concupiſcat, ac omnes creaturæ ab hominis ſubiectione, & obſequio ſe ſubtrahant.

Tractatur comparatio quædam iuſtitiæ originalis cum lapide angulari. Sect. 2.

HÆc itaque originalis iuſtitia, ſiuè donum naturæ ſuper additum, quod tam, mirabiliter contrarias naturæ affectiones, ac diſcordes motus, totumque humanum genus cum alijs creaturis qua ſi mutuo dominij, & ſeruitutis obſequio inuicem conciliabat, connectebat, & deuinciebat confractaſque ac ſparſas vires in vnũ ſocietate, ac concordia ſpiritali colligebat, rectiſſimè angulari lapidi comparari, ac lapidem huiuſmodi per ſimilitudinem, non per proprietatem nuncupari poſſe ipſe putarim; ſicut enim tota ædificij ſtabilitas lapide angulari innititur, adeò vt eo amoto, tota ſtabilitas diruat, ac parietum compages ſoluantur; ſic tota huius ingentis fabricę, naturæ ſcilicet humanæ firmitas, ac ſtabilitas ei ſupernaturali originalis iuſtitiæ dono a Deo fuerat innixa, in tantum vt ea per peccatum amota, tota humani generis firmitas, ac ſtabilitas diruta ſit, corporiſque ac animæ, virium inferiorum ac ſuperiorum, carnis, ac ſpiritus compages, & ſocietas, ſeù ſpiritalis concordia diſſoluta, & reſoluta Hęc mirum; cũ enim cuiuſq; doni ſupernaturalis, & gratiæ eſt ſtabilire, ſecundũ illud Pauli ad Heb. vlti. *Optimũ eſt gratia ſtabilire cor*; ac contra, vnius cuiuſque peccati, ac culpæ hanc ſtabilitatem dirimere, iuxta illud Tren. 1. *Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea in ſtabilis facta eſt.* Et illud, *Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ*, ſeù, vt ex Hebræo legit Figuerius, *inſtabilitatis meæ*, optimum tamen naturæ ſtabilimentum fuit donum illud naturæ ſuperadditum, iuſtitia videlicet originalis, quæ quodammodo fuit bonum naturæ; ſicut e diuerſo totalis confractio, & diſſolutio naturæ per culpam originis fuit inuecta. Quod ſatis indicauit Seraphicus in Prolog. 2. ſent. vbi in illa originis culpa conuerſionem, auerſionem, & bonorum expoliationem conſiderans, ait, *Conuerſio fecit prauum, auerſio infirmum, expoliatio mendicum*; atque adeò natura humana per primam primi hominis culpam a rectitudine ad prauitatem, a ſtabilitate ad infirmitatem, & fluxibilitatem, a diuitijs deflexit ad nuditatem. Sed ad cęptam lapidis angularis metaphoram reuertentes, quænam ſit

Heb.

Tren.

Figue. ibi.

S. Bon.

huiuſce lapidis cum originali iuſtitia proportio, & ſimilitudo, ex muneribus, quibus peragendis in ædificiorum ſtructuris lapidis angularis vſus adhibetur, ad huc profundius perſcrutemur. Quippe Omnes transferentes ſecundum aliquam ſimilitudinem transferánt neceſſarium eſt. Sanè quidem vnum, ac potiſſimum eſſe lapidis angularis in ædificiorum ſtructuris vſum, vt nempè ad ſtabilienda fabricę fundamenta, in ipſis fundamentis demittatur, vulgaris eſt non modò omnium Architectorum ſententia, verum etiam vnanimis S.S. Patrum, ſcripturalium, nec non & Theologorum doctrina; cum enim frequens in ſacris tum veteris, tum noui Teſtamenti paginis lapidis angularis mentio habeatur, multarum iſte nucleus extitit diſputationum Theologicarum quas luculenter perinde, ac ſapienter exagitatus videre quis poterit in pleriſque viris doctiſſimis; ipſe nanque prolixitatem fugiens pauca quædam, quantum ad meum attinet inſtitutum, ſubijcere contentus ero. Præcipuus itaque lapidis angularis vſus, ex communi omnium ſententia, ac Diuina Scriptura comprobatus eſt, vt ad baſes ædificij ſtabiliendas in fundamentis demittatur. Iob. Vnde Iob. 38. legitur, *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, indica mihi ſi habes intelligentiam, quis poſuit menſuras eius? ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis demiſit lapidem angularem eius?* Quæ verba acutè, vt ſolet, perpendens Io. de Pineda ad 38. Iob. talia, ad rem noſtram, ſubnectit, *Ex ipſo verbo demittendi, ſiuè iaciendi, ex ipſo lapidis nomine, & re ſubiecta ad rationem fundandi, & ſtabiliendi hanc ſententiam pertinere clare dignoſcitur*; ſicut pariter pertinere dignoſcitur illa alia Iſa. 28. *mittam in fundamentis ſion lapidem, lapidem probatum, angularem, prætioſum in fundamento fundatum.* Porro quod idem Pineda ſapièter adiecit, iam ſcilicet vſum obtinuiſſe, vt quicunque lapis huic munerij aptus inuenitur, licet angulos non habeat, angularis appelletur multa dignum cõſideratione percenſeo, & de primo lapidis angularis munere hactenus ſecundum aurem huic ſimile eſt duos lapides, ac parietes, præſertim verò in angulis, & fundamentis, ſimul nectendi, & compaginandi; quem ſanè vſum tot Patrum teſtimonio, ac ipſa pariter experiẽtia comprobatum, mirum eſt, inquit idem Pineda, à quopiam cordato Doctore negari; Ita enim apertè ex illis D. Pauli ad Epheſ. 2. verbis clarè colligitur, *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnũ* &c. ita ex ſacro Hymno, quem ſancta decantat Mater Eccleſia, *Angularis fundamentum lapis Chriſtus miſſus eſt, qui parietum compage in vtroque nectitur* &c. Atque adeò huius muneris, & vſus intuitu eorundem parietum nexus, pax, concordia, ac illorum fortitudo iure merito ab eodem Pineda, aliјſque communiter appellatur. Sed ego,

Pineda

Iſa.

Epheſ.

in Dedicatione ad Laudes.

vt verũ fatear, meamq; ſincerè in hac re ſententiã proferã; ſicut negare non debeo vtrunque vſum lapidi angulari ex officio competere, ſic inficiari non poſſum duos hoſce vſus ſic eſſe inuicem ſubordinatos, vt vnus non ſit popter alterum, ac proinde non duo, ſed vnus potius cenſeatur; nam vſus ipſe compaginandi, nectendique parietes eò tandem ſpectat, vt ratione connexionis, & pacis ædificium firmius ſtabiliatur, nec tã facilè parietum ſtructura ſoluatur; ſicut talis eſt etiam vſus clauium; nam eo ipſo quod lapis angularis parietes, ac alios lapides nectit, ædificium munit, & firmat. quia verò firmitas ædificij maximè in angulis, & fundamentis pendet; ideò potius in fundamentis demitti, ac ad ſtruendum angulũ in angulis conſtitui ſolet. iure propterea præfati muneris, & vſus reſpectu, nõ ſolũ parietũ nexus, pax, & concordia, verũ etiam fortitudo illorũ (eodẽ Pineda teſte) appellatur. His iam ita diſpoſitis.

Vt ad noſtrum inſtitutum reuertamur, duplex ratio occurrit, cur ipſa, originalis iuſtitia humanæ naturæ in eius conſtitutione a Deo collata lapidi angulari comparetur. prior ratio eſt, quia ſicut lapis angularis in angulis, & fundamentis ad ſtabiliendam ædificiorum ſtructuram conſtituitur, ſic originalis iuſtitia in fundamentis humanæ naturæ, ne fabrica in vitia, & peccata deflueret, ſed firmior ſtructura perſiſteret, ab illo ſupremo Architecto fuit collocata. poſterior ratio eſt, quia, quemadmodum lapis angularis nectendo ſimul lapides, & parietes facit vtraque vnum, concordiam, & pacem, vnde appoſitè, vt dictum eſt, nexus, pax, concordia, & fortitudo lapidum, & parietum nuncupatur; ſic originalis iuſtitia diuerſos, ac diſcordes humanæ naturæ motus, & affectiones inuicẽ cõpaginando faciebat omnia vnum, pacem ſocietatemq; ac ſpiritalem concordiam. Id enim eſt quod ex illo Angelici Doctoris diſcurſu ſuperius allato clarè deducitur. Et hæc eſt illa pax, quæ primam hominis naturam Deo ſimilem efficiebat, in tantum, vt ipſo in ea permanente, omnes nati fuiſſemus natura filij Dei portantes imaginem, ac ſimilitudinem Patris illius cæleſtis, qui nos creauit, ſicut nunc naſcimur natura filij iræ, filij Diaboli, imaginem, ac ſimilitudinem Patris iſtius, terreni geſtantes, qui nos infecit. Hæc autem, quæ de iuſtitia originali, & effectib. eius ſub metaphora lapidis Angularis adduximus, exquiſite S. Bernardus, ſer. 2. in Natali Domini ſub typo ſigilli in animam primi hominis diuinitus impreſſi, ac poſtea Diaboli inuidia pacti, ſeu falſificati expreſſit; quã metaphoram alio in loco opportunius explicabimus eo in præſentia contenti, quod ad rem facit, apte nimirum iuſtitiam originalem ei rei comparari, quæ inter contrarias humanæ naturæ ſubſtantias S. Ber.

 vnio-

vnionem firmam, ac pacem ſtabilem conſtituere poterat, de qua pacè, ac fortitudine ſeu firmitate longe excellentius accipi poteſt illud, quòd eximius Pater, ac Doctor S. Auguſt. lib. 1. de ſer. domini in monte c. 2. de pace, quæ in hac mortali vita altercationib. plena, plena miſerijs, adeò vt militia cenſeri valeat, hominibus bonæ voluntatis, quique paululum ex rerum mundanarū fluctibus erexerit caput, & vitam ipſam rectè compoſuerit, a Deo promittitur, diſerte pariter, ac iucundè ſcriptum reliquit. *In pace perfectio eſt, vbi nihil repugnat: & ideò filij Dei pacifici, quoniam nihil in his reſiſtit Deo, & vtique filij ſimilitudinem Patris habere debent. Pacifici autem in ſemetipſis ſunt, qui omnes animi ſui motus componentes, & ſubijcientes rationi, ideſt menti, & ſpiritui, carnaleſq; cōcupiſcentias habentes in domitas, fiunt Regnum Dei. In quo ſunt ita ordinata omnia, vt id, quod eſt in homine præcipuum, & excellens, hoc imperet, cęteris non reluctantibus, quæ ſunt nobis, beſtijſque communia: atque idipſum, quod excellit in homine, i. mens, & ratio, ſubijciatur potiori, quod eſt ipſa veritas, vnigenitus filius Dei. Et hæc eſt pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis: hæc vit conſummati, perfectique ſapientis.* Et paucis interiectis, *Hac pace intrinſecus conſtituta, atque firmata, quas cunque perſecutiones ille qui foras miſſus eſt, forinſecus concitauerit, auget gloriam, quæ ſecundum Deum eſt, non aliquid in illo ædificio labefactans, ſed deficientibus machinis ſuis, innoteſcere facitus quanta firmitas intus extructa ſit.* Si ergo hæc & huiuſmodi de pace, quam homini poſt peccatum in hac continua vitiorum pugna vitam rectè componenti Beato Aug. dicere licuit, multò excellentius de illa omnimoda pace; ſocietateque ac concordia ſpiritali, quam originalis iuſtitia in Regno pacatiſſimo ſecum ferebat, mihi affirmare licebit, ac ſubinde iuſtitiam originalem lapidi angulari comparare; lapidi, inquam, angulari non cuicunq; ſed pretioſo, (talem enim Deus, ob ſui magnificentiam in fundamentis humanæ naturæ a ſe miro modo fabricatæ in ſui cōſtitutione immiſit) quo lapide angulari per culpam amoto, confractum eſt totum ædificium, ac Regnum illud humanæ naturæ diſſolutum, & deſolatum, omne enim regnum in ſe diuiſum deſolari, & diſſolui neceſſarium eſt. Quod præterea Ven. Beda, ad 15. 1. Cor. illis verbis indicare viſus eſt, *Diximus iam, Adam vnum hominem fuiſſe, & ipſum eſſe totum genus humanum; quaſi fractus eſt, & ſparſus: colligitur, & quaſi conflatur in vnum ſocietate, atque concordia ſpiritali, quia Chriſtus venit ſine peccato, vt primum Adam renouaret, ac ſibi eum in imaginem Dei redintegraret.*

S. Aug.

Beda.

Ma-

Mariam Virginem per hunc angularem originalis iuſtitiæ lapidem ſtabilitam, ac confirmatam fuiſſe demonſtratur. Sect. 3.

HIs igitur de muneribus originalis iuſtitiæ ita diſpoſitis, noſtrum eſt, vt Beatam V.M. a Deo per beneficium ſupernaturale naturæ ſuperadditum, iuſtitiam ſcilicet originalem ita ſtabilitam, ac confirmatam eſſe, vt ad originalem culpam minimè defluxerit, oſtendamus. Quod planè idemmet Deus per profetam propoſitis in titulo verbis, *liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas* eius, teſtatus eſt. Cum enim fragilem, ac fluccibilem humanæ naturæ conditionem, ſecundum quam homo ab adoleſcentia, immò ab ipſamet conceptione pronus in malum inuenitur, eſſe proſpiceret, ac ſubinde in hac potius vita, quàm in alia ſe eius peccata, quibus defluit, ac deperit, puniturum, illis verbis, *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*, præmiſiſſet, ſtatim adiunxit, *liquefacta eſt terra* &c. Quid eſt, liquefacta eſt terra; defluxit terra, diſſoluta eſt terra infirmata eſt terra, dilapſa eſt terra; hęc enim omnia verbum illud, *liquefacta*, ſignificat, liquefactio quippe eſt quædam partium diſſolutio, & dilapſio, vnde, liquefieri, Italicè eſt, ſcorrere ſenza ſoſtegno, ſicuti omnia liquida faciunt, quæ ſine conſiſtentia fluunt, & dilabuntur, ſecundum illud, *omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur*; 1. reg. 14.
quippe remota anima á corpore, partes corporis actutum diſſoluūtur, ac ſine vlla conſiſtentia dilabuntur. Vndè clarè hoc loco S. Hiet. traduxit, *diſſoluetur terra*: D. verò Aug. *defluxit terra*; Cum autem diſſolutio, & dilapſio fieri non poſſit, niſi partium prius inuicem conſiſtentium, & ſolidarum, fit, vt diſſolutio ſit quædam a ſtatu ſoliditatis, & firmitatis ad ſtatum infirmitatis tranſmutatio: quod ſatis in re noſtra verbum ipſum, *liquefacta*, inſinuare videtur. Huius porrò liquefactionis, diſſolutionis, ſeu dilapſionis, & inſtabilitatis terræ, & habitantium in ea, peccatum, & culpa cauſa fuit, teſte huiuſce rei B. Patrem Aug. excitabo: *vnde*, inquit ille, *defluxit terra, niſi de peccatis, quæ ideo & delicta dicuntur* delinquere enim eſt quodammodò liquefieri, ſiue liquidū fieri, hoc eſt, a ſtabilitate, & firmitate ad liquidum defluere, & dilabi; ſecundum illud etiam Iſa. 14. *luxit, & defluxit terra, & infirmata eſt, defluxit orbis, & terra infecta eſt ab habitatoribus eius.* Neque de hac re, quod, nimirū, peccatum a ſtabilitate ad fluxibilitatem, a firmitate ad infirmitatem tranſmutet, aliqua inter Doctores poteſt eſſe diſcordia; tritiſſima eſt nam P. P. ac Theologorum doctrina, hominem ſic vitijs, & peccatis defluere, & dilabi, ſicut virtute, & gratia ſtabilitur ac conſolidatur Illud ipſe tantummodò libenter addiderim,

S. Hie. D. Aug. hic.

Aug. hic.

Iſa.

rim, pulcrè Prophetam Iſa. ſimul in vnum fluxionem, ac infirmitatem copulaſſe: *luxit, & defluxit terra, & infirmata eſt*, vt inde nobis innoteſcat, fluxionem, ac liquefactionem ſecum; ex conſequenti, pariter infirmitatem, & inſtabilitatem portare; quippe liquida; eo ipſo quod fluunt, & dilabuntur, conſiſtentia, ac firmitate careant neceſſarium eſt; vnde ipſe quoque Dauid diſſolutionem, ſeu liquefactionem, ac inſtabilitatem ſimul in vna ſententia coniunxit, quod enim ſub obſcurius per priorem ſententiæ partem indicarat, dicens, *liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea*, per poſteriorem clariſſimè expreſſit, ſubdens, *ego confirmaui columnas eius*; Maior profectò difficultas eſt, de quo peccato, actuali ne, an originali, hoc loco, a Propheta ſermo habeatur? Et verò video firmè Expoſitores omnes de peccato actuali, vitijſque, quibus mortales defluere, ac deperire certiſſimum eſt, Prophetiam explanare. Cęterum licet negari non poſſit aliquo modo ad culpam actualem Prophetiam eſſe referendam, nam, vt cautum eſt, etiam actualia peccata fluxionem afferunt, infirmitatem adducunt, pacemque, quam gratia, & virtus ædificat, rumpunt; nilominus, aut de prima originis culpa ſimpliciter, aut ſaltem potiſſimùm verba intelligenda eſſe ipſe exiſtimarim. Moueor primò, quod ex ipſa phraſi, & loquendi proprietate Prophetia nec tempore, nec perſonis, nec peccatorum ſpecie coarctatur, prout plerunque cum de actualibus agitur, in ſcripturis fieri ſolere; conſpicimus vt, *omnes auaritiæ ſtudent, a minimo vſque ad maximum*; Et *vnuſquiſque ad vxorem Proximi ſui inhiebat*; licet enim ſententiæ illimitatæ ſint, quò ad ſubiectum, ſunt tamen limitatæ, quò ad prædicatum, ideſt ſpeciem peccati, Et, *Dominus de Cælo proſpexit, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum*; hæc vtique ſententia limitata eſt, quò ad modum, & fortaſſe etiam quò ad tempus; ideò ſubditur, *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*; ideſt omnes requirunt non Deum, ſed quæ ſunt Mundi, quæ ſua ſunt; ſecundum illud etiã Apoſt. Philipp. 2. *omnes quærunt quæ ſua ſunt*. Et, *Videns Deus, quod cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum ab adoleſcentia ſua* ſententia limitata eſt, quò ad tempus; nam quo tempore cogitauit Dominus aquis Diluuij inundare Orbem, cuncti proprijs concupiſcentijs inſeruiebant; Et ſexcentis alijs eiuſmodi locis. at verò ſententia noſtra prorſus illimitata eſt, perſonis, tempore, ſpecie peccati &c. vnde generaliſſima eſt, & tangit potius naturam, quàm ſuppoſita, *liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea*, ideſt totus orbis, & omnes ſimul habitatores liquefacti ſunt, quia omnes ab Adam peccauerunt, & ſtabilitatē illam generi humano, a ſui conſtitutione,

Hier. 6. Hier. 5. Pſ. 13. Philipp. Gen. 6.

ne per originalem iuſtitiam collatam perdiderunt. Moueor ſecũdo quod liquefactio iſta ad ipsã quoque terram, ſeù Mundum vniuerſum (nam terra ponitur pro orbe) peruenit, vt ex modo dicendi apparet atque ita eſt, quod peccatũ originale non ſolum ſtabilitatem, mutuamque pacem inter contrarias ipſius hominis affectionis diſrupit, verum etiam Orbem vniuerſum ab illo obſequij fœdere, mutuoque dominij, ac ſeruitutis officio diſſociauit; Moueor tertio quod ab hac liquefactione nullus immunis extitit; fuit enim inundatio quædam generalis, ac diluuium peccati, quòd ex lege Adæ ad omnes promanauit, exceptis columnis, quas Dominus, ne ſimul cum terra, ac omnibus habitantibus in ea defluerent, confirmauit; Quam obrem omnes etiam Apoſtoli, eiuſmodi Sancti, & electi, ac prædeſtinati liquefactionis genere liquefacti ſunt, cum nilominus credere dignum ſit, multos extitiſſe, & ad huc exiſtere, qui Diuina operante virtute, nullius mortiferæ culpæ actualis conſcij ſunt. Moueor poſtremò, quòd licet culpa actualis aliquam fluxionem Mundo afferat, attamen ſtatum naturæ omnino non peruertit, aut immutat, quia eſt peccatum Perſonæ; ſola verò culpa originalis ſic humanum genus infecit, vt ſtatum naturæ immutarit. Pulcre igitur Propheta terram, & habitantes in ea liquefactam, ſiuè confractam, diſſolutam eſſe affirmat, vt inde clarè nobis oſtendat, ſe nõ de quacunque fluxione, nec de quacunque iuſtitia, verum de fluxione originis, ac iuſtitia originali aut ſimpliciter, aut potiſſimum habere ſermonem. Quare ſi quis attentius ad Propheticum iſtud mentem adhibeat, mutationem, vel tranſitum ſtatus naturæ inſtitutæ, & innocentiæ originalis ad ſtatum naturæ lapſæ, & culpæ originalis ſub hac metaphora perapte a Propheta deſcribi reperiet. nam ſicut originalis innocentiæ donũ, & gratia terram vniuerſam habitanteſque in ea homines firmos, ac ſtabiles efficiebat, ſic e contrario originalis culpæ vitium a firmitate, & ſtabilitate ad fluxum, & liquidum eandem terram, & homines vniuerſos in ea habitantes perduxit; vnde gloſſa lirani ad allegatum Iſaiæ textum, *defluxit Orbis*, gloſſando apponit, *defluxit orbis a ſtatu ſuo*; verè etenim per peccatum primi Parentis vniuerſus orbis a ſtatu illo, in quo a Deo conditus erat, nempe a ſtatu firmitatis per iuſtitiam ad ſtatum fluxionis per culpam defluxit, & deflexit. Ne quis autem ſimul cum terra fundamenta pariter defluxa eſſe exiſtimaret, cum primum vniuerſaliter terram, & omnes habitantes in ea liquefactos eſſe dixiſſet, continuò adiecit, *Ego confirmaui columnas eius*. Quibus verbis ſatis expreſſit, columnas terræ ad eiuſdem defluxionem minimè declinaſſe. Sed enim quæ ſunt iſtæ columnæ terræ, quas, ne ſimul *Gloſ.*

cum

cũ terra liquefierent, Dominus ſe confirmaſſe affirmat? Apoſtoli, inquit S. Auguſtinus. Omnes iuſti, affirmant alij: ego hiſce, ſicut nec illi contradico. Cęterum per has columnas Chriſtum, & Mariam congruentius intelligi poſſe, ac debere opinor; hæ quippe ſunt duæ columnæ militantis Eccleſiæ, quas a defluctione originalis culpæ, ad quam a ſtabilitate originalis iuſtitiæ omnis terra cum habitantibus in ea defluxit, Deus ſua virtute firmauit: illum quidem per naturam, hanc verò per gratiam. Quod autem hæ potiſſimum nomine firmatæ a Deo columnæ hoc loco intelligantur, vel inde primò licet inferre, quod, vt dictum eſt, non de quacunque fluxione, ſed de fluxione originalis iuſtitiæ aut ſimpliciter aut potiſſimus ſermo habeatur; ex quo enim Deus hominem in bono per donum innocentiæ firmarat, rectiſſimè defluxiſſe, hoc eſt a prima iuſtitiæ ſtabilitate ad fluxibilitatem iniquitatis tranſiſſe aſſeritur; dein de quia duæ ſunt tantummodo in vniuerſa Eccleſia principales columnæ, Chriſtus videlicet, & Maria, quæ mirè figurabantur in duabus illis columnis æreis, quæ ante veſtibulum templi Salomonici erectę videbantur, vt habetur 3. Reg. 7. quas columnas ſalomon non ſine miſterio, *Iachin* vnam, hoc eſt, dexteram: *Booz* alteram, hoc eſt, ſiniſtram appellauit. Iachin quippe firmitas, Booz fortitudo, ſeu in fortitudine, vt Hebraicę, linguæ

S. Aug. hic.

3. Reg.

non ignari aſſeuerant, interpretatur; vt inde clare conijcias, duas haſce miſticas columnas a Deo, ita firmatas fuiſſe, vt ad defluxionem nullatenus declinarent.

Sequitur idem argumentum, ac Chriſtum, & Mariam nomine confirmatæ à Deo columnæ intelligi adhuc clarius demonſtratur. Sect. 4.

QVoniam totius huiuſce vis argumenti in eo conſtituta eſſe videtur vt Mariam (de Chriſto enim res eſt certiſſima) nomine firmatæ à Deo columnæ hoc loco intelligi oſtendatur, operæ pretium erit amplioribus adhuc hanc veritatem comprobare rationibus; Et quidem, vt eam, quam tetigimus duarum illarum columnarum quas ante fores templi ſalomon collocauit, figuræ narrationem abſoluamus, illud planè dignum conſideratione dijudico, quod licet plurium aliarum columnarum in ædificio domus, vel templi Salomonici vſus ex ſcriptura habeatur, attamen harum duarum præcipuè mentio fiat, quia nimirum ratione magnitudinis, reſpectu altitudinis, cauſa pulcritudinis &c. duæ hæ tantummodò peculiaris memoriæ dignæ cenſeantur, quod non mediocris argumenti eſt duarum potiſſimarum ſpiritualis ædificij columnarum, Chriſti videlicet & Mariæ figuram expreſſiſſe; licet enim in ſpirituali Eccleſiæ ſtructura multæ aliæ columnæ à Deo collocatæ fuerint,

vt

vt ſunt Apoſtoli, Prędicatores, Prælati, viri ſancti, quia nilominus hi omnes ſunt columnæ minus principales (principales vtique Chriſtus, & Maria) propterea has tantummodo duas nomine firmatæ a Deo columnę hoc loco, cui in alio firmitas, & fortitudo mirè reſpondet, accipiendas eſſe dicimus. Illud item ſine ſilentio prætermitti non debet, quod duæ illę columnę ante veſtibulum templi conſtitutę vno, ac eodem nomine, vel potius vna, ac eadem diuerſi nominis ſignificatione conueniant, nam *Iachin* vna, ideſt firmitas: altera *Booz*, ideſt fortitudo interpretatur; vt hinc pariter innoteſcat, vnam, ac eandem fuiſſe Chriſti, ac Marię virtutem, firmitatem nimirum, & fortitudinem, licet vtriuſque nomen diuerſum extiterit. Poſtremò, ſicut duę illæ columnę nō tam ad ponderis alicuius ſuſtentationem, quàm ad ędificij ornamentum erectæ fuerant, quod prę alijs Vener. Beda, tum ad prędictum ſcripturę locum, tum lib. 2. cap. 9. in Iob, his verbis indicauit, *Quia, & ad ornamentum ſolummodo ædificiorum plerunque columnæ permagnificæ erigi ſolent, vt ædes opere pulcherrimo ædificatæ ſpecioſis columnarum decorentur ordinibus, ſicut & illæ duæ, quas in templo Salomonis fuiſſe legimus, non quod aliquid ſuper ſe ponderis: quod ad ædificiorum ſuſtentacula pertineret, habuerunt, quæ tamen in miro opere fuerant ornatæ, vt templi veſtibulum per ipſas pulcrius redderetur,* ſic ille, per omnia ferè cū Beato Patre Greg. lib. 17. mor. c. 17. conueniens eadem ratione Deus Chriſtum, & Mariam in Mundo collocauit, quibus non tam ſuſtentari, quàm ornari voluit regnum ſuum, ideſt Eccleſiam; Chriſtum, igitur & Mariam in his duabus columnis, in quarum fundamentis iuſtitia, & innocentia, in quarum ſummitatibus lilia puritatis, ac Virginitatis apparebant pulcre figuratus fuiſſe rem certo certiorem eſſe exiſtimo quod Collector indicis ad librum Homeliarum de ſacris Deiparę arcanis Ioan. Cartagenę, titulo, Columna his verbis clare indicauit, *Duæ columnæ a Salomone ante Templi fores collocatæ Chriſti, ac B. V. figura: hæ enim ſunt totius ædificij terreſtris, ac cęleſtis Eccleſiæ decus, & ornamentum* Sic Auctor ille. Porrò Chriſtum, & Mariam, veluti binas columnas a Deo in Eccleſia erectas, quibus non tàm ſuſtentari, quàm ornari voluit Regnū ſuum, ea ratione dictas putarim, quod iuxta ſatis probabilem eruditiſſimorum Theologorum ſententiam, etiam nulla ſuſtentandi alicuius ponderis neceſſitate exiſtente, in ſtatu ſcilicet originalis iuſtitię humano genere conſiſtente, attamen ad decus, & ornamentum, ambo, Chriſtus ſcilicet, & Maria eodem ordine, ac dignitate collocati eſſent, vt videlicet Maria ęternum Dei Patris filium carne indueret, ac veluti Mundi glorificatorem eidem Mundo ſanctiſſime effunderet; nō negando tamen,

Beda.

S.Greg.

quin

quin pro ſtato naturę deſtitutę ſuſtentationi etiam prę alijs mirè deſeruiant; immò cętęre omnes columnę, etiam Apoſtoli, Pręlati, Prędicatores, & electi ſuam in Eccleſia ab hiſce primis ſtabilitatem, & decorem accipiunt, ac proinde miro quodam modo, a Deo ſtabilitas, ac firmatas eſſe ſcriptura commemorat, ne cum terra, & habitantibus in ea ad liquidum originalis culpę defluerent. Et quia exceptio firmat regulam in contrarium, hiſce duabus primis columnis exceptis, quas Propheta clariſſimè excipiendas ſignificauit, reliqui omnes cum terra liquefacti fuiſſe feruntur. quo fit, vt neque de Apoſtolis, neque de Prædicatoribus, neque de iuſtis, & electis vaticinium iſtud, niſi fortaſſe ſecundariò, accipi poſſi, cum etij omnes vnà cum terra originalis culpę liquefactioni, dilapſioni, & defluxioni fuerint obnoxij. Dixi; niſi fortaſſe ſecundariò; nam cum locus Scripturę ex conſequenti, & ſecundariò de ipſo quoque actuali peccato intelligi queat (nō excludendo quòd primariò, & principaliter de Originali) ad Apoſtolos pariter, Pręlatos, Prędicatores &c. ſcriptura transferri valet: quo ſenſu Expoſitores ſolum actualem culpam in dicta Prophetia conſiderantes, nil verò de originali tractantes, non modo hoc loco, ſed alijs, quibus in Scriptura de columnis mentio habetur, Apoſtolos nomine columnarum intelligi debere putarunt; iuxta illud Pau. ad Gal. 2. *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.* Quem locum nullus fere hanc ſequens interpretationem non conſiderauit. Hi igitur a Deo confirmati dicuntur, vel quia in die Pentecoſtes per gratiam Spiritus S. ita firmati ſunt, vt in peccata, & vitia, quibus humanum genus, deperit, & dilabitur, minimè difluerent; vel quia tempore Paſſionis, ne perſecutionum feruore liqueſcerent, a Chriſto roborati ſunt. Atque eodem modo Prędicatoribus, & Pręlatis, qui eatenus columnæ cenſentur, quatenus Eccleſiam doctrina, & Prędicatione, ac morum exemplo ex officio ſuſtinent, prędicta Scriptura applicari poteſt: ſimiliter etiam iuſtis omnibus, & electis, quos Dominus tandem ita confirmat, vt liquefactionis, quam in pręſentis Seculo ſuſtinuerunt, damnum minimè patiantur. Gala.

Sed vt illuc reuertamur, vnde digreſſi ſumus, & ad B. V. vnam de potiſſimis terreſtris, ac cęleſtis Eccleſię columnis redeamus, eandem miro modo a Deo ſtabilitam eſſe, clarius ad huc, & expreſſius oſtendamus. Scribitur ab eodem Diuino Pſalte, Pſ. 44. de cœleſtis ſponſi, ac Regis ſponſa, & Regina, quod a dextris ſponſi in diademate corronata perſtiterit, *Aſtitit*, inquit, *Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato.* Quę verba ad cœleſtem ęterni Regis, & ſponſi Reginam, & ſponſam attinere, nullus eſt, qui in controuerſiam Pſ.

addu-

adducat. *hactenus ad honorem ſponſi pertinuiſſe videtur epithalamium* (inquit, hoc loco, Ven. Beda) *nunc manifeſtè ſponſæ quoque epithalamium ingreditur.* Hanc autem Reginam, & ſponſam, licèt plerique Eccleſiam, & vire meritò ſignificari arbitrentur, non de ſunt tamen tot, tantique viri, qui in ſpecie B. V: intelligi aſſeuerent, vt mihi ſimiliter interpretanti quippiam vſquam iure valeat opponi. De Perſona V. locum interpretantur D. D. Athanaſius, Bernardus, Antoninus, Petrus Damianus, Arnoldus, Hugo Victorinus, & Hugo Cardinalis, alijque per multi apud Lorinum, quos ſi allegoricè loqutos fuiſſe obieceris, nil tamen contra me efficies, cum vno ex quatuor ſenſibus omnis Scripturæ veritas ſalua conſiſtat. Aſtitit igitur ſponſa, & cęleſtis Regina a dextris æterni ſponſi. quid eſt, *Aſtitit*? Non erubuit profectò Hiſpanus quidam, vt ſcripturam, ad formandum conceptum ſuo ſenſui coaptaret, aſſerere D. Criſoſtomum ſuper hunc Pſal. inſinuare, Verbum, *Aſtitit*, a voce Greca, quæ columnam ſignificat, deriuare; quæ vtique deriuatio, ſi vera eſſet, perquam validum ad noſtram conclusionem firmandam argumentum ſuppeditaret. Sed certè D. Criſoſt. in libro ſaltem meo nil tale affirmat, minus autem aliquam de deriuatione verbi, *Aſtitit*, a voce Greca, mentionem facit, nec verbum quidem de columna adducit. Hon dubitauit pariter alius quidam Gallus affirmare S. Criſoſt. referre, qui verbum *Aſtitit, erecta ſtetit*, tranſtulerit; quæ itidem tranſlatio noſtro argumento plurimum deſeruiret, ſed neque tale quippiam apud Criſoſtomum in libro meo inueni. Ipſum Criſoſt. in medium aſſeramus: *Aſtitit: alius, ſtabilita eſt, hoc eſt, firmiter ſtetit, ſtetit immobiliter.* Hæc, & non alia, quantum ad vocis illius *Aſtitit* ſignificationem attinet S. Criſtoſt. ſcripta reliquit. fortaſſis verò vterque, hic Auctor, non tam ad ſonum litterarum quàm ad nominis ſenſum, & ſignificationem Criſoſtomi teſtimonium excitauit; quia enim columna eſt ſimbolum ſtabilitatis, vti pluribus Ioan de Pineda, ad 34. exorant, & communis Patrum, ac ſcripturalium conſenſus confirmat. Vnde & Principium, quorũ eſt regna ſuſtinere, typum gerit, idcircò vterque Criſoſtomum verbum illud, *Aſtitit*, interpretantẽ, *firmiter ſtetit, ſtetit immobiliter*, non ad verbum ſed ad ſententiam referre voluiſſe aſſeuerauit. Quod Lorino teſte; magis expreſſit verbum Grecũ, quo vſus eſt Aquila, *quaſi cum Paulo 1. Thimot. 3. appellarevoluerit columnam, & firmamentum ueritatis, & ad geminas templi Salomonici columnas, Iachin: ſcilicet, & Booz, alludere.* Cui verbo fortaſſis mentem adhibens Pineda, vbi ſup. columnas, in originali, a ſtando dictas, quod erectæ conſiſtant, & ſtantes erectum ædificium ſuſtineant, dictas eſſe affirmat. Quicquid

Athan. Bernar. Antoni. Damia. Arnol. Hugo. Lorin. hic.

Miran. in opere. Concep.

Lorin. hic.

S. Griſ.

Pineda.

Aquilã Lorinu. Paulus.

Pineda vbi ſup.

quid igitur ſit de deriuatione vocis: omnes vnanimiter cõcedunt, firmitatem quandam in eo verbo eſſe expreſſam; ita vt ex præfatis verbis qualitercunque tandem acceptis facilè conijciatur, verè ſponſam, tanquam firmam, ac ſtabilem columnam a dextris ſponſi fuiſſe erectam, vt vna cum ſponſo mirabilem in templo Dei ordinem vtraque præmonſtrarent Vnde ab Hugone, qui locum de Maria accipi poſſe inſinuat, additur, *erecta*: erecta, inquam, non curua. Ab alio verò, quem Criſoſt citat, vertitur, *ſtabilita*, quod verbum idem Criſoſt. declarans ſubdit, *hoc eſt firmiter ſtetit, ſtetit immobiliter*: ſtetit autem erecta, immobiliter, quia ſtabilita, & confirmata fuit: confirmata, inquam, ne cum terra, & habitantibus in ea in originalem culpam difflueret, ex quo factum eſt, vt omne peccatũ omni ex parte deuinceret. quo ſenſu B. Aug. contra Pellagianos de Deipara verba faciens, ait, *Beatæ V. tantam ad vincendum omni ex parte peccatum collatam eſſe virtutem, & gratiam, vt, cum de peccatis agitur, nullam velit de eadem B. V. prorſus haberi quæſtionem*. Sed quomodo, inquies, Deus has columnas confirmauit? mirabili vtique arte, ea nimirum qua humanum genus, & naturam in ſui conſtitutione ſtabiliuit, & confirmauit, demittendo videlicet angularem originalis iuſtitiæ lapidem, quo non modo contrarias intus in homine repugnantium ſubſtantiarum, &

Hugo.

Griſoſt.

Auguſt.

viriũm affectiones, & motus in vnum ita compaginauit, vt omnia vnum eſſent, vna cunctorum pax, atque concordia, verum etiam terram, & orbem mutuo ſeruitutis; & dominij obſequio eidem humano generi aſſociauit. Hoc igitur pariter modo Dominum tanquam peritiſſimum Architectum ſuæ firmaſſe columnas Eccleſiæ arbitrare, per immiſſionem videlicet lapidis prætioſi, & firmi in earum fundamentis conſtituti, qui lapis prætioſus, & firmus eadem eſt originalis iuſtitia, & innocentia naturæ ſuperaddita, qua humanam naturam, vt ſuperius ex S. Tho. demonſtratum eſt, ſtabiliuit & confirmauit. Id quod verbum ipſum, *confirmari*, mirè ſignificat, quod alius ad rem noſtram clarius traduxit, *mira arte ſtabiliri*, ea nimirum arte, qua Architectus columnas ſtabilire, & confirmare ſolet, nempe per demiſſionem lapidis angularis ſi enim hac arte reliquas ædificij partes ſimul connecti, ac ſtabiliri neceſſarium eſt, multò magis id in columnis, ſeù pilaſtris, quos eo amplius firmus eſſe conuenit, quo alia quoque ſuſtinere debent, fieri neceſſarium erit, quare nomine columnæ non ſolum illa quæ, ad diſtinctionem pilaſtri, columna propriè, ex vulgò nuncupari ſolet, eſtque rotunda, accipi debet, verum quodcunque columnæ genus, ſiuè columna ſit, ſiuè pilaſtrum, quod vtique per demiſſionem lapidis angularis in fundamentis, & angulis,

Apud Lorinus

lis, non ſecus, quàm reliquæ ædificij partes, ſtabiliri, & confirmari debet:

Vnicum dubiolum ex qualitate ornamentorum quibus ſponſa, & Regina a dextris ſponſi conſtituta ornata, fuiſſe narratur, oriri poteſt; quod non parum expoſitioni noſtræ refragari poſſe videtur; ad quid enim aureis veſtibus, & ornamentis ornare columnam? quòd quidem columna capitellis, alijſque columnæ congruentibus ornamentis decoretur, rationabile eſt; at verò columnam inanimem veſtibus deauratis, ac diademate exornare, videtur incongruum. Cęterum non eſt difficile elucidare dubitationem, nam cœleſtis Regina, & ſponſa ſpiritaliter, & per ſimilitudinem, non proprietatem columna appellatur; quia nimirum, ſicut columna eſt decus, & ſtabilimentum domus, ſic Maria, & cœleſtis ſponſa decus & ſtabilimentum Eccleſiæ; ijs propterea veſtibus eam ſponſus ornare debuit, quibus ipſos Parentes noſtros exornauit, iuſtitiæ videlicet ac innocentiæ. Huius igitur tandem argumenti iſthæc concluſio eſt, Mariam .ſ.& Chriſtum, tãquam duas principales Eccleſiæ columnas, tam ad ornamentum, quàm ad ſuſtentamentum a Deo collocatas ita, per donum iuſtitiæ originalis a Deo fuiſſe ſtabilitas, & confirmatas, vt ad eam defluxionem, & liquefactionem, ad quam terra, & Orbis cum omnibus habitantibus in eo per originale peccatum dilapſus eſt, minimè defluxerint, ac ſubinde originalis iuſtitiæ dono ornatæ, erectę, ac ſtabiles perſtiterint: ſic enim defluxit terra, & orbis a ſtabili iuſtitiæ ſtatu ad liquidum iniquitatis, vt tamen columnæ eius in ſua firmitate, & ſtabilitate, tanquam a Deo confirmatæ, firmæ conſtiterint, vnde recte a Domino per profetam dicitur. *liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius.* Illud autē mirabile videtur quod ſponſa a dextris ſponſi aſtitiſſe legatur cum ſponſum potius a dextris ſponſæ aſtare conueniens cenſeatur ſed in hoc ita commendatur dignitas ſponſæ, vt nil honori ſponſi derogare dignoſcatur quando quidem ex iſta loquendi phraſi, quæ vtique frequens eſt in ſcriptura; officium coadiutoris exprimitur, non loci dignitas eligitur aut conſtituitur; recte itaque ſponſa a dextris ſponſi aſtitiſſe narratur mementote enim Mariam Chriſto in adiutorium ad ſaluandas animas, plantandam eccleſiam a Deo fuiſſe tributam; ſicut enim diabolus a dextris ad parendum per imprecationem aſtare poſtulatur *& diabolus ſtet a dextris eius* Pſ. 108. & Deus contra ad adiuuandum narratur, *quoniam a dextris eſt mihi ne commouear* Pſ. 15. & *aſtitit a dextris pauperis, vt ſaluam foveret a perſequentib: animam meam* Pſ. 108. ſic Maria a dextris ſponſi aſtitiſſe dicitur quatenus eidem ad redimendum genus humanũ co-

Pſ.
Pſ.
Pſ.

ccadiutrix fuit; quæ propterea meritò vna cum ſponſo veluti ſtabilis ecleſiæ columme iuſtitiæ dono confirmata immobiliter ſtetit, dum terra, & omnes inhabitantes in ea cecidit, ac ad liquidum originalis culpæ deflexit; nō mirum autem ſi Maria cum hominibus vniuerſis terram inhabitantib. non defluxit; ipſa namque non cum hominibus in terra, ſed cum ſponſo, & Angelis cęleſtib. in deſerto, ſeu montib. excelſis perpetuo per innocentiæ donum inhabitauit.

Tota igitur ecleſię ſtructura ex his duobus perſonarum generibus mire ędificata cernitur ex ſtabilib. nempe columnis, quibus totum ædificium in nititur & decoratur de quib: dicitur *ego confirmaui columnas eius*, & ex lapidib: ac parietibus, quæ ſunt reliqua totius editicij ſtructure quæ per originale peccatum confracta, diſſoluta, vt liquefacta fuit, de qua dicitur *liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea.*

Mariam Virginem per angularem originalis iuſtitiæ lapidem confirmatam fuiſſe vlterioribː adhuc exemplis illuſtratur Sec. vlti.

PRęcedentis capitis doctrina latiſſimum lectori ad alios multos huiuſmodi deriuandi conceptus campum aperiet: & quidem in propoſito conceptionis plurima adduci poſſent ſcriptura tum teſtimonia; quibus nilominus conſulto prętermiſſis vnum, aut alterum laconice ſubijcere contentus ero. Primum illud ſit, quod comuniter vtique adduci conſueuit, cęterum comuni textui ſcripturæ non comunis recentiorum gloſſa adhibenda; vere enim vt verum fatear, nulla hatenus ex varijs, quas apud recentiores ad probandam immaculatam Virginis Conceptionem vidi circumferri interpretationes, tam valida eſt; vt propoſitum conceptionis ſatis comprobare poſſe videatur; ſed plerique nonnunquam materiam libri, aut Sermonis proponunt; quam argumenta aſſumpta minime probant: Teſtimonium eſt ſereniſſimi Regis, ac profetę Dauid; qui pręclara de Maria Virgine ſub typo ciuitatis Dei in Pſalmo 86. ſcripta reliquit intantum vt fere totum illum Pſalmum de perſona Virginis, multiſque in ea completis Miſterijs, ac Sacramentis patres, ac expoſitores interpretari non dubitarint, in quibus ſunt apud Lorinum ibidem. S.S. Athanaſius. Auguſt. Bernardus; Germanus pręterea conſtantinopolitanus, & Heſichius, quib. adiungi poſſunt S. Io: Damaſcenus orat. 5. de aſſumpt. Virginis & D. Bon. ſuper illud Lucę 1. Beatus vēter, & cęt. & vt verbo dicam, fere innumeri, ita vt de hac veritate non relictus ſit ambigendi locus; ait itaque Profeta in ipſo Pſalmi ingreſſu, fundamenta huius ciuitatis eſſe in montibus ſanctis *fundamenta eius in montib. ſanctis.* porro

Pſ. *Lori.* *Athæ.* *Aug.* *Bern.* *Germa.* *Heſic.* *Io. Dam.* *Bona.*

fun-

fundamenta ipſam Mariæ conceptionem recentioris qui in propoſito teſtimonium iſtud adducunt; interpretari conſueuerunt quæ eatenus in montibus ſanctis eſſe perhibetur quatenus innocens, & ſancta fuit; atque in eo potiſſimum argumenti vim eſſe conſtitutam opinantur. Nos verò rem ſubtilius ſpeculantes argumenti vim ex illo verbo fundauit. ſuperiori doctrinę innixam efficaciorem euadere existimamus; Virginem nimirum glorioſam per angularem iuſtitiæ originalis lapidem in fundamentis eius à Deo immiſſum ſtabilitam eſſe, ac confirmatam; quod inter cœtera ſonat verbum illud *fundauit, & ipſe fundauit eam Altiſſimus* ſeu vt loquuntur S.S. Hieronimus, & Iſidorus apud Lorinum *excelſus* Deus enim cum humanis membris naſciturus, vt inquit grauiter S. Auguſt. Ser. 13. de tempore *antequam naſceretur & vterum ex quo naſceretur, & ciuitatem, in qua naſceretur, & diem, in quo naſceretur: elegit, ipſe enim condidit, qui elegit.* ſed cur (ingreditur nunc vis argumenti) cur, inquam, non dixit condidit aut creauit Altiſſimus; vel ædificauit excelſus; profecto vbi de formatione ciuitatis etiam metaforice agitur nullum vocabulum Metaphorę magis accomodatum adduci poſſe videtur quam quod ædificium ſonat; cuiuſmodi eſt condere, & ædificare; quare igitur hic quoque dictum non fuit, vt ipſe ædificauit eam Altiſſimus; quemadmodum & alio loco, vbi de hac ipſa ciuitate ædificanda miſtice ageretur ſcriptum eſt; *Ædificans Hieruſalem Dominus diſperſiones Iſraelis congregabit* Pſ. 146 pulcre profecto; neque enim verbum condere, & ædificare, aut creare ſine alio addito plus aliquid ſonat, quam ſimpliciter de non eſſe ad eſſe reducere; cum autem plus egerit Deus in conceptione Mariæ, quam ſimpliciter animam creare, ac corpori infundere; idcirco non ei ſufficiens, fuit dicere, *creauit Altiſſimus.* aut *ædificauit excelſus.* ſed dicit *fundauit* quippe verbum *fundare*, & *præparare.* (vtroque enim modo legitur vt ex dicendis conſtabit) abſque alio addito creationem ſimul, ac iuſtitiæ infuſionem importat, vt ergo Deus non modo ſe ſuæ ſacerrime Matris creatorem, & conditorem verum etiam originalis iuſtitiæ ſimul largitorem oſtenderet eandem ſe fundaſſe, ſeu præparaſſe potius, quam creaſſe, aut ædificaſſe per Profetam aſſeuerauit; quod igitur alio loco ædificauit dixit cum addito, *ædificans Hieruſalem diſperſiones Iſraelis congregabit* hic idem ſine addito per verbum *fundauit* expreſſit, *& fundauit eam Altiſſimus.* nam verbum *fundare* præter vim creandi, quæ ei cum verbo ædificare condere, & creare comunis eſt, vlteriorem prætereà ſtabiliendi nimirum, & confirmandi, ex vi ſignificati ſimul exportat vnde & fundatores Religionum appellantur qui ſic Religiones inſtituunt, vt *ſuper Maria*

Lorin. *S. Hier.* *S. Iſido.* *S. Aug.* *Pſ.*

ſimul optimis regulis, & inſtitutis muniunt, & ſtabiliunt, quod Lorinus pariter tractans illud Pſ. 23. *fundauit eam, & ſuper flumina præparauit illam* his verbis ex Treueto exquiſite ſane indicauit *ſecundus ſenſus* (primus enim & tertius nil ad nos faciunt, atque adeo breuitatis ſtudio conſulto eos miſſos facimus) *ſecundus vt denotetur ſtabilitas ac firmitas terræ, quaſi fundare illam ac præparare ideſt ſtabilire, & firmare ſuper Maria, & flumina ſit plus, quam hæc reddere firmam, ac ſtabilem* ac poſt multa in calce verſiculi hæc alia ſubnectit; *præparauit: Hieronimus ſtabiliuit, quod etiam valet verbum hebreum Iechonen; ſic autem verbo exponit id uerbum interpres verbo præparandi, aliquando iungit cum verbo ædificandi, nonnunquã vertit ſtabilire, confirmare; id ſibi quoque vult montem in vertice montium.* ſic ille ex quibus vides idem prorſus eſſe *fundare, ac præparare*, vtrunque vero creare, ac ſimul creando ſtabilire, & confirmare ſignificare; ſed & ad citatum Pſalmum idem Lorinus paucioribus eadem fere complexus eſt dicens. *fundaſſe autem, ſeu ſtabiliſſe, & confirmaſſe dicitur Sionem Ciuitatem, Ecleſiam, Matrem ſuam Mariam.* fundauit igitur excelſus Mariam Matrem ſuam ea arte, eo originalis iuſtitiæ lapide in fundamentis eius demiſſo, quo eandem, ne ad liquidum cum terra, & vniuerſis habitatoribus eius deflueret in ſuperiorib. confirmatam fuiſſe oſtendimus. porro quod Profetã in principio Pſalmi fundamenta huius ciuitatis, quam fundauit Altiſſimus, in montibus Sanctis fuiſſe affirmat, vtique ſignificat, ciuitatem iſtam in montibus Sanctis eſſe poſitum, hoc eſt in vtraque ſanctitate gratia nempe, & iuſtitia originali fuiſſe fundatam; quare idem eſt in montibus Sanctis, ac in montib. Sanctitatis; dicitur autem in montib. Sanctis in plurali ad differentiam illius alterius ciuitatis, de qua ſcribitur Mat. 5. *non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, hoc eſt,* exponit S. Auguſt. l. 1. de Ser. Domini in monte c. 6. *fundata ſupra inſignem, magnamque iuſtitiam*; ergo etiam quod dicitur fundamenta eius in montib. Sanctis recte exponitur in montibus Sanctitatis; & quidem nõ vnius Sanctitatis, ſed plurium, gratiæ ſcilicet & iuſtitiæ, ſeu innocentiæ: hęc enim baſis eſt, & fundamentum ideſt ſtabilimentum huiuſmodi ciuitatis; ſicut gratia eſt baſis, & ſtabilimentum iſtius ciuitatis: & iſtius profecto, gratia ſolum; illius verò gratia, & originalis iuſtitia ſimul ideo hęc in montibus illa in monte poſita, ſeu ſtabilita eſſe aſſeritur illa ciuitas eſt Eccleſia in ſuis membris inſigniorib. cuiuſmodi fuere Apoſtoli, Martires inſignes Pontifices, & Confeſſores; qui licet ſuper magnam, inſignemque Sanctitatis gratiam poſiti fuerint; nilominus originalis iuſtitiæ donum, ac firmitatem non habuerunt: ſola hęc ciuitas Maria habuit, quæ vtriuſque montis, & Sanctitatis, gratiæ nimi-

Lorin. Pſ.

Lorin.

Mat.

S. Aug.

nimirum, & originalis iuſtitiæ ſtabilitatē ex ſpeciali priuilegiò habere potuit: vnde & mons præparatus in vertice montium ab alio

Iſa.2. Profeta nuncupatur; *& erit*, inquit, *præparatus mons Domus Domini in vertice montium*. Iam quod montis nomine hoc loco Beata Virgo congrue intelligatur tam

S. Gre. perſpicuè expreſſit S.Grego. Papa vt nullus relinquatur ambigendi locus; *huius montis* ſic ille Hom.in 1.reg.c.1.ſcribit, *præcellentiſſimam dignitatem Iſaias vaticinans ait; & erit in nouiſſimis præparatus mons domus Domini in vertice montium* vnde non mons ſimpliciter, ſed mons Domus Domini *monte della caſa di Dio* in quo S. Deus in habitauit, *nam ſicut mons*, ſubdit S. Doctor, *altitudinem: ita domus deſignat habitationem*; duo autem potiſſimum de hoc monte mihi conſideranda occurrunt, ex quibus princeps vnū altero efficacius argumentum ad immaculatam Virginis conceptionem comprobandam exuit. Primum eſt montem iſtum a Profeta præparatum nuncupari; quòd te-

Lorin. ſte Lorino vti ſup ſtabilitum, & confirmatum vertitur immo pręparatum non modo ſtabilitum, ſed ſimul etiam creatam importat: ſic Deus montem iſtum condidit, & condendo ſimul præparauit, ſeu confirmarit: & ſic præparauit, & confirmauit, vt ſimul condiderit, fuit autem ſtabilitus in vertice montium: montium inquam plurium, non vnius: neque enim fuit vna gratia in Maria, ſed duplex, altera perſonam ſanctificans, altera ſanans naturam, & vtraque ſane ab ipſo conceptionis exordio: quippe eo inſtanti, quo creata, ſimul per angularem originalis iuſtitiæ lapidem fuit confirmata, quæ vtique originalis iuſtitia fuit ſingularis, & ſpeciali ſcilicet dono ſuper alios montis: ideo in vertice montium: vnde eodem modo hic ab Iſaia Maria *mons præparatus in vertice montium vocat.* quo Chri-

ſtus a Dauide Pſ.71. *Firmamentum* *Pſ.* *in ſummis montium nuncupatur* & de priori argumento hactenus. Ingreditur nunc poſterius, quod mire conceptionis encomium augetur: intentos vos volo: an nō mons collem altitudine ſuperat? maxime verò: cur igitur, reſpondeatis amabo, mons, qui iam in vertice montium poſitus, ac pręparatus deſcribitur poſt modum ſuper colles eleuandus perhibitur: *& eleuabitur ſuper colles*: ſi dictum eſſet, *mons in vertice collium*, ac ſubinde *ſuper montes eleuabitur*: res optime cōuenit. ſed prius dicere *in vertice montium*: poſt vero *ſuper colles eleuabitur* aperta videtur eſſe repugnantia: Attigit profecto punctum dif-

ficultatis S. Hieronimus hic, ſed *S.Hier.* inſolutum reliquit: *qui* inquit, *in capitib. montium oſtenſus eſt, & paratus iſte ſuper colles eleuabitur* quaſi dicat: ille (interpretatur autem de Chriſto) qui montium capita altitudine ſuperare cernitur iſte ele-

uabitur ſuper colles. Procopius pa *Procop.* riter: ac Pintus cum Hieronimo *Pintus.* de Chriſto vaticinium interpre-

rantes difficultatem potius grauiorem reddunt: quam explicatam faciant: *Poteris*, inquit Pintus, *per montes eos ſanctos intelligere, qui fuerunt eccellentiori virtute, ac ſapientia præditi: per colles eos, qui ad tantam ſanctitatis altitudinem non peruenerunt* ſic ille nondum explicans, ſed ſtrictius annodans: etenim certo certius eſt, eum, aut eam (de Chriſto enim illi cum Hieronimo, de Maria nos cum Gregorio) certo, inquam certius eſt minores ſanctos virtute, ac dignitate ſuperare, qui ſic que maiores longe antecellit: quid igitur? dicemus fortaſſe montium nomine Angelos, collium homines eſſe intelligẽdos, non placet expoſitio, quam de Angelis, dimidiate attingit Sanct. Grego. vbi ſupra: ſed adhuc nodus manet inſolutus: quippe dubio procul hominibus ſuperior erit, quę Angelis ſuperiore prędicatur. Hugo Cardinalis tractans, illud Pſ. 71. *ſuſcipient montes pacem, & colles iuſtitiam* montes contemplatiuos, colles actiuos interpretatus eſt ſic fatus: *montes alti, & cęlo propinqui ſunt contemplatiui colles uero, qui paulo altiores ſunt campis, ſunt actiui.* hęc pariter probatur nam contemplatiui montis in habitare conſueuerunt: vt Anachoritę: inter quos fuit Io. Babtiſta in vtero matris ſanctificatus, & montes licet colles altitudine ſuperent: contra tamen colles amenitate, & fęcunditate montes eccedunt: vnde montes áſperi, colles amęni comuniter vocari conſueuerunt: idẽ

Hugo. Pſ.

etiam Hugo montes princi pes, colles milites vaſallos expoſuit: alij apud Lorinum ibidem montes ſuperiores, colles ſubditos intellexerunt: ſit igitur ſenſus, eam, quę contemplatiuos. Principes, ac Pręlatos ſuperat: poſtmodum ſuper actiuos etiam, vaſallos, & ſubditos eſſe eleuandam: ſed quamquam non incongruit, vt montes, & colles Pſalmiſtę eis modis intelligamus: nilominus ſi montes, & colles Iſaię ſic interpretari voluerimus etſi fortaſſis non erit contraria ſcripturę intelligentia, adhuc tamen nondum non eſtringemus, ſiquidem contemplatiui qui contemplata alijs traducent ac prę lati in ſtatu eminentiori exiſtant, quam aut ſimplices actiui, aut ſubditi, vti ex doctrina Beati Tho. 2. 2. q. 184. a. 7. & q. 188 a. 6. colligere libet dicam iam itaque ipſe quoque ſi concedatis, quod ſentio Iſaias ſub hoc verbum, obſcuritate, originalem Marię innocentiam ab inſtanti conceptionis, ac ad vlteriorem gratiã in vita elegãtiorem mihi inſinuare viſus eſt: duplex itaque celſitudo hoc loco nobis in Maria a Propheta conſideranda obijcitur altera, & prior originalis iuſtitię, quę reſpicit naturam ſecundum quam pręparata in vertice montium aſſeritur: vt indigetur eam ſolummodo in alia innocentię celſitudine eſſe pręparatam, & ſtabilitam; ad quã ne ipſi quidem altiores montes Apoſtoli videlicet: ac Sancti inſigniores, ne ipſe vnus S. Io. Babtiſta, peruenire

Lorin.

S. Tho.

merue-

meruerunt: Altera, & poſterior eſt altitudo, quæ reſpicit perſonam; quæ etiam congrue eleuationis voce explicatur cum dicitur *& eleuabitur* quaſi dicat: illa, quæ per originalem iuſtitiam ſic ab initio præparam, ne ſtabilita fuit, vt excelſa ſuper capita montium appareat: adhuc ab ea altitudine poſtmodum ſuper colles per vberiora grariæ dona eleuabitur diſtingue igitur tempora, & dona, & apparentem repugnantiam conciliabis; per donum originalis iuſtitiæ ab inſtanti conceptionis Mariæ ſuper oẽs Sanctos, & Angelos excelſa fuit oſtenſa: in ſucceſſu vero temporis etiam per donum gratiæ ſuper eoſdem Angelos, & Sanctos fuit eleuata; idem itaque hoc loco ſonat *mons præparatus in vertice montium* ac alio *ſolium excelſum*; & idem *ſolium eleuatum*, ac *mons ſuper colles eleuatus*. duplex enim hic celſitudinis gradus in Maria conſideratur vt prius excelſa, deinde eleuata dicatur atq; adeo mõs præparatus in vertice montiũ ſuperq; colles eleuatus; mons, quẽ homines ad inhabitandum concupiuit, ideo non ſimpliciter mons ſed mons Domus Domini, de quo illud pariter Pſalmiſte, accipi poteſt; *mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo*, ſeu vt ex hebrço legit Lorinus *mons quem deſiderauit Dominus* ſeu vt vertit apud eundem Hieronimus; *mons, quem dilexit Dominus, vt habitaret in eo*; verè enim talis fuit Maria obuius innocentiæ; ac Sanctitatis celſitudinem; vt ipſe Deus cœli eius amore ad habitandum & accenſus fuerit, vt ſuper omnia ad inhabitandum dilexerit, deſiderarit; neque fuit amor, aut deſiderium otioſum; *etenim*, vt mox per Profetam ſubditur, *Dominus habitabit in finem* ſeu ex Hieronimo, *ſemper*; quippe Chriſtus ſemper ideſt a principio vſque ad finem fuit, & habitauit cum Maria; & Maria a principio ſui ortus in vtero vſque in finem fuit, & habitauit cum Chriſto. Pulcre autem Iſaias vtrumque ſimul præſagiendo coniunxit, *& erit præparatus mons in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles*. quaſi enim neceſſaria illatione ab vna celſitudine, ortus nimirum, & conceptionis altera videlicet vitæ perfectæ infertur; Doctrina eſt Beati Tho. 3. p. q. 33. a. 2. ad. 2. aliorumque fere comunis, *quantitatem corporis, quam habet cum ei primo anima infunditur proportionari quantitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet, intantum vt corpora maiorum Dominum maiorem quantitatem habeant in prima animatione.* ſic S. Tho. de quantitate corporis; licet verò idem non ſignatur ſemper in quantitate virtutis, ac Sanctitatis; plerunque tamen ita euenire experientia in multis agnoſcimus; Deus enim cum ſuis Sanctis maximæ inſigniorib. proportionaliter ſic agere conſueuit ita vt qui inſigniores futuri ſint in vita celebriores pariter ſint in generatione, & ortu; quidem S. Io. Babtiſtam de quo dicitur *iſte puer magnus*

Pſ. 67. Lori. Hier.

S. Tho.

Huic. *gnus erit coram domino*, Luc. 1. magnus eſſe incipit in vtero; in quo fuit Sanctificatus, & vtique ex illa Sanctificatione in vtero colligere libuit, quantus, & qualis futurus eſſet extra vterum: deficiet autem me tempus, ſi de Ambroſio, Nicolao, Dominico Carolo, & alijs innumeris dicere voluero; in quorũ natalitijs, aut in cunabulis futurę Sãctitatis pręclara ſpecimina præceſſerunt; rectiſſime itaque Iſaias ex celſitudine ac quantitate conceptus Mariam; quanta futura, eſſe vitæ, eleuatio præſagire potuit, & dicere, *& erit præparatus mons Domus Domini in vertice montium.* ac ſubinde ex eo principio deducere, *& eleuabitur ſuper colles*; perinde enim fuit ac diceret; ille mons, qui in ingreſſu per conceptionem erit excelſus ſupra capita montium, in progreſſu per vitam, & egreſſu per mortem eleuatus erit ſuper omnes colles.

Maria Virgo ſuper Libanum candida.

Proponitur alius ad Virginis Encomium celebrandum locus ſuper extolletur ſuper Libanum fructus eius Pſal. 71. Cap. 6.

Quam magnum Eccleſiæ fructum Chriſtus attulerit; Sect. 1.

NVlli fidelium dubium eſſe opinor, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non ſibi ſoli firmatum eſſe, ſed potiùs humanę generi, etenim vniuerſus fructus vitæ paſſionis, & reſurrectionis eius noſtra iuſtitia eſt. Teſtatus eſt autem Dauid tantum, ac talem fructum ex hoc firmamento Eccleſiæ Sancto prouenturum, vt ſuper Libanum foret euehendus. *Et erit*, inquit, *firmamentum in terra in ſummis montium, ſuper extolletur ſuper Libanum fructus eius &c.* quid igitur hoc firmamentum in ſummis montium poſitum, tàm mirè fructificans? quis fructus tam in ſublimi exaltatus, vt montis Libani celſitudinem tranſcendat, & qualiter exortus fuerit, operè pretium fuerit paulò diligentiùs perſcrutari, ad ſit autem Beata Virgo, ſuumque nobis auxilium porrigat, vt dignum aliquid ex hoc loco ad ſuæ Conceptionis excellentiam magnificandam excerpere valeamus.

Principio ſcire oportet, in pleriſque alijs Codigibus pro firmamento habere frumentum: vndè & Sanctus Hieronimus tranſlulit, *& erit memorabile triticum*, atque hinc factum eſt, vt expoſitores quidam locum de præcelſo Eucharistiæ Sacramento: quod & in pane triticeo conficitur; & vberrimum in Eccleſia fructum iuſtitię, & ſanctitatis producit, interpretandi occaſionem nacti ſint quorum longam perhiferiam adducit Lorinus hic verum eniin verò quid quid ſit de expoſitione iſta, quæ non multum arridet. Bellarmino; communis noſtrorum inter pre-

S. Hier. hic.

Lorin.

Bellar.

pretatio eſt, de prædicatione verbi Dei: poſt Chriſti reſurrectionem, haberi ſermonem: quod ſanè verbum Dei, (vt in dies quotidie apparet) & multiplicem fructum habet: & panis, ac frumenti in ſcripturis Sanctis ſibi nomen aſciſcit ſic præfatus Bellarminus non nihil & Beatus Auguſtinus, & quam plures alij, qui hoc loco in prefatis verbis abundantiam prædicationis, & multiplicem eius fructum ſignificari arbitrantur; & hæ quidem expoſitiones congruæ ſunt: fortaſſis verò aliam etiam ad Beatæ Virginis laudes extollendas congruentiorē detegere, ac deriuare grauis laboris non erit. Supponamus verò cum communi expoſitorũ aſſenſu, vaticinium iſtud de Chriſto, eius aduentu, Natiuitate, fructu, &c. à Dauide fuiſſe prolatum: ipſe eſt enim, quem adorauerē Caldei: cui Magi ex Oriente munera detulerē &c. pulchrè autem Propheta firmamentum appellat Chriſtum, dicens, *& erit firmamentum in terra*: hoc eſt in Eccleſia poſitum, ac in ſummis montium collocatum, pulchrè inquàm vocat Chriſtum firmamentum, terræ, ſumpta ſimilitudine a firmamento Celi: vti pluribus demonſtrare geſtit Sanctus Bonauentura Tom. 7. opus: prime 4. de Eccleſijs: Hierarchia c. 6 cuius duæ potiſſimum proprietates aſſignare poſſunt: altera vt firmamentum alijs ſupereminéat: altera, vt fructus terræ cauſa exiſtat, quæ duo hic figuratiuè de Chriſto tanguntur quippè aſſeritur, eſſe in ſummis montiũ, mox verò fructum ſublimem, & abundantem, allaturum ſubiungitur: quod ſi vice firmamenti frumentum accipiatur: itidem Chriſtus concinnè formentum terræ appellatur: ipſe enim fuit granum frumenti in terra ſeminatum, & mortificatum, vt tam multiplicem fructum poſſet afferre, dicente ipſo de ſe ipſo teſte D. Auguſt. trac. 51. in Io. *niſi granum frumenti cadens in terra mortuo fuerit ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert*; tunc autem præcipuè in ſummis montium ſeminatum fuit, quandò ſuper Caluariam fuit in Cruce exaltatum, ex qua exaltatione fructus vberrimus tote fluxit Eccleſię. Quod ipſe quidem prænuntiauerat, quando dixit, Io. 12. *cum exaltatus fuere a terra omnia traham ad me ipſum* rectè itaque frumentum fructificans cenſetur, quoniam maximum iuſtitiæ fructum Eccleſię conſulit: ſiuè igitur Chriſtus frumentum, ſiue firmamentum eſſe dicatur, vberrimus vtique fructus eius in Eccleſia eſſe perhibetur.

S. Aug. hic. Bellar. S. Bon. Aug. Io. 12.

Quod fructus iſte ſit innocentia originalis Mariæ a Chriſto collata.

Sect. 2

SVper eſt iam verò, vt quis, aut qualis iſtius firmamenti fructus tam ſublimis exiſtat, requiramus. Porrò S. Aug. ait eſſe Charitatem, quę omnium donorum Dei

Aug. hic.

Dei eminentiſſima Apoſtólico ore prædicatur. Alij non ſolum Charitatem, ſed, & alias virtutes ſub hoc fructu comprehendi arbi-
S. Bon. hic. tratur Sanctus Bonauentura vno verbo fructum innocentiam explicauit: notandum verò, ſiuè charitas, ſiuè innocentia, ſiuè alia quęuis virtus, fructus nomine, hoc loco accipiatur: cum hę virtutes ſingularium ſint, aliquam pari formitèr in Eccleſia perſonam eſſe collocandam, in qua fructus iſte tàm magnus, tàm ſublimis, reſplendeat, quemnam autem hominum mihi facilè reperias, in quo tanta virtus iuſtitię, puritatis, ac innocentię vnquàm eluxerit, vt ſua puritate ipſum candorem ſuperarit, ſic enim interpretatur libanus,
S. Aug. teſte D. Hieronimo, Auguſtino, &
S. Hier. S. Bonauentura ſanè quidèm can-
S. Bon. hic. didatio nullam ſecùm, vèl minimam partitur maculam, ſicut nec lux aliquam tenebram: quippè in eo candor à candido, & lux à lucido diſterminat, quod candidum, & lucidũ aliquid maculę & tenebrę ſicut cõtrà, tenebroſum & maloſũ aliquid lucis, & candoris ſecum mutuò compatiuntur: cãdor verò, & lux nihil tale admittunt iuxta illud Apoſt. *Quæ ſocietàs luci ad tenebras?* Notanda inſuper eſt
Corint. 6. vis, ac ſeries verborum, licèt enim fortaſsè ad huius fructus eminentiam exprimendam plus ſatis eſſe potuiſſet, ſi ſemel dictum eſſet, *& extolletur ſuper libanum fructus eius*, nilominùs non ſemel, quin potiùs bis repetitum fuit: *ſuper extolletur ſuper*; vt quanta huiuſce fructus excellentia ſit, efficaciùs exponeretur: quippè, qui ipſi candori, ſeù candidationi tantùm ſupereminet & quidem ſi rigorosè veritatem verborum inquirere velimus, nullum inter Sanctos ab Adam ad hæc (vt iterum repetam) vſque tempora facilè reperiemus, qui eò vſque in iuſtitia, charitate, & innocentia, prouectus ſit, vt ad ipſam candidationem acceſſerit, nedum eamdem ſupergreſſus fuerit; cum ergo habeamus & fructum eius frumenti, ſiuè firmamenti, ſcilicet iuſtitiam, ſiuè innocentiam, & nulli hominum tanta iuſtitia, & innocentia congruat, aut congruere poſſit, quantam hic à Propheta in Eccleſia per merita Chriſti futuram fuiſſe aſſeritur: relinquitur vt vel de Virgine vel de Eccleſia ratione eiuſdem Beatę Virginis prędictum vaticinium veriſſime intelligi poſſit: tantam enim Filius ſuus innocentiam illi contulit, vt verè ſuper ipſam candidationem extiterit, atque ità ſanè congruum fuit, argumento eorum, quę S. Tho. 3. p. q. 27. a. 5. S. Tho.
ſcripta reliquit, vt quę proximior eſſet, vberiorem inde, & excellentiorem fructum iuſtitię, & innocentiæ acciperet: nàm, vt benè Sanctus Bonauentura indicato lo S. Bon.
co ait: *firmamentum illud inflammat, cui per contactum appropinquat*; vndè de ipſa in Canticis, dicitur: Cant. 2.
& fructus eius dulcis gutturi meo, neque enim factum eſt cum Maria, ſicut cum Eua, iſti enim fructus

terræ, ſcilicet pomum amarum, immò amariſſimum fuit; illi verò fructus Chriſti, ſcilicet iuſtitia, vndè quaque dulcedinem abſque vlla amaritudine innexit, ex huius igitur Pſalmi ſententia habemus, Beatam Virginem per virtutem firmamenti terræ, ſcilicet filij ſui, adeò in innocentia, & iuſtitia fuiſſe priuilegiatam, vt eius innocentia ſuper candorem, & innocentiam ipſam extiterit, ac ſubinde nil vnquam de macula adiunctum habuerit. Propterea vno verbo (vt ſuperius diximus) S. Ben. fructum innocentiam explicauit. Et quidem conuenienter, fructus enim quem Mundo attulit Chriſtus, ille eſt, quem eidem a principio abſtulit Diabolus, vnde cantat Eccleſia, *fructus arboris ſeduxit*
In offi. S.Cruc. *nos, filius Dei redemit nos: per lignum ſerui facti ſumus, & per Sanctā crucē ſaluati ſumus.* Lignum Crucis eſt arbor illa ex qua Chriſtus nobis tantum, ac talem fructum attulit, vt illud iure dici poſſit, *ſuper extolletur ſuper Libanum fructus eius.* arbor illa cuius fructus ſeduxit nos,
Gen.2. fuit arbor in medio Paradiſi ſituata; vnde & arbor altera, cuius fructus redemit nos, in medio Paradiſi ſituanda erat, in medio, inquam, vteri Virginalis, qui fuit hortus deliciarum Dei, atque id eſt, quod ad cęleſtem, & immortalem ſponſum, ex Pſalmis Dauid, cantat Eccleſia, inquiens, *Deus autem Rex noſter in ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ. Pſ.*
Pſ.73. 73. ideſt operatus eſt ſalutem noſtram Rex ille noſter, qui eſt Deus in ſæcula, in medio vteri Virginalis vniuerſum in ea noſtræ redemptionis pretium conferens, ſecundum illud D. Bernardi, *Redemptu-* S. Bern.
rus Deus genus humanum vniuerſum prætium contulit in Mariam. vbi videre eſt miram ſeductionis, & redemptionis proportionem; fructus arboris hinc ſeduxit, inde redemit; lignum hinc ſeruos fecit, inde a ſeruitute liberauit, hinc Diaboli inuidia innocentiā homini in medio Paradiſi abſtulit, inde Chriſti gratia in medio terræ iuſtitiam, & innocentiam Eccleſiæ portauit. Vnde eſt illud eiuſdem Bernardi, Serm.2. Pentecoſtes, *tunc operabatur ſalutem in medio terræ, in vtero videlicet Virginali, qui mirabili proprietate medium terræ appellatur.* Porrò mirā hanc medij proprietatem, vnde metaphora ducta eſt, idem Bernardus ibidem explicare progrediens, talia ſubnectit; *Ad illam enim ſicut ad medium, ſicut ad Arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotia ſæculorum reſpiciunt, & quæ in Cęlo habitant, & quæ in Inferno, & quæ nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequētur, & nati eorum & qui naſcentur ab illis, illi qui ſunt in cęlo, vt reſtaurentur, qui in Inferno, vt eripiantur qui præceſſerunt, vt Profetæ fideles inueniantur, qui ſequuntur vt glorificentur* ſic Bernardus ex quibus patet Mariam eatenus dici medium, quatenus munere mediatricis fungens veluti alter lapis angularis ipſa eſt pax noſtra faciens vtra

que

que vnum atque ita mediatricem appellant Virginem multi ex.S. S. Patribus; in quibus S. Damaſcenus orat. 1. de dormit. Mariæ, qui præclare vna cum S. Bona. opuſculo inſcripto *laus Beatæ Virginis* numero. 6. in ea mirabili ſcala, quã vidit Iacob a terris ad cęlum pertingentem Gen. 28. Beatam Virginem miſtice figurari his verbis teſtatus eſt. *Parum abfuit, quin me Iacobi ſcala præteriret, quid enim an non cuiuis perſpicuum eſt, eam te præſignaſſe, ac figuraſſe, vt enim ille per extremas ſcalæ partes cælum cum terra copulatum vidit, eodem modo tu quoque mediatricis munere perfuncta deſcenſuſque Dei ſcala effecta ea, quæ inter ſe dirempta erant in vnum coegiſti.* ex quo factum eſſe opinor, vt Eccleſia Minorum in officio conceptionis verſiculum illum ad extollendas Virginis laudes glorioſe decantet: *ſcalam vidit Iacob, cuius cacumen cęlos tangebat*. Ne arbitremini autem, Chriſtum tunc ſolum operatum eſſe ſalutem in medio terræ, quando anno poſt mundum conditum quinquies Milleſimo Centeſimo Nonageſimo nono in Vterum Virginalem actu ingreſſus eſt, aut tunc ſolum redemptionem generis humani inchoaſſe quãdoquidem eo ipſo, quo Diabolus Mundum peccati vinculis ligare tentauit Chriſtus abſoluit; eo ipſo, quo Diabolus Serpentem miſit, vt venenum per aures mulieris in totam poſteritatem refunderet, Deus Angelum ad annunciandum ſalutis remedium deſtinauit; ſi enim vt ait Apoſtolus & Euang. Io. Apoc. 13. *Agnus occiſus eſt ab origine Mundi* vtique ab origine Mundi natus eſt, ac proinde ab oue Maria conceptus, & generatus, atque adeo etiam eidem ab Angelo annunciatus; annunciatus, inquam, per Angellum miſſum a Deo tunc, cum Serpens a Diabolo miſſus fuit ad Æuam. Conceptus eſt iſte Melliplui Bernardi eo Ser. 2. Pentecos. *Miſſus eſt*, inquit, *coluber tortuoſus a Diabolo, vt venenum per aures mulieris in ipſius mentem transfunderet, & ſic refunderet in totius poſteritatis originem*; ſed quid interim Deus: ne putetis eum dormire, aut dormitare: ſubdit continuo Bernardus *interim miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo, vt Verbum Patris per aurem Virginis in ventrem, ac mentem ipſius eructaret*. Preme verbum illud, interim, quo interim, eo vtique quo Diabolus miſit Serpentem ad Æuam; eo, inquam; Deus miſit Angelum ad Mariam ita vt non prius delictum, quam remedium, debitum, & venenum, quam medicina, & precium.

S.Dam. S.Bon. Gen. Apoc. S.Ber.

Maria Virgo ab omni malo cuſtodita.

Inducitur alius ad encomium Virginis decorandum locus Pſal. 120. Dominus cuſtodit te ab omni malo, Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuùm in ſæculo. Cap. 7.

NOn vtique tanta, ac talis fuiſſet Beatæ Virginis innocentia, quantam hucuſque fuiſſe commoſtrauimus, niſi Dominus eam ſempèr, ex quo intrauit in Mundum, & exiuit, ab omni malo cuſtodiſſet; cuſtodiuit autèm illam, ſicùt ſuprà etiàm tetigimus, ſingulari cuſtodia, portans, & quaſi ad manum deducens, ne in aliquod vnquàm peccatum, ſeù originale, ſeù actuale laberetur; huc quippè omnis diuinæ cuſtodiæ actus dirigebatur, vt nimirum eam nunquam, aut defluere, aut offendere, aut delinquere permitteretur: hinc rurſum Dauid huius Sacræ puellæ digniſſimus parens in Pſalmo centeſimo vigeſimo ſic eam affatus eſt: *Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam, per diem ſol non vret te, neque Luna per noctem, Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus, Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & vſque in ſæculum*, quibus verbis; ſingularem Dei erga Virginem cuſtodiam indicauit, ac ſi patentius dixiſſet, tantam Deus tui cuſtodiam habet, vt diù, noctuque animā tuam Introitum ad vitam, exitum ad mortem, &, vt vno verbo dicam, te totam ab omni malo ſempèr cuſtodiat, atque defendat: vbi illud notandum eſt, & ſi communiter expoſitores, haud quaquàm preſsè, & rigorosè verba, vt fortè neceſſarium eſt, interpretantes, hæc dicta de omnibus, ac ſingularis iuſtis auxilium ſuum a Domino expectantibus intelligi debere aſſeuerent, negari tamen non poſſe, quin rigoroſa, & prout verba ipſa ſonant, preſſa expoſitio, ſi haberi poteſt, verior exiſtat: qua proptèr ſtantes in propria loquendi forma, videamus, vtrum de quolibet iuſto iſthæc verè prædicari poſſint, nec nè: vt, cùm id inſpexerimus faciliùs perſonam aliquam, cui in rigore congruant, iuxtà regulam, ac doctrinam ſuperiùs ex Auguſtino allatam, reperimus. Porrò, quod ait, *Dominus cuſtodit te ab omni malo*, ſiuè loquamur de malo pœnę, ſiuè de malo culpæ, nulli hominum attribui poſſe, vèl indè perſpicuum eſt, quod omnes ſaltem in culpam originalem, quàm multa mala pœnę ſubſequuntur, prolabantur: itidem quod ſubdit, *Dominus cuſtodiat*, ſiuè vt in Hebręo legitur, *cuſtodiet introitum tuum, & exitum tuum*: eadem ratione de nullo quantumuis iuſto intelligi poteſt: accipiendo rigorosè introitum, & exitum, prout ſignificant ingreſſum in mundum

per conceptionem,ſeu generationem,& egreſſum per morté quam gloſſam clarè inſinuat Salomon
Sap. Sap.cap.7.vbi ait,vnum eſſe omnibus introitum ad vitam, & ſimilem exitum ideſt; ad mortem certum eſt enim omnes homines in hunc Mundum peccati originalis ſacculo oneratos intrare, quod ſubobſcure inſinuauit Apoſtolus
Rom. 5. inquiens ad Romanos *per vnum hominem peccatum intrauit in Mundum, & per peccatum mors, & ita mors in omnes homines pertranſit, in quo omnes peccauerunt;* peccatum itaque & mors mediante ſucceſſiua hominum propagatione, qua introeunt in vitam, & Mundum; ad omnes homines pertranſit; ſicut autem onerati culpa originali intrant, ſic plerunq; aliorum peccatorum ſarcina onuſti exeunt.

Suò Profectò varias, ac fere innumeras eſſe de acceptione introitus, & exitus expoſitiones,
Lori. quas quilibet pro placito in expoſitoribus, præſertim Lorino hic videre poterit; aptior tamen mihi ea videtur, quæ introitum, & exitum ingreſſum in Mundo per generationem, & egreſſum per mortem interpretatur quippe quæ alijs eiuſmodi ſcripturæ pluribus conformior exiſtit, vt ei nuper ex Paulo, & Salomone allatæ, & illi eiuſdem Domini apud Io.
Io. 16 *exiui a Patre, & veni in Mundum* quem locum plurimi de temporali nempe Chriſti generatione, qua in Mundum per humanæ generationis ſeriem venit interpretantur vnde & S. Griſoſtomus ſuper S. Griſ. hunc Pſalmum introitum, & exitum totum vitæ curſum a principio Conceptionis tanquam termino a quo vſque ad mortem tanquam terminum ad quem interpretatus eſt dicens: *in his* ideſt in introitu, & exitu, *vniuerſa* vita conſiſtit, quem ſenſum ibidem pariter expreſſit Hugo Cardinalis ac Hugo.
indicauit etiam Lorinus addens ad verſum illum Dominus cuſtodit te ab omni malo eam hic cuſtodiæ rationem, quæ generalis Lorin.
eſt ab omni malo culpæ, & pœnę, ſignificari; cum ergo nullus hominum ſit: cui tanta a Deo cuſtodia exhibita fuerit: vt totum vitę curſum ab omni malo culpæ, pœnęque culpę debitæ immunem tranſegerit, ac propterea nulli, quantumuis iuſto, ac Sancto rigoroſa verborum interpretatio ſub ea ratione congrue adaptari poſſit, reliquum eſt, vt & ſi de quorunque iuſto late preſſe tamen, & rigoroſe iuxta regulam alibi fuſius explicatam de Beata Virgine præfata Pſalmi verba intelligantur, vnde Minorum Eccleſia in officio Immaculatæ Conceptionis hoc vtens Teſtimonio (Antifona. 4. ad Laudes) *Dominus cuſtodit te ab omni malo*, addit *Maria* hæc enim vna ſemper ingrediens, & exiens ſub Dei cuſtodia ſic eſt immorata, vt ab omni malo originalis culpæ in introitu Côceptionem eius Immaculatam tangente, & actualis in exitu mortem denotante immunis fuerit quarè ſapientèr à

Pa-

Patribus Seraphicæ noſtræ religionis factum eſt, vt ad indicandam Immaculatam Virginis Conceptionem locus iſte transferretur: dum ergo ait Propheta *Dominus custodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam*; per manum dexteram poteſtatem rationis, ſeu portionem ſuperiorem intellige, eo ferè modo, quo alibi vberiùs explicamus tam mirè ergo Dominus portionem tuam Superiorem cuſtodit, & protegit o Maria vt inferiori nunquàm ſubijciatur, quo fit, vt neque ſol per diem, neque Luna per noctem vrat te; vſtio iſta eſt ſcandalum, inquit Sanctus Auguſtinus, ſenſus eſt ergo; cuſtodit te Dominus diù, noctuque à ſcandalis, hoc eſt à peccatis; quòd apertiùs innuit ſequentibus verbis, dicens: *Dominus cuſtodit te ab omni malo*, repetit autem multifariè *cuſtodit*, vt multiplicem, ac iugem Dei ergà Virginem cuſtodiam, oſtendat quæ incipiens ab introitu, videlicet à primo Conceptionis inſtanti, vſque ad exitum, hoc eſt ad vltimum vitæ terminum permanſit nulli ergò ſcādalo, nulli peccato obnoxia fuit Maria, quam Dominus introitu ad vitam & exitu ad mortem ſic cuſtodire dignatus eſt, vt neque originalis culpæ incendio, neque actualis peccati flammis ſiue per diem, ſiue per noctem curetur;

S. *Aug.*

Maria Virgo Hieruſalem à Deo miro modo ædificanda.

Exæquatur alius ad Virginis Encomium magnificandum locus Ædificans Hieruſalem Dominus diſperſiones Iſraelis congregabit. Pſal. 146. Cap. 8.

Quid nomine Hieruſalem à Deo ædificandæ hoc loco intelligatur; Sect. 1.

SIc igitur Dominus Mariam ab omni malo in introitu, & exitu cuſtodiuit, vt dignam ſibi domum ad inhabitandum conſacraret; cum enim, vt colligitur ex 2. Reg. 2. in hoc Mundo cum Hebreis populo ſibi accepto in domo aliqua conuerſari, vellet non eſt paſſus, eam ſibi à Dauide, quantùm libèt inueniſſet eum ſecundum cor ſuum, ſcilicet in lege ſua ambulantem, propter quoddam ipſius peccatum, ædificari; vndè locutus eſt ad eum per os. Natam dicens: *Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum*, vbi mirè, de more, Sanctus Hieronimus quem ſequuntur Gloſſa, & Hugo *Non poteris mihi*, inquit, *domum ædificare, quia vir ſanguinum es*; aduingit Rupert. eo loco rem ſanè notatu dignam, in perſona .ſ. Dauidis omnes ſimul Sanctos fuiſſe expreſſos, quos, quia ſemèl aliquandò, vèl originali culpæ fuerè obno-

2. *Reg.*

In quest. Heb. Gloſſa. Hugo. Ibidem Rup.

obnoxij, licèt poſtea, ſicut & ipſe Dauid, Sanctificari, non potuiſſe, conſtat ędificare domum nomini Domini, quin etiam eo amplius præfatus Doctor hanc miſeram Adæ, & Euæ prolis conditionem eſſe aduertit, vt videlicet, quia in peccato naſcuntur, domum Deo ædificare minimè poſſint, id quod ex illis eiuſdem Dauidis verbis ad Deum, eodem capitè, ſcriptis ſubtiliter, & ingenioſè deducit; *hæc eſt enim lex Adam Domine Deus*; quibus verbis, iuxtam Ruperti expoſitionem, indicare voluit, nullum hominum eſſe, qui dignam Deo domum ædificare poſſe inueniatur; & hoc quidèm ex communi illa Adæ lege. ſecundũ quã vt etiam ait Angelicus ad 1. Cor. 15. omnes natura filij irę, & in peccatis naſcũtur contingit: ego autem aliud libenter adiungã, quod ex ipſa ſeriè ſcripturæ deduci poſſe, opinor; nempe de originali culpa verba illa, *hæc eſt enim lex Adam Domine Deus*, in perſona Dauidis, ac ceterorum eſſe intelligenda; id enim præterquam indicant San Tho. ex Rupertus; ipſamet ſcriptura inſinuat; nam quantum quidem ad adulterium, & homicidium a Dauide patratum ſpectat quorum introitu Deus Dauidem ſibi domum ædificare noluit, vt inſinuauit S. Hieronimus, & Rupertus; conſtat ex ſerie, & ordine ſcripturæ nondum ea fuiſſe a Dauide perpetrata; quando Dominus per os Nathan talia intimauit; nam poſt hanc Domini loquutionem, quæ ſeptimo capite facta fuiſſe narratur ſubſequuta eſt narratio comiſſorum delictorum c. 11. neq; facile dici poteſt inuerſum eſſe ordinem hiſtoriæ, aut narrationis factutam; cum præcipue Toſtatus ſtatim in principio capitis. 11. q. 1. ordinem nullatenus mutatum eſſe ex ipſis ſcripturæ verbis oſtendat, vbi dicit. *factum eſt autem vertente anno*, & cęt. quaſi dicat redeunte anno facta ſunt; quæ narrantur; ergo toto illo tempore antecedenti Dauid ab huiuſmodi, & alijs criminibus ſe immunem diuina protegente gratia ſeruauerat; quod clare idem Toſtatus affirmat: quomodo ergo intuictu delictorum nondum comiſſorum Dauid tanto beneficio priuandus fuerat, & ſi quidem Deus domum ſibi a nemine, pro eo, quod ſecundum legem Adæ in peccatis concipitur, aut ſi ab ipſo Dauid iuſto, & ſine crimine exiſtente, pro eo, quod paulo poſt ſe contaminaturus erat: talem domum ad ſpecialiter, inhabitandum ædificari minimè eſt paſſus, quanto minus domum illam, in qua modo ſingulari inhabitare dignatus eſt, aliquando ſub peccato etiam originali ex Adæ lege manante vel minimo temporis ſpacio ſubſiſtere, paſſuram fuiſſe exiſtimandum eſt. Nullus itaque hominum dignus a Deo reputabitur qui ſibi ad ſpecialiter inhabitandum in domum eligatur niſi ea, quæ ex ſpeciali prærogatiua omni iniquitate originali, & actuali caruerit,

S.Tho. .Tho. Rup. S. Hier. Rup. vbi ſup Toſtat.

fuerit, eadem quippe ratio in hac re vtrobique percurrit, quia enim nullus ex lege Adę talis inuenitur, idcirco neminem in ſe ipſo dignam Deo Domum ædificare poſſe iure meritò ſacra teſtantur eloquia: quid ergo? Dominus enim per omnem modum cum hominibus conuerſari decreuit: & iam non amplius eo modo, quo cum Hebræis: verum longè excellentiori, neque enim ab eo tempore, & die, quo primus homo peccauit, Deus firmam, & ſtabilem domũ, in qua perpetuò inhabitaret, habuit, ſed ambulabat in tabernaculis, & tentorijs filiorum Adæ, nulli vnquam loquens, ac dicens, vt ſibi domum ædificandam curaret. Cęterum locutus eſt tandem Dauid, dicens: *fil us tuus, qui egredietur de vtero tuo, ipſe ædificabit mihi domum* &c. iſte autem fuit Salomon Rex pacificus, & omni ſapientia ornatus, qui licet, & ipſe peccator fuerit, neque ab illa Adæ lege exemptus abijt quia tamen typpũ Chriſti geſſit ab eo, & non ab alio domum illam ſibi ædificari voluit: & ſi mihi objicias, Dauidem ſimiliter Chriſtum præſignaſſe, ipſe tibi ſubiungam aliter Dauidem, aliter Salomonem Chriſti figuram geſſiſſe: & Salomon quidem ſapientis, & pacifici, qualem præcipue eſſe decebat qui talem domum, in qua ſpeciali modo Deus inhabitare diſponebat, edificare debebat ſicuti etiam ſingulari modo per realem ſcilicet ſui præſentiam in Virginem inhabitatio acuerat: neque aliquod inconueniens fuit, Chriſtum diuerſis perſonis diuerſis ex cauſis præſignari, vt optime notauit S. Bernardus Hom. 2. ſuper *miſſus eſt*. Itaque vbi de eiuſmodi domo ædificanda agitur talis perſona eligitur quæ originali culpæ ex lege Adæ mananti obnoxia non exiſtat S. B. cuius typum geſſit Salomon ſapiens quia ſapiẽtie eſt cauere peccatum ſicut pęnitentiæ illud abolere ſed de hiſtoriæ ſerie iam hactenus. Nobis nunc hiſtoriæ ſeriem dignoſcentibus quæ in ea latent miſteria conſiderare incumbit Salomon filius dauid, qui ex ordine diuiuæ prouidentiæ domum Deo ædificare debuit, in figura eſt Chriſtus Ieſus (res eſt manifeſtior, quam vt probatione egeat) qui ſolus cęleſti ſapientia preditus, ac inter homines à lege Adæ exemptus, omnibuſque prorſus diuinæ ſapientiæ, & ſcientiæ theſauris cumulatus dignam ſibi ipſi, domum ad inhabitandum ædificare valuit: ac tantis, talibuſque donis ornare, vt verè digna eſſet, in qua ipſa Dei ſapiẽtia Chriſtus Ieſus in mundum veniens fideliter inhabitaret, & enim, quia, vt ex dictis manifeſtum eſt, ipſa quoque domus ab omni prorſus labe peccati immunis eſſe debuit; id circo Deus, prętor ordinariam, ac conſuetam Adæ legem, & naturam mirum quid in eius ædificio operari decreuit, adornans, & implens eam omni gratia, & congregans, ac collocans in ea quid quid boni, meriti,

ti, virtutis, & gratiæ, in omnibus, ac ſingulis, alijs hominibus, dicam, & Angelis, vnquàm diſperſum fuit, quod cùm vidiſſet in Spiritu Dauid, cui multa diuinitus ſecreta ad Virginem attinentia reuelata eſſe minimè ambigimus: pręgaudij magnitudine in ſeipſo non capiens, exultans, & iubilans, Deoque de corde gratias agens, quod vni ex filijs, ſuis tantam gratiam conferre dignatus eſſet, vt dignum Dei habitaculum inueniretur. *Laudate*, inquit, conuerſus ad omnes Creaturas, *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus*: ac ſi diceret: Laudate ò Creaturæ, & benedicitè Dominum meum: verè enim dignè eſt Laudandus: bonumque eſt mihi, & omnibus; vt toto corde ipſum laudemus: *Deo noſtro*, ſubdit, *ſit iucunda, decoraque laudatio*: laudate, volebat dicere, laudate Dominum, ità vt laus veſtra ſit illi decora, & iucunda papæ, cur tot, tantaque o Dauid, nunc laudum præconia? vt quid tanta laus? tam magna benedictio? ò dilectiſſimi num quid non videtur vobis Deus tantoperè eſſe laudandus? conſiderate opus, attendite beneficium, quòd in vna filiarum mearum contulit, quid eſt? *Edificans Hieruſalem Dominus, diſperſiones Iſraelis congregabit*: hæc eſt cauſa noui Cantici, hæc tantarum cauſa benedictionum, ratiô gratiarum: quia ædificans Dominus Hieruſalem, videlicet ſibi, domum in terra, domum pacis, domum virtutibus refertam, quæcumque bona, quæcumque Sancta, quæcumque precioſa in vniuerſo Iſraele diſperſa ſunt, in ea congregabit verum enim nunc mihi verba B. Auguſtini tractantis illud eiuſdem Dauid Pſalmi centeſimi vigeſimi primi: *Hieruſalem, quæ ædificatur vt Ciuitas*, vſurpare, libeat ac dicere, *quando dicebat iſta Dauid, perfecta erat illa Ciuitas, non ædificabatur neſcio quam ergo Ciuitatem dicit, quæ modo ædificatur idest neſcio dixerim ego quam ciuitatem dicit, quæ ſupereſto ædificandu, & quidem tam precioſe*, & abundanter, vt in eius ędificio diſperſiones Iſraelis Dominum congregaturum aſſeueret. S. Aug. Pſ 121. Noui vtique variam hic eſſe interpretatum expoſitionem, quid videlicet per Hieruſalem, quam Propheta aſſerit ędificandam, intelligatur; ſunt quide patria cęleſti Paradiſi, quę continuè Hieruſalem appellatur, quam quotidie Dominus illuc homines deducendo, ac eius damna reparando, mirè ędificat, pręfata verba accipienda eſſe opinentur: ſic S.S. Auguſtinis, & Hilarius. Auguſ. Hilar.

At verò Sancti Chriſoſt. Hieronimus, & Theodoretus de ipſa Ciuitate Hieroſolima, quam, poſt euerſionem, Dauid in Spiritu iterùm ędificandam fuiſſe præuidit, prophetiam accipiunt. Criſoſt. Hiero. Theo. Porrò Bellarminus, & alij non pauci, cum quibus & Beatus Bonauentura de Eccleſia militante, ad quam Dominus quotidie diſperſos, ſeu expulſos per peccatum perducit, interpretantur. Bellar. S. Bon.

Quod

Quod nomine Hieruſalem ædificandæ intelligatur B.V.M. in cuius ædifica tione Deus originalem iuſtitiam collocauit. Sect. 2.

QVamquam verò piæ probabiles, ac veriſimile præfatæ omnes expoſitiones ſint, non eſt tamen negare; quin nomine Hieruſalem, quam Dauid ædificandam prænuntiauit, intelligi poſſit, & reuera intelligatur Beata Virgo Maria, cum ipſa, loquente Dauid, adhuc eſſet ædificanda, ac ſæpæ ſæpius Hieruſalem, quod in ſcripturis Sanctis idem eſt, ac ciuitas Dei nuncupetur quare ſicut ſuperius ex multorum patrum teſtimonio nomine ciuitatis Dei, quã altiſſimus fundauit, Beatam Virginem congruentiſſime intelligi demonſtrauimus; ſic nomine Hieruſalem a Deo ædificandæ eandem Virginem glorioſam hic interpretari poſſe exiſtimamus; vnde & Lorinus comunem Patrum loquendi vſum ſequutus promiſcue vtriuſq; Pſalmi locum conuertit; hæc igitur ſacerrima Virgo rectiſſime Hieruſalem ab ipſomet Domino tanquam digna ſibi domus manibus proprijs ædificanda cenſetur quam in ſuper omnibus gratiarum donis, quæ hinc indè per totum Iſraelem omni tempore diſperſa fuerunt, adimplere, omniaque in ea ſimul, collocare, ita vt in ſola B. Virgine congregarit Deus innocentiam originalem noſtrorum protoparentum, puritatem Augelorum, gratiam omnium Dei electorum, &, vt verbo dicam, omnia dona gratioſa quæ in his omnibus ſub nomine Iſrael comprehenſis diſperſa ſunt.

Lori.

Maximè verò hic notandum eſt, has omnes gratias, vt textu probatur prophetico, fuiſſe colligendas, & in Maria collocandas in ipſo extructionis actu, id quippè importat dictio illa, *ædificans*, hoc eſt in ipſa ædificatione, quæ ædificatio tunc propriè fit, quando homo concipitur, & generatur, iuxtà illud Geneſi ſecundo, vbi de productione mulieris agitur, *tulit*, inquit *vnam de coſtis eius, & ædificauit eam in mulierẽ*, vt luce clarius Profeta, expreſſerit, quod ſub obſcurius ſupra per verbum fundauit, inſinuarat; quæ cum ita ſint quanta cognoſcamus fuerit in Conceptione Virgo benedicta cumulata gratiarum copia, donorum affluentia, vt in ipſo ſuæ conceptionis inſtanti ipſa ſola quæcumque in omnibus Sanctis, ac iuſtis Angelis, & hominibus ab initio Creaturæ diſperſa ſunt habuerit, & ſi non quidem intenſiue, ſaltem extenſiue, quemadmodum etiam ipſum verbum, diſperſionis, ſatis indicare videtur. Quòd enim in omnibus Dei electis, ſiuè Angelis, ſiuè hominibus a conſtitutione Mundi, ſiuè in ſtatu innocentiæ, ſiuè in ſtatu culpæ Deus & partes diſtribuerat, ſiuè diſperſerat, hoc in vna Virgine a primæuo ſuæ conſtitutionis, ſeu ædificationis, & conceptionis inſtanti ſimul collegit, & congrega-

nit; factumque proinde Eſt, vt eiuſdem actibus per totum vitæ curriculum accedentibus Diuina ſemper gratia copioſius abundaret, qua cooperante etiam intenſiuè omnium dona, & gratias, vt pium eſt credere, poſt modum ſuperaretur neque putandum eſt vacare miſterio, quod diſperſiones potius in abſtracto, quàm diſperſos in concreto Propheta Sanctus vocem adhibeat; quippe diſperſos reſpicit ſuppoſita, & Perſonas; diſperſiones verò operationes, Et gratias. ſecundum illud Apoſt 1. Cor. 12. *diuiſiones vero gratiarum ſunt*, & *diuiſiones operationum ſunt; omnia autem operatur idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult.* vt hinc non de congregandis Perſonis Et ædificio materiali, at qui de colligendis donis, & gratijs, & ædificio Spirituali Prophetæ Sermonem eſſe aduertas; nam idem ſpiritus, qui diuidit ſingulis dona, & gratias, prout vult, idem omnia, & ſingula in vnam Virginem, ab ipſo conſtitutionis initio, colligere, & coadunare voluit Verè Sancta Mater Eccleſia in perſona Virginis illa Eccleſiaſtici verba pronunciare valuit. *In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis*; verè Sanctus Bernardus Ser. 9. de paradis de ea accipere, & intelligere potuit, quod in libro ſapientiæ ſcriptum eſt: *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*: & aſſerere domum iſtam eſſe Beatam Virginē à Chriſto, qui eſt Sapientia Patris, ædificatam, ſibique in domum conſecratam, omniaque in ea gratiarum dona mirè fuiſſe exciſa; quarum quidem gratiarum prima dubio procul fuit carnis innocentia eidem Virgini in Conceptione tributa, vt enim per acutè notauit S Bonauentura Ser. 2. examer: ſeptem columnæ domus Sapientiæ ſunt illæ, quas enumerat Iacobus in epiſt. ſua c. 3. dicens: *quæ deſurſum ſapientia primum quidem pudica, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione*: quē locum ſic Sanctus Doctor ibidem ad longum interpretatus eſt: *prima columna, per quam ſtabilitur domus Sapientiæ eſt pudicitia in carne, ab hac autem ſequuntur aliæ*, nempè pax &c. eſt autem pax omnium motuum, affectionum, & paſſionum, quas originalis culpa ſecum portat, vt iam ſæpæ aſſertum eſt, amotio: Verè tandem omnes Sapientes, & Sancti, qui ſpeculati ſunt domum primam, quandò in principio a Deo fabricata fuit, & hanc, quam ſibi nouiſſimè ædificauit, prægaudio flere poſſunt, & vociferantes dicere. *Magna eſt gloria domus iſtius nouiſſimæ plus, quàm primæ*: qui enim conſiderarit attentè ſtatum Adæ, & ſtatum Virginis, & vtrumque ſimùl compararit, fatebitur vtique Sanctiorē fuiſſe, ac innocentiorem in primo conceptionis inſtanti B. Virginem, quàm Adam, & Eua, in ſtatu innocentiæ fuerint; vndè ſe obligatum agnoſcet ad laudandum Dominum,

Marginalia: 1. Cor. — Ecleſi. 24. — Bern. — Prouer. 9. — S. Bon. — Iacobi. — Aug. 2.

qui tantum ſibi tribuere dignatus eſt, vt vna de ſororib. ſuis ſibi ob naturam ſimilis ad tantam celſitudinem eueheretur: proſpicietque quanta ſit Dei Sapientia, qui ex vno Adæ peccato tantum vtique bonum Matri ſuę, ac toti humano generi inferre diſpoſuerat.

Maria Virgo nubes diei, eademque nubes leuis, & candida.

Declaratur alius ad Encomium Virginis prouehendum locus & eduxit eos in nube diei. Pſal. 77. Cap 9.

SAcræ minime grauantur hiſtoriæ Beatam ſemper Virginem Mariam pluribus, ac varijs appellare nominibus ad vnam, eamdemque rem nilominus, expreſſius ſignificandam ordinatis: itaque cùm hactenus nunc quidem ſolium, quandoque refugium, interdum Columna, nonnunquam iumentum, aliquandò domus, & ciuitas Dei appellata fuerit, hodie ex Pſalmo. 77. & ex Iſaia 19. teſtibus B. Ambroſio, & S. Hieronimo nubem vocari inuenio. Iſaias quidem ait. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem:* quæ verba exponens B. Ambroſius Ser. 5. in Pſalm. 118. & in exortatione ad Virgines de B. Virgine ait; nubem Mariam dixit, & iterum ad 2. c. Luc. *venit,* inquit, *& in nube,* loquens de Christo, *huiuſmodi incarnatus eſt ex Virgine, & benè nubem leuem dixit, quam terrena vitia non grauarent.* Pſalmiſta autem adiungit, nubem diei, dicens, *& deduxit eos in nube diei:* vbi Sanctus Hieronimus, *pulchrè,* inquit, *Propheta nubem diei appellat Virginem;* cur autem nubem diei? rationem dedit idem Sanctus mox adijciens: *hæc enim nubes non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce:* ex quibus verbis datur intelligi B. Virginem vocari nubem diei in ordine ad lucem, ſumpta ſimilitudine à die, qui ſemper in luce, nunquàm verò in tenebris exiſtit. Nos propterea ſequentes horum S. S. Patrum authoritates eorumdemque veſtigijs inhærentes, tametſi nouerimus, multas alias eſſe horum locorum expoſitiones; miſticè nihilominus per nubem leuem Iſaiæ, & nubem diei Dauidis Beatam Virginem Mariam intelligi arbitramur, vndè & S. Mater Eccleſia fortaſſe alludere volens viſioni, quam S. Io. Apocal. 14. vidit; *& vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis habētem in capite ſuo coronā auream,* alijs verbis, eodem verò ſenſu in officio paruo Beatæ Mariæ in aduentu nubem candidam eam appellat, dicens: *Ecce Dominus veniet ſuper nubem candidam.* cur autem dicta ſit nubes leuis, & nubes diei, & nubes candida paulò ſollicitius conſiderandum eſt: reor namque in his nullis conditionibus duo tangi, quæ mirè Immaculatam Virginis Conceptionem prędicat,

Iſa. S. Amb. S. Hier. Apoc.

cant, Et vt à priori noſtræ ſumamus orationis exordium, B. Ambroſius paucis verbis leuitatem ad vitiorum priuationem referendam his verbis indicauit; *benè nubem leuem dicit, quam terrena vitia non grauarent.*

Notandum propterea ad maiorem rei informationem; peccatum eſſe pondus aggrauans animam: ſic ſiquidem omnium oracula Prophetarum, & omnium teſtimonia ſcripturarum affirmant; & ipſe S. Amb. Sanctus Ambroſius lib. 1. de interpellatione; *quid aliud*, inquit, *eſt*, *peccatum, quam ſarcina huius Sæculi viatorem onerans?* & quantò quidem grauiora ſunt peccata, tantò grauius animæ pondus inuehunt, à quo onere Chriſtus nos liberare cupiens, *venite ad me, inquit, omnes, qui laboratis, & onerati eſtis &c.* ab Mat. 11. huius ergo oneris grauamine immunem prædicare, ſimulque oſtendere volens Propheta Beatam Mariam nubem leuem eam nuncupauit, videlicet ponderis totius peccatorũ exortem, & ſanè quidem, ſi Beata Virgo originali culpæ fuiſſet obnoxia, haud quaquam nubes leuis abſolutè cenſeri valeret; vbi autem lex vniuerſaliter, & abſque addito loquitur, vniuerſaliter itidem, & abſque addito accipienda eſt, verè ergo nubes leuis Maria, quæ ab inſtanti Conceptionis ſurſum ad Deum per originalis iuſtitiæ donum euecta eſt, ſed ad aliam nunc nubis conditionem rimandam, conuertamur.

Porrò Sanctus Hieronimus Virginem, propterea a Propheta nubem diei appellatam eſſe indigitauit; quia nimirum nunquam fuit in tenebris: tantum enim valet hoc loco, non, ac nunquàm; vndè benè à contrario ſubditur; *ſed ſemper in luce.*

Notauimus ſuperiùs ex ſententia D. Ioannis, eos, qui cum Deo ſe ſocietatem habere autumant, ac in tenebris ambulant, mentiri, ex quo à contrario ſenſu, eum, qui ambulat in luce, verè cũ Deo ſocietatem habere pulchrè colligi poſſe putamus, atque adeò catenus Virginem nubem diei, quæ quæ ſempèr in luce, & nunquam in tenebris extitit, cenſeri, quantum ſempèr cum Deo ſocietatem habuit: quid ſit verò perpetuam cum Deo ſocietatem habere, quoniam ſuprà plùs ſatis oſtenſum eſt, ſuperuacaneum credimus in præſentiarium amplius refricare.

Sed aduertendum apud D. Ioannem legi *ambulare*, non eſſe, hic verò potius eſſe, quàm ambulare: at hoc nihil forſan contrà nos eſt, immò pro nobis: verius enim utique ſocietatem cum Deo habere dicendus eſt, qui in luce perſiſtit, quàm qui ſimpliciter ambulat fortaſſe verò ad rem, quam prę manibus habemus, comprobandam, validiorem ex propoſito nobis themate, Philoſophia conſulta, libuerit deriuare ſignificationem ſuppoſito itaque nubis nomine, tàm apud Iſaiam, quàm apud Dauid, & Io. Beatam Virginem Mariam deſignari, ac protanto

nubem

nubẽ diei ab ipſo Dauid appellari, inquantum numquam fuit in tenebris: ſed ſemper in luce illud proclariori, ac firmiori rei declaratione aduerto, ſicut in materialibus omnis Creatura, ſi ſolem excipias, parum, aut nihil luminis habere inuenitur, quippè reliquæ ſuum totum quod participant lumen, ab ipſo ſole mutuantur vt ex philoſophia perſpicuum eſt, & nos ex inſtituto declaramus. 2. p. ſum philoſophiæ lib. 2. trac. 2. q. 6. n. 18. ſic in ſpiritualibus nihil prorſus ex ſe lucidum eſſe, luce gratiæ, & iuſtitiæ, ſi Deum, à quo omnia quid quid luminis habent, gratio ſe accipiunt, excipias

Adiungo itidem, quemadmodum ſol immediate ſuũ omnibus, quantum ex ſe eſt, lumen infundit, quo ſemel infuſo, nunquam aut ab ipſo ſole retrahitur, aut à recipiente, quin aliquod corpus opacum medium obſiſtat, deperditur tunc quippè ratione oppoſiti obſtaculi mox lucidum homine priuatur illicoque eclipſatur; ſicut apertè videtur in luna: quæ iuxtà communem Aſtrologorum ſententiam propterea patitur Eclipſim, quod inter ipſam, & ſolem terra intercipiatur: ſic Deum omni rationali Creaturę, gratię lucis capaci, quantum ex ſe eſt, continuò ipſam gratiam, & lucem infundere, neque ampliùs retrahere, donec Creatura ipſa impediens aliquod inter Deum, ac ſeipſam conſtituat: quo poſito mox Creatura ipſa eclipſatur, vt docent S de peccato re, qui, poſito obice peccati inter ipſum, & Deum (peccata enim diuidunt inter hominem, & Deum (mox lumen gratię amittit: non quia ſol non influat, ſed quod ipſe ſua culpa non recipiat, & hoc eſt, quod ex S. Anſelmo communiter *S. Anſ.* Theologi in illo vulgari prouerbio docere volunt, dum inquiunt, non habes gratiam, non quia Deus non dedit, ſed quia tu non recepiſti His prelibatis redeundo ad filum diſcurſus, tàm ſcripturam, quàm rationem Hieronimi, talem, iuxtà philoſophię terminos, efficere ſenſum, putarem: B. Virgo propterea nubes diei, & candida cenſetur, ac ſemper in luce, nunquàm verò in tenebris fuiſſe perhibetur, quoniam inter Deum, & Virginem nullum nunquam fuit medium obſtaculum, aut à ſe ſe, aut aliundè poſitum, quod Dei lucem, gratiamque prępediret: ergo Beata Virgo nullum vnquàm peccatum habuit, ſola quippè peccata ſunt, quę inter Deum, & Creaturam, quominus hęc lumen ab eo ſuſcipiat, interponuntur. Deus quidem ſemper influit: & ſi homo non ſempèr recipit: quia obſtaculum ponit, ideſt peccatum, aut originale, aut actuale: quia verò nullum tale poſuit Beata Virgo, idcircò verè, & congruè nubes candida, & nubes diei, quę nunquam fuit in tenebris, ſed ſemper in luce, à Prophetis & Sanctis eſſe deſcribitur. Vndè D. Bernardus ſer. *Bern.* de verbis Apocal. talia ad rem noſtram in laudem Virginis de Vir-

gine verba protulit: *Candidiſſimus ſane huius mulieris amictus, cuius omnia tàm excellenter irradiata noſcuntur, vt nihil in ea non dico tenebroſum, ſed obſcurum ſaltem, vel minus lucidum, liceat ſuſpicari* nil ergo vllo vnquam tempore fuit in Maria obſcurum, aut tenebroſum, ſed omnia ipſius ſemper in luce.

Maria Virgo ab omni peccati tributo inter omnes iuſtos à Filio facta immunis.

Expenditur alius ad Virginis Encomium accumulandum locus & faciet domum patris, ſui abſque tributo in Iſrael 1. Reg. 17. Cap. 10.

Quod Dei filius de Cœlis in terras deſcendere conſtituerit, vt Mariam Matrem ſuam præcæteris Dei electis a culpa originali liberaret. Sect. 1.

TAnta ſunt bona, quæ, operante ſumma dei Sapientia, bonitate, & potentia, ex malis mundo prouenire, inquiunt Theologi, vt ipſum vniuerſum maiori nunc, poſt hominis lapſum, bonitate eſſe refertum affirmare minimè dubitent; qua de re plura nos ipſi agimus 2. p. noſtræ, ſummæ philoſophiæ l. 1. trac. 4. q. 6. & 7. & quidem cum Deus malum, non niſi in ordine ad bonum, vt eueniat, nullatenùs permittere debeat; quis inficiari audeat, Deum iam abæterno multà ſibi non propoſuiſſe bona, quæ ex malis deducere vellet; quod ſi ità eſt, vt verè eſt, illud haud infimum inter hæc fuiſſe putandum, quod ſibi de Beata Virgine Matre ſua deſponderat, ac diſpoſuerat, vt nimirum ſpeciali inter omnes Adæ filios innocentiæ originalis priuilegio, ac præeminẽtia eam dignam faceret, quod vtique quantæ dignitatis, & excellentiæ, quanti ſplendoris, & honoris extiterit, Creaturam ex Adam deriuantem tanto innocentiæ ſplendore effulſiſſe, quo norunt, declarent mihi enim fateor, explicare nec animus dictat, nec vires ſuppetunt, iſtud verò bonum contulit mundo peccatum; in quantum fuit occaſio, vt Deus fieret homo; atque adeò Matrem ſibi ex homine natam, ſed à lege Adeo, & filiorum eius exemptam, eligeret, eximente illo, qui ſibi eam Matrem elegerat, (dicam ſanè rem magnam) Dominum Ieſum propterea tantum ſibi in hunc mundum venire, ac hominem ex muliere fieri cõplacuiſſe, vt hinc, vt ita dicam, occaſione accepta, talem prærogatiuam illi, quam Matrem accipere non horreret, præ alijs concedere poſſet; cùm autem dico, occaſione accepta non ſic accipiendum moneo, quaſi Deus occaſionaliter, & non potius ex diuina eius prouidẽtia, cui nil caſu accidere poteſt, filium ſuum incarnari.

ri, ac ſubinde ex muliere naſci deſtinarit; nam & ſi Verbi Dei Incarnatio Virginis Conceptionem, & Natiuitatem eſt ſubſecuta; attamen quæcumque bona, quæcumque ſupernaturalia, quæcumque excellentia, ſiuè Virginis Matri, ſiuè alijs omnibus Sãctis conceſſa ſunt; omnia in fide, ac meritis Christi venturi, prout docent Theologi, communicata fuere, ita vt, teſte D. Nazianzeno, orat. 2. in Macha. *Miſtica quadam, & occulta ratione nullus ante, aut poſt Chriſti aduentum aliquid boni a Deo adeptus ſit, cui fides, & merita Chriſti illud non obtinuer nt*: quo ſenſu ſuperius Agnum ab origine Mundi fuiſſe Mariæ annunciatum, ab ipſa generatum, ac etiam occiſum aſſeruimus; ſic igitur, cum Deus videret mundum multis Diabolo calamitatibus afflictum, multis anguſtijs oppreſſum, multis cladibus confectum; &, quod maius erat, ipſum Diabolum poſt primam de homine reportatam victoriam toti humano generi inſultantem, & ludibriè exprobrantem, in mundum venire, & hoſtem hunc Barbarum aggredi, pugnam committere, decertare, vincere, victum capere, captum capite truncare; ſicque mundum ab eius inſultibus liberare conſtituit; quod & fecit; verum non fruſtrà; quin potius tria ſibi à Patre, ſi ad hanc pugnam deſcenderet, & victor de Tiranno exiſteret, promitti popoſcit, & audiuit, atque in his præcipuè, vt Matrem ſuam ab omni

Grego. Nazianzenus.

peccato tum originali, quam actuali exemptam efficeret; venit iam itaque hanc ſuæ Matri gratiam impetrandi cupidiſſimus; & qui Patris ordinationem, promiſſumque de proſternendo Diabolo, & liberando mundo impleuit, ipſe quoque abſque dubio promiſſam ſibi mercedem recepit teſtatur hoc Spiritus Sanctus ſub illo tam ſtupendo conflictu, tam mirando duello, de quo 1. Reg. 17. vbi congreſſus Dauidis cum ſuperbo Goliath; victoria de ipſo reportata, liberatio populi Iſraelitico è manu Philiſtinorum copiosè deſcribitur, quem congreſſum breuiter attingere, ac laconicè eiuſdem miſteria, quantum ad rem noſtram attinet, recenſere non grauabor. 1. Reg.

Congregantibus itaque Philiſtijm agminibus ſuis in prælium, conuenientibuſque aduerſus Iſraelem egreſſum eſſe dicitur virum ſpurium magnum, & altum, armis ſuis vndique cinctum, clamaſſeque aduerſus exercitum Iſraelis, vt aliquis eorum cum ipſo ad ſingulare certamen deſcenderet, idque non ſemel, ſed pluries, eorumdem agminibus exprobrando, feciſſe; quod cum viderent Iſraelitæ ſtupentes timuerunt valdè; porrò dum res ſic ſe haberent, caſu factum eſt, vt Dauid Caſtra Hebræorum ingrederetur, audiretque loquentes Hebræos de formidine Goliæ, de armis eius terrorem Incutientibus, de corporis proceritate, & cæteris eius factis

mirabilibus, quin eorum aliqui propius ad eum accedentes, *vidiſtinè? dixerunt, virum hunc, qui aſcendit ad exprobrandum Iſraeli? virum, qui percuſſerit eum ditabit Rex diuitijs magnis, filiam ſuam dabit ei, & domum Patris eius faciet abſque tributo in Iſrael*, his ille auditis cępit intra ſe flagare deſiderio percutiendi Philiſteum; ſentiebatque in corde ſuo per ſingulas horas huius deſiderij flammam amplius ſuccendi; donec totus inflammatus, gloriæ cupidus, ſalutis populi auidus, honorem domus Patris ſui anhelans, animæquior factus iterum ipſe, quid dandum eſſet viro percutienti Philiſthęum curioſius perquirens, eadem, quæ prius relata fuerant, audiuit, tum perrexit Dauid, & lapide, quem tulerat, primo ictu frontem aduerſarij protriuit, ad terram proſtrauit, tandem capite truncato victor ad ſuos lætus peruenit: hæc eſt hiſtoria, ſenſus autem illius ſupereſt inquirendus. Aſſerunt communiter Patres, quos ad longum referunt Nicolaus Serarius, & Gaſpar Sanctius, in hac pugna certamem à Chriſto pro liberando humano genere de manu ſuperbi Luciferi aduerſus homines continuò belligerantis, eiſque inſidias tendentis ſuſceptum miſticè figurari; ex quo enim in primo cōgreſſu illuc in Paradiſo Terreſtri Serpentis cum muliere inito homo victus receſſit, nunquam Diabolus humano generi inſultare, inſuper, & exprobare deſtitit; homo autem auxilio deſtructus voce inimici rugientis perterritus ſtupebat, pauebat, nec amplius in arenam deſcendere audebat; ſed quid Chriſtus? interea videt de cęlo afflictionem populi ſui; audit a Patre, quæ erga humanum genus geruntur, & quomodo agatur de ſalute totius vniuerſi, intelligit in illo ſuperni Concilij conclaue, eum, qui Diabolo percurſo mundum de manu eius eripuerit, magnis eſſe ditandum diuitijs &c. quibus ille vt humano more loquar auditis, ac certiſſimè compertis, cępit exardeſcere animo veniendi ad ſingulare certamen, pugnandi, vincendi, præmia victori conſtituta conſequendi; iterum interrogat: *quid dabitur viro, &c.* & eadem repetūt, &c. quare tot, tamque magnificis victoriæ coronis (libeat hac vti loquendi formulà) tot inquàm, tamque magnificis præmijs erectus, & conformatus detractis armis regijs, & vilibus ſuper indutus, noſtra videlicet carne mortali circum amictus de cęlo in terram deſcendit, ad certamen cucurrit, pugnauit, vicit, populum ſuum de manum exprobrantis, & inſidiantis liberauit; ac demum victor triumphans, lætus iterum in Cœlum ad Patrem migrauit, & quæ ſunt, quæ inquam, quæ Pater pro his Filio ſuo donauit? quænam præmia contulit? quamnam mercedem exhibuit? ea vtique omnia, quæ erant pro præmio victori conſtituta; primò, enim maximis eum ditauit diui-

Serar. Sancti. hic.

diuitijs, Apoſtolo teſtante, qui ait, *In quo ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei*; ſuam dei ri filiam primogenitam, Sanctam ſcilicet Eccleſiam, quæ, ſinagoga cadente, ad primo genituram aſſumpta eſt, illi dedit in ſponſam, vndè eſt illud eiuſdem Domini apud Sanctum Mattheum 22. *ſimile factum eſt regnum cęlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo*; quæ verba declarans Beatus Gregorius homil. 38. in Euang. *dici poteſt*, inquit, *quia in hoc Pater Regi filio nuptias fecit, quandò ei per Incarnationis miſterium Sanctam Eccleſiam ſociauit*, & Apoſtolus Paulus, *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*: qui ergo tàm liberaliter duo prommiſſa præſtiti tertium quoque denegare non debuit, Et quid eſt tertium, *& faciet domum Patris ſui abſque tributo in Iſrael*, Pater Chriſti vtique in euangelio dicitur Sanctus Ioſeph, cuius domus alia non inuenitur, quàm eius ſponſa, Sancta videlicet Virgo Maria, nàm alios mihi facilè non inuenies, qui de domo, & familia eius ſint, ſic quippè accipitur hoc loco domus, ſicut & in Euangelio, cum dicitur: *credidit ipſe, & domus eius tota*, &, *Aſcendit autem & Ioſeph, eo quod eſſet de domo, & familia Dauid*: Ioſeph, ſane fuit de domo, & familia Dauid, cuius ipſe Filius extitit, Pater namque propriè de domo filij non eſt, quin potius e contra filius de domo patris, vxor autem, & ſponſa de domo mariti, & ſponſi, vt multis legum teſtibus iuriſtæ docent, quod & dilucidè expleriſque tùm veteris tùm noui teſtamenti teſtimonijs comprobatur. quid aliud eſt ergo faciet domum Patris ſui abſque tributo in Iſrael, quam, ſub obſcurè inſinuare Chriſtum Ieſum eatenus de cęleſtibus deſcendiſſe, carnemque ex Virgine ſumptam induiſſe, vt eandem V. Matrem ſuam pijſſimam, Patriſque ſui ſponſam digniſſimam inter omnes Iſraelitas, iuſtos videlicet, & electos a tributo eximeret.

Coloſſ. 2. Mat. S.Greg. Ephes. 5 Luc. 2. Luc. 2.

Quod originale peccatum primum hominem, omneſque ab eo deſcendentes, tributarios Diaboli fecerit, a quo tributo exoluendo Chriſtus Sanctiſſimam Virginem præ alijs liberauit. Sect. 2.

SEd enim quod eſt tributum, cui exoluendo omnes etiam Iſraelitæ, Sancti nimirum, & electi debitores facti ſunt; dignum eſt, vt hoc loco accurata indagine perquiramus. omnes facti ſumus tributarij Diaboli, quandò veternoſus inimicus cum patre noſtro Adam congreſſum iniens vicit, deiecit, debellauit, ipſumque ſui tributarium, nec nō & nos omnes ab eo deſcendentes eiuſdem tributi, peccati videlicet originalis, & concupiſcentiæ reos, debitoreſque fecit; tales naſcũtur omnes homines tributarij Diaboli propter miſerandum Adæ peccatum, ità vt nè vnus quidē infans vnius diei ab eo tributo liber euadere

valeat; fatentur hoc omnes Do-
ctores, teſtantur omnes ſcripturæ,
quibus cõſueta eſt, ac formigeta-
ta prorſus hæc loquendi forma;
vndè & ſępè Diabolum in ſcriptu
ris Sanctis huiuſcè debiti, ac tri-
buti exactorem nuncupari accepi-
mus, de quo exactore ſic habes
Greg. apud D. Gregorium lib. 30. mo-
ral. cap. 31. verba illa Iob 39. *Cla-*
Iob. *morem exactoris non audit*, perpen-
dens; *quis hoc loco exactor accipi, niſi*
Diabolus poteſt, qui malè ſuadendo
ſpem contulit immortalitatis, ſed deci-
piendo exigit tributum mortis & qui
ſuadendo intulit culpam, ſæuiendo exi-
git pœnam: & paucis intercalatis:
de quo exactore, ita ſubiungit, *vi-*
delicet Diabolo, Redemptori noſtro
Iſa. 9. *gentilitatem liberanti per Prophetam*
dicitur iugum oneris eius, & virgam
humeri eius, & ſceptrũ exactoris eius
ſuperaſti ſicut in Die Madian, eripiens.
quippè gentilitatem Dominus ſupera-
uit iugum oneris eius, cum eam aduen-
tu ſuo ab illa dæmoniacæ Tirannidis
ſeruitute liberauit; ſuperauit virgam
humeri eius, cum percuſſionem illius,
qui experuerſo opere grauiter deprime
bat ab humano genere Redẽptor cõper-
ſcuit ſuperauit ſceperũ exactoris eius,
cũ regnum eiuſdẽ Diaboli, qui pro peſti-
fera perpetrante vitiorum exigere
conſueuerat debita tributa pænarum
de fidelium corde deſtruxit: hacte-
nus ex D. Gregorio, cui accinens
Hugo. Hugo Cardinalis ad eumdem Io-
bi locum ſic ſcribit. *Diabolus exa-*
ctor dicitur, quia ſimel homini in Para-
diſo memoriam malæ perſuaſionis con
tulit, & quotidie ab eo huius debiti vſu-
ras exigit: clarius verò Sanctus Hie S. Hier.
ronimus ad præfactum Iſaiæ lo-
cum, quem ferè communiter Do-
ctores de inſigni Chriſti victoria
aduerſus Diabolum reportata in-
terpretantur totam rem hanc hi-
ſcè verbis exornauit: *Tu Domine*
atque Saluator iugum oneris eius, qui
prius exultabat in mundo, videlicet
Diaboli, qui cunctis gentibus imperā-
bat, qui grauiſſimo ſeruitutis iugo colla
omnium deprimebat; Virgam, qua per
cutiebat vniuerſos, & peccata ſibi,
quaſi quodam tributum reddere com-
pellebat, detraxiſti: Iure autem me-
ritò Diabolus huiuſcè tributi exa
ctor conſtitutus eſt quia, ex quo
eiuſdẽ aſtutia primũ hominem in
Paradiſo deiecit, ipſe eumdem pri
mum hominem omneſque ab eo
deſcendentes non modò culpæ,
verum etiam pœnarum omnium
eamdem comitantiũ certò belli iu
re tributarios fecit; ita vt homines
graui hoc onere à die exitus de
ventre Matris eorum preſſi, nec
collum, nec caput attollere, ne-
que ceruicem erigere poſſent.
Vndè & illud eſt Eccleſ. 40. *Iugum* Eccleſi.
graue ſuper filios Adam à die exitus
de ventre Matris eorum vſque in diem
ſepulturæ. quod ſanè iugum Adam
filijs ſuis per originis culpam im-
poſuit. quæ res ad eò (meo quidem
videri) eſt manifeſta, vt de ea, &
nefas ſit dubitare, & ſuperfluum
amplioribus adhuc argumentis
velle diſputare. ſtet igitur pro co-
ronide tandem Præclarus Abbas
Rupertus, qui ad illa Threnorum cap. 1. Ruper.
verba facta eſt ſub tributo, mirè Thren.

adrem

adrem noſtram ita diſcurrit *quomodo factum eſt vt iſta ſederet ſola, fieret quaſi vidua, penderet tributa, nimirum preuaricando; peccante ſcilicet homine, vno homine primò, nam in illo peccauit, & praiudicium paſſa eſt vniuerſa poſterorum eius multitudo; ex eo contigit, vt ſederet ſola, ſederet quomodo vidua, virum ſuum Deum non habens, Ciuitas Sancta de Paradiſo eiecta, in hoc mundo peregrina, exulando, moriendo, malo Domino ſcilicet peccato tributa pænalia ſoluendo*, ita Rupertus vide eodem loco ſuper iiſdem Hieremię verbis concinens Sanctus Bonauen. ſic & ipſe elegantiſſime ſcribit. *Anima quamdiu ſponſo fide, & dilectione copulatur, faciliter peccatis, & affectionibus dominatur; cum verò ſenſibilis illecebra ad ſe trahit altitudinem rationis anima ſubuerſa carni, ac vitijs, & peccatis tributum reddit.* ſic Sanctus Bonauentura, cui eodem loco ſuper eiſdem Hieremiæ verbis præclarus Abbas Rupertus concinens ſic & ipſe elegantiſſime ſcribit: Id autem totum præcipuè contigit, cum primo in Conceptione anima carni copulatur. tunc quippè, iuxta traditam, ac pariter explicatam eiuſdem Seraphici Doctoris ſuperius ſententiam, anima carnis poteſtati miſerabiliter ſubſternitur, eiuſdemque carnis, nec non & originalis culpæ, omniumque ab ea deriuantium malorum tributaria efficitur. Vt ergo, quod iam nos fermè prætererierat, reſumamus, & ad

S.Bon.

S.Bon.

præfatum vaticinium redeamus. quid erit tandem Chriſtum domum Patris ſui facere abſque tributo in Iſrael; quid inquam erit aliud, quam Mariam matrem ſuam, ac ſponſam Patris ſui ab illo peccati tributo, cui ex natura omnis homo, quanquam alioqui Sanctus, & ab Iſrael generatus ſubijcitur, liberare, licet enim Chriſtus omnes à tributo liberare aduenerit, ac pretiò redemptionis ſoluto, verè liberari; ſponſam tamem Patris ſui Mariam ſingulari modo inter omnes Iſraelitas, Sanctos ſcilicet ac Dei electos quod valde notandum eſt, liberare voluit, intàtum, vt inter omnes Iſraelitas, Sanctos ſcilicet ad glorioſam Dei viſionem electos eam prorſus ab omni peccati, ſiue originalis, ſiue actualis tributo immunem efficeret quod ſatis indicant verba illa, *faciet abſque tributo in Iſrael*, quæ verba clarius ab alijs in hæc alia fuere traslata, *faciet liberam, immunem, claram, nobilem*; quæ omnia ſimul nectens modernus quidam, ad præfatum locum breuiter ſic fere compendiando concludit. *ea omnia largietur, quæ nobilitatis ac libertatis priuilegia appellantur*; nam ſicut tributarium eſſe, ſeruitutem, ignobilitatem, & obſcuritatem denotat ſic eſſe abſque tributo, libertatem, nobilitatem, & claritaté importat. quæ omnia ſatis immaculatam Virginis Conceptionem à Chriſto Domino domui patris ſuis iure belli promeritam exaltant, & comprobant. Neque

que id iuris æquitati, aut rationi diſſonum eſſe neque communem legem euertere, ſed potius ſtatuere videri debet, quandoquidem, omnibus ferè iuris peritis teſtantibus, indecorum eſt, ac prorſus iniquum aliquem communibus legibus, aut communi iure obſtringere, qui, vel ratione ſui, vel merito ſuorum alijs ſingularia, & maiora promeruit. ſicut domui Patris ſui Chriſtum iure belli pro meruiſſe fatendum eſt, vnde & ſuperius hoc eadem ratione Iacob Ioſeph filio ſuo partem vnam extra fratres ſuos dediſſe monſtratum eſt; in quam præterea ſenten tiam S. Cipriani ſerm. de Natiuitate Chriſti, hæc ad rem noſtram præclare ſubintulit, *Spiritu Sancto, inquit, obumbrante originale incendium extinctum eſt, ideoque innoxiam affligi non decuit; nec ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas electionis com munibus laſſaretur iniurijs, quod plurimum à cæteris differens communicabat natura, non culpa* premè verba illa, *communicabat natura, non culpa,* & aduerte S. Doctorem demonſtratione à cauſæ remotione effectus pariter ablationem comprobare voluiſſe quia enim in Maria extinctum fuit originale incendium, id circò non decuit innoxiam affligi; nec iuſtitia ſuſtinuit, vt communibus humanæ naturæ ſubiaceret pænis, & iniurijs, quæ ſicut ſola communicabat natura, ſic abſoluta differebat culpa, & nō ſolum culpa particulari & perſonæ, verum etiam communi & naturæ, nempe originali id enim ſonat ex Cipriano communicare, non culpa, ſub intellige ſequente natura ſi quidem originale incendium ab ipſo Conceptus inſtanti in Virgine Glorioſa extrinctum eſt, quando nimirum Deus in die belli obumbrauit ſuper caput ipſius; ideoque fuit vas electionis mundiſſimum, in quod tanquam in Sanctiſſimum Sacramentum ſiue ſacrarium pretium vniueſum noſtræ redemptio nis conferre dignatus eſt iuxta illud D. Bernardi ſer. in natiuitate Mariæ, *redempturus Deus humanum genus vniuerſum pretium contulit in Mariam* Iure ergo Beata Virgo ſin gulari priuilegio à communi cęterorum hominum culpæ, & penæ tributo fuit immunis, cui Chriſtus iure belli peculiarem hanc prærogatiuam obtinuit, atque ideò ab illa die domus hæc cepit eſſe Beata, cuius Rex filius ingenuorum eam à miſeria, & ſeruitute venerat liberare; & licet Chriſtus omnes à peccato liberare deſcenderit, non tamem omues eadem libertate donauit. Sanctis quidem veteris ac noui Teſtamen ti ſic libertatē donauit, vt neminem à culpa originali in ipſo conceptionis inſtanti immunem effecerit, Mariā verò tam plenā libertatē donauit, vt nulli vnquam pec cato ſubiectam eſſe voluerit, vndè Beatus Hieron exponens illud Eccleſ. 12. *Beata terra, cuius Rex tuus filius ingenuorum; ait: Beata terra Eccleſiæ, cuius Rex eſt Chriſtus filius*

S. Cip.

S. Bern.

S. Gier.

in

tigenubrum, de Abraham Iſaac, & Iacob Prophetarum quoque, & Sanctorum ſtirpe deſcendens; quibus peccatum non fuit dominatum; & ob id vere fuerunt liberi, ex quibus nata eſt Virgo liberior Sancta Maria nullum habens fruticem, nullum germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florem hactenus Hieronimus.

S. Bern. 2

Maria Virgo laudabilis magis viuentibus, mortuis, nec dum natis.

Adducitur alius ad Virginis Encomium amplificandum locus Eccleſ. 4. & laudaui magis mortuos, quam viuentes, & vtroque fæliciorem iudicaui, qui necdum natus eſt. Cap. 11.

Nil preferendum Dei amicitiæ, nil verò poſtponendum peccato. Sect. 1.

CVm præclarus ille, ac omni ſapientia præditus Rex Salomon multas ſuæ ſapientiæ dignas protulerit ſententias, ad quarum exæquationem Doctiſſimorũ virorum méntes euocauit; occurrit hodiè celebris illa ex Eccleſ. 4. deſumpta, *& laudaui magis mortuos, quàm uiuentes, & fæliciorem vtroque iudicaui, qui nec dum natus eſt*: ad cuuis lectionem lætus me conuerti, quaſi præſagus fore, vt aliquid ad Virginis præconium illuſtrandum indè excerpere valerem; ſanè quidem mirãdum auditu, mortis conditionem ſtatui vitæ perferendam, ac inuidendum potius ei, qui necdum natus eſt, quam qui ſemel natus viuit, vel mortuus eſt; cum enim eſſe, & viuere ſit perfectio ſimplex; ac ſubindè eſſe, & viuere, melius, quam non eſſe, nec viuere; cur laudabiliorem mortuum viuente, & vtroque fæliciorem, qui necdum natus eſt, tam reſolutè vir ſapiens eſſe affirmet, non incurioſè inueſtigandum eſt; ſi non de quocumque viuente, vel mortuo indiſcriminatè ſapientis, proloquium accipiendum eſſe dicamus, verùm de viuente miſerijs ab ipſo enarratis ſubiecto; que tantæ, ac tales vtique ſunt, vt mori magis, quàm viuere, & necdum natum, quam poſt natiuitatem vita gaudere, vel morte expedire videatur: mox occurrit communis ferè omnium Philoſophorum, ac Theologorum doctrina inconcuſſe aſſeuerantium, melius eſſe viuere etiam vitam plenam erumnis, & anguſtijs vndique ſubiectam, quàm nullo modo eſſe, & viuere quorũ opinioni annuens Lorinus ſic ad præfata Eccleſiaſtæ verba diſcurrit; *ſatius eſt viuere quantisuis vexatum ærumnis, & pænis etiam damnatorum, quàmprorſus desijſſe: & aliquandò vixiſſe, quam vſum vitæ nunquam habuiſſe*: ſi rurſum verba ſapientis ore prolata haud Seriò accipienda, & intelligenda eſſe opponamus, ſicut viſus eſt innuere Olimpiodorus, ea per motus rationem: quod alioqui Deus, qui be-

Lorin.

Olimp. hic.

nè cuncta diſponit, hominem, cui melius eſſet non eſſe, quàm eſſe, non pſalmaſſet. obſtant alij expoſitores; præcipuè San. Gregorius Thaumaturgus verba non deludè, ſed ſerio a ſapiente fuiſſe prolata affirmans; mireque S. Ambroſius lib. de Paradiſo c. 10. Olimpiodori argumentum euacuat; nam quia Deus in operibus ſuis bonum vniuerſale attendit, propterea, ait S. Doctor, *Maluit plures eſſe, quos ſaluos faceret, & quibus donaret peccatum, quam vnum ſolum Adam, qui liber eſſet à culpa*: quod ſi maluit plures eſſe peccatores, quos tamen ſaluos faceret, quam vnum innocentem, quanto magis maluit plures eiuſmodi eſſe cum peccato, quã neminem eſſe. Quo ergo & propoſitum Salomonis, & cauſam prolatæ ſententiæ facilius inuenire contingat.

S.Greg. hic. S.Amb. S.Amb.

Notarim verba illa, *laudaui mortuos magis*, & cęt. quæ vtique a ſapiēte pronunciata ſunt, vt eorum, qui in hoc mundo viuant, vel aliquando vixerunt, vitam miſerabilem ob oculos ponat, ad duo perſonarum genera, agentium ſcilicet; & patientium poſſe referri: *laudaui*, inquàm, *mortuos magis, quam uiuentes*, ſiuè quia talia non agunt mortui, qualia viuentes; ſiue quia talia minimè patiuntur; & quidem expoſitorum plurimi ſecundum potius perſonarum, patientium ſcilicet genus aſpicientes hoc ferè modo ſapientis dictum interpretari conſueuerunt. propterea nimirum laudabiles eſſe mortuos magis, quàm viuos, & vtriſque fælicem, qui nec dum natus eſt, quia, qui mortuus eſt, eo ipſo, quod mortuus, omnem huiuſcè vitæ pænam deludit iuxta illud B. Ambroſij li. 2. de Abel, & Cain. c. 2. *una eſt mors in ſeparatione animæ, & hæc finem habet in fine huius uitæ, quæ ſimul ut uenit, omnes corporis dolores auferre conſueuit*: qui verò necdum natus non modò à viuentium, verum etiam mortuorum doloribus excemptus eſt; comparat igitur Salomon viuos, mortuos, nec dum natos ad inuicem ratione pænarum, & laudabiliorem mortuum viuente, nec dum verò natum, vtroque fæliciorem prædicat, quod mortuus pænas viuentis, nec dum verò natus, nec viuentis, nec mortui tormenta ſuſtineat. S Amb.

Alij verò primum potius, agentium nimirum perſonarum genus reſpicientes id circo mortuum viuente, & vtroque nec dum natum fæliciorem eſſe aſſeuerant; quod mortuus non peccet, vt viuens: nec dum verò natus peccare neſciat, vt mortuus, ità vt totius huiuſce ſententiæ ore ſapientis prolatæ corde in eo vertatur, vt conferendo viuentes cum mortuis, & vtroſque cum non natis ratione peccati, & culpæ laudabilior ſit mortuus viuente, & fælicior vtroque qui nec dum natus eſt, atque hæc, me quidem iudice omnium aptiſſima, & veriſſima interpretatio eſt: quippè quæ abſque ulla limitatione ſalua poteſt,

teſt conſiſtere, Ità planè intellexerunt duo præclariſſima Eccleſiæ luinina, ſcilicet, inquàm, Gregorius Thaumaturgus, & D. Ambroſius, quorum alter ſic paraphraſticè Salomonem feriò loquentem introducit, *ex ſceleratis, & audacibus, qui alios opprimunt ij, qui ex hac uita migrarunt, meliori conditione ſunt, quàm qui etiam nunc viuunt, utriſque autem perferendus, qui necdum natus eſt: quod hominum improbitatem non attigit, ſicut attigit, qui uiuens aliquandò natus eſt, ſic ille, ex quibus* tale ad rem noſtram Lorinus corollarium acutè ſubintulit: *fælicitas nondum nati* ex B. P. Gregorio in eo ſita eſt: *quod peccato, quæ ſumma omnium ignominia, & miſeria eſt, non eſt infectus*: Alter verò, ideſt Sanctus Ambroſuis ad huc clarius, & quaſi Gregorij verba ſub obſcura explanans ſicari, Sermone. 16. in Pſal. 115. ſub initio, *mortuus præfertur viuenti, quia peccare deſinit: mortuo præfertur: qui nec dum natus eſt, quia peccare neſciuit.*

S. Greg. hic. Lo in. S. Amb.

Videns itaq; Salomon oculis Sapientiæ lumine diuinitus illuſtratis, quanta ſit peccati ignominia, & infælicitas, ſe cohibere non valens, exclamauit, *& laudaui mortuos magis, quam uiuentes, & utroque fæliciorem indicaui, qui nec dum natus eſt.*

Modò hanc rè proſtremam SS. Patrum expoſitionem redigendo ad ſummam ſenſus præfatæ ſententiæ ſapientis ore probatæ iſte fuerit; viuere eiuſmodi, quod non eſt ſine peccato iure merito præfertur mortuum eſſe quod facit deſinere à peccato; vtrique verò, viuere nimirum quod eſt cum peccato, & mortuum eſſe, quod aliquando fuit cum peccato antepo-nitur ipſum natum non eſſe eiuſmodi, quod eſt prorſus ſine peccato, quamobrem cum vita peccati morti ſine peccato, & morti, quæ aliquandò fuit vita peccati, præferatur non eſſe, quod eſt omnino ſine peccato, iure merito laudandus magis, ac prædicandus mortuus, quam viuens, & nec dum natus, quàm mortuus: ſi quidem vera hominis laus, & fælicitas in ſola virtute, ſicut ignominia, & miſeria in ſolo peccato conſiſtit: iuxtà illud B. Cipriani epiſt. 55. Cornelio fratri, *Primus fælicitatis gradus eſt non delinquere*: cui plurima in eamdem ſententiam aggregari poſſent ſcripturarum, ac aliorum Patrum teſtimonia, verum ſupprimuntur in præſentiarum vt obvia: vndè & peccatum, præcipuè verò originale in Sacro eloquio amaritudo, & radix omnis amaritudinis eſſe perhibetur. quia igitur à delictis alienus magis eſt mortuus, quàm viuens, vtroque verò nec dum natus, idcircò laudabilior, & beatior mortuus viuente, & vtroque nec dum natus, ſapientis ore prænuntiatur. Vndè & Dominus Iſach de Iuda mercatore peſſimo verba faciens, *melius*, inquit, *erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*: non melius bonitate naturali, (hoc enim ſenſu lon- Mat. 26.

gè

gè omnino præſtat natum eſſe, quam non natum) ſed melius bonitate morali, verè enim melius eſt non eſſe, quàm eſſe cum peccato. Id quam multis hinc indè pro vtraque ſententia copioſe, ac eruditè ſimul allatis, tandem reſolutè decernit Io. de Pineda ſic ad præfatum Salomonis proloquium fatus, *quamcumque data hypotheſi, quocumque, in ſtatu, & conditione nos verſari contingat, nil præponendum diuinæ amicitiæ, nihil, quid cumque illud ſit, poſtponendum peccato.*

Pineda.

Oſtenditur ex præmiſſis Mariam Virginem ſine Originali peccato fuiſſe conceptam.
Sect. 2.

EX his itaque ad rem noſtram pro immaculata Virginis Conceptione argumentum excerpere, & in hanc formam componere lubet. Mater Dei B. V. M. laudabiles magis quocunque viuente, mortuo, & nondum nato, quia cuilibet alij creaturæ, quæ fuit, eſt, & nondum nata eſt, omni iure præfertur, omnia enim creata ſuperat, vt ait S. Damaſc. ſoluſque Deus eſt ea ſuperior, ergo B. V. nullius vnquam peccati conſcia fuit. Antecedens non eſt qui negare poſſit; tam enim laudabilis fuit Maria, vt noſtri laude, aut Gloria non egere aſſerere non dubitauerit idem S. Ioan. Damaſc. *Neque enim (ait ille) alioqui noſtra laude, & prædicatione opus habet illud gloriæ Domini tabernaculum, illa Ciuitas, de qua glorioſa a Deo dicta ſunt.* Cur autem Mariam noſtri laude non egere putabimus, niſi quia in ſe glorioſiſſima, ac omni laude digniſſima eſt; quemadmodum Deum noſtri non egere aſſeritur, quia Deus, ac Dominus noſter eſt, iuxta illud Diuini Pſaltis, *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Deus in ſe glorioſiſſimus eſt, ideò noſtri, laude non eget: ditiſſimus eſt, ideò noſtrorum bonorum non indiget; & ſi ipſi eum laudemus, nullam ei laudem intrinſecè addimus, verè enim Dominus eſt, & ſi nos eum Dominum non appellemus. vnde eſt illud Hilarij, *Quid meriti eſt Domino dicere, Domine: nunquid Dominus non erit, niſi fuerit dictus a nobis?* ſic ergo Maria noſtri laude non eget, quia laudabiliſſima, & glorioſiſſima eſt. probatur iam ergo conſequentia; laudabilis magis mortuus viuente, quia mortuus non peccat, nec peccare poteſt, ſicut peccat, & peccare poteſt viuens: vtroque fęlicior qui nec dum natus eſt, quia nec peccat, nec peccare poteſt, vt viuens; nec peccauit, aut peccare potuit, vt peccauit, & peccare potuit mortuus; at Maria non ſolum viuentibus, & mortuis laudabilior, verum etiam nec dum natis fęlicior fuit, ergo ab omni prorſus culpa immunis ſemper extitit. confirmatur, nam alioqui fęlicior eſſet ille, qui nec dum natus eſt, cum ab omni peccati miſeria omnino liber exiſtat, quàm Maria, quæ aliquan-

D. Damaſc. Orat. 2. de Aſſumpt 2.

D. Damaſc. 161.

Pſ. 15.

S. Hila. ad 7. Mat.

quan-

quandò alicui culpæ obnoxia fuiſſet Nec tibi ingerat ſcrupulum, quod expoſitores aliqui voculam illam, *nec dum natum, abortiuum* transferant, vt ſunt origenes, Dioniſius, & Nicolaus apud Pinedam, ex qua interpretatione comparatio ad originale peccatum referri minimè poſſe videtur; quippè abortiuus hoc loco, ſecundùm horum ſententiam, a ſapiente nec dum natus nuncupatus originali culpæ dubio procul obnoxius eſt; fitque proptetea, vt peccatores ſolo originali infecti ijs vtique, qui ſimul cum originali actuale coniunctum habent glorioſiores, ac fęliciores ore prophetico pronuntientur; Non, inquam, hoc ſcrupulũ tibi inijciat, multò enim plures, nec dum natnm ſimpliciter, pro eo, qui nullo hactenus modo eſſe, aut viuere recepit, interpretantur. Atque in his Sanctus Gregorius Thaumaturgus, olimpiodorus, ac Sanctus Bonauentura; quos alij plures in eodem Pineda ſectantur.

Orig. *Dioniſ.* *Nicola.* *Pineda.* *S.Greg.* *Olimp.* *S.Bon.* *Pineda.*

Sed eſto, nec dum natus, pro abortiuo accipiatur, eſto pariter melius ſit viuere, cum peccato originali, quam nullo modo viuere, id quod ex verbis Angelici. 1.2.q. 83.art. 1.ad S.deduci poſſe, videtur; nil tamen indè ad noſtri vim argumenti labefactandam, aut infirmandam, erui poteſt; cum enim clariſſimum ſit, Beatam Virginem Mariam longè omni humana Creatura in terris glorioſiorem, ac fæliciorem fuiſſe, conſtantiſſimum ſubindè efficitur, nulli, aut actuali, aut originali culpæ fuiſſe ſubiectam; Vndè propterea non ſine magno myſterio non ſolùm viuentibus, & mortuis, verum etiam abortiuis, & nec dum natis anteponitur: viuentibus ſanè, ac mortuis, vt indè omni actuali culpa caruiſſe oſtendatur, abortiuis verò, & nec dum natis, vt ſimul etiam ab omni originali labe immunis fuiſſe demonſtretur; Et certè, ſic & ipſa Beata Virgo cum cęteris abortiuis, qui ſolius originalis peccati legi ſubiectantur, confundatur, ijs profectò nec iure naturæ, nec merito gratiæ glorioſior, & fælicior prædicari poteſt. Cum itaque, & ipſum ſolum originale peccatum, quos infuit, inimicos Dei conſtituat, ac ſimul ignominia non modica, nec leui miſeria efficiat, omninò putandum eſt, nec dum natum eatenus viuenti, & mortuo à Sapiente prę ferri, quatenus nulli hactenus peccato ſubiectus fuit, ſicuti etiam non fuiſſe Mariam indè clarè eruitur quia omni laude digniſſimam, ſimulque beatiſſimam extitiſſe omnibus Chriſtianæ fidei miſterijs inſtitutis confeſſum eſt. Verè igitur laudabilis Maria tàm, inquam, laudabilis, vt omni planè laude digniſſima, tam Beata, vt totius peccati amaritudinis eſpers fuerit, à qua omne væ peccati, væ, inquam, naſcentium, morientium, nec non & abortiuorum alienũ fuit. quippè quæ omnibus viuentibus, mortuis, & nec

S.Tho.

dum natis longè laudabilior, & fælicior extitit.

Sequitur idem argumentum quo B.V. ſine labe Originalis culpæ conceptam fuiſſe roboratur.
Sect. 3.

MAria V. itaque nedum cum viuentibus, & mortuis non peccauit, verum nec etiam (ex ſpeciali Dei gratia, & priuilegio) cum nondum natis peccare potuit, ac propterea vna ſemper in gratia perſiſtens, ac permanens in innocentia fuit, vnde, *vna eſt Matris ſuæ genitricis ſuæ electa*. Hoc eſt cum
Cant. 6. multæ ſint animæ laudabiles propter virtutum inſignia, vna tamen eſt omnium laudabiliſſima; & omni laude digniſſima, cuius vita immaculata & vitæ, & morti aliarum præferenda eſt: vna fuit Maria in vita, vna in morte, vna antequam nata, vna poſt quam nata: non ſic aliæ, nam aliæ nondum natæ culpa vacant, mox natæ peccato ſubiacent, quia inſtabiles, & mutabiles, at verò Maria vna, & eadem antequam nata, & poſt quàm nata, quia vbique ſemper laudabilis, Deo chara, & beata; vnam itaque dixerim Mariam, tum quia alię ei ſimiles non ſint in vita, & in morte, tùm quia ad ſimilitudinem filij ſemper eadem, & inuariabilis fuit, non naſcens ad portum peccati, ad figuram gratiæ, ſed ſemper in gratiæ, laude, & fęlicitate virtutis inuariabiliter perſeuerans, ſic enim interdum accipitur *vnum* (vt egregiè notarunt origenes, venerabilis Beda, & Sanctus Gregorius voculam illam. 1. Reg. ideſt *fuit vir unus* expendentes vbi origenes ad- Orig. Beda. S. Greg. 1. Reg.
dit, ipſummet Deum non eatenus ſolum vnum dici, quia non plures, verum quia vnus in ſe, ac immobilis manens dat cuncta moueri. vna inſuper Maria quam dæmon nunquam, nunquam culpa poſſedit, verum Deus ab initio viarum ſuarum; *certum eſt enim*, inquit origenes vbi ſupra, *quia ille, de quo dictum eſt, Vir vnus, poſſeſſio Dei eſt, non Dæmonum, quam enim Dæmones poſſident, non eſt vnus, ſed multi*. Hoc ergo modo vnam hic pariter dixerim Mariam, vnam, quam Dęmon nunquam; nunquàm culpa poſſedit; vnam iterum, quia vna ſemper exiſtens ſemper & in vita, & in morte virtutum laude floruit, ac talis poſt Conceptionem, & Natiuitatem, qualis antè Conceptionem erat, permanſit. Sed enim quid aliundè gloſſas anxius perquiro? Audiamus quid expoſitores ad allegata Canticorum verba de ſignificatu vocis illius, *una*. *Vna*, ait, Ghislerius, *nequaquam ſumenda pro vna, atque ſola, ſed in ſignificatu eximiæ, & ſingularis*. Non Ghisler.
placet gloſſa recentioris, nec Sancti; diſplicere non debuerit Patris, ac Sancti interpretatio; *Vna*, inquit, Sanctus Ambroſius, de Iſaac, & anima c. 7. *quia habet Spiritus* S. Amb.
vnitatem, in qua ſit pax, quæ facit vtraque vnum, & quæ non ſit compoſita ex diuerſis elementis diſcreta, com-

compugnantiſque naturæ; *vna quia ſimplex, quæ imitatur dicentem, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, & ipſi in nobis unum, ſint hæc eſt enim conſūmatio atq perfectio; undè & addidit, ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus, ego in te, & tu in me, ut ſint conſummati in unum: hæc eſt, ergo una Columba, atque perfecta, quę ſimplex, atque ſpiritualis, neque huius turbatur corporis paſſionibus.* ſic Ambroſius. *Vna* inquiunt tres Patres apud Theodoretum, *utpotè per di-*
Theod. *uinitatem uni, & ſoli Deo coniuncta, & apud ipſum immobilis manens. Vna*, inquit idem Theodoretus verba expendens de Virgine Matre, *quia inter tot animas omnium, qui ſaluantur, ut electa columba eſt, una illa ſola, que Christum genuit, Virgo Mater, puella Maria, quæ puritate profecto Cherubin, & Seraphim antecellit.* quam perſpiciens, & diuino afflatus Spiritu tantò antè cernens Salomon, tantis laudum prę conijs exornat; quam idem Theodoretus Paulò antè *immaculatiſſimam, qu in omnibus omnes omnium hominum generatores uocibus nunquam ceſſantibus beatiſsimam prædicāt*, vocitat. his igitur omnibus modis, quibus vox illa *una* a Doctoribus explicatur; pari ratione, ne dicam ampliori, de Virgine aptiſſime accipi poteſt; imò, vt verum fatear illa ſolummodo virgo, quæ per angularem originalis iuſtitiæ lapidem omnino confirmata, ac ſtabilita fuit in vita præſenti vna ſemper extitit, eo, inquam modo vna, quæ vna erat natura humana in ſtatu innocentiæ, quatenus videlicet per iuſtitiæ originalis donum eidem ſuperadditum ſic omnes uires ſuperiores, ac inferiores ſpiritali concordia, & pare connexas, & aſſociatas habebat; vt omnia prorſus vnum, ſeu vna exiſterent ſuplente Deo, & gratia ipſius, quod ad hoc natura minus habebat, quare & ſi quidem aliquo modo quælibet anima Sancta, de ea enim loquitur Ambroſius vbi ſupra ſit vna; ſola nilominus Maria ſimpliciter vna ſola qua innocens nata.

Maria Virgo omnium aromatum odore ſuprema & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata & cęt.

Dilucidatur alius percelebris ad Virginis Encomium ampliandum locus Cantic. 4. Cap. 11.

Quod Maria V. pratioſis unguentis delibuta, ac ueſtibus ornata fuerit. Sect. 1.

IN ſumma quando Deus ab æterno Sanctam Virginem Mariam Mundo dare diſponebat, alium quodammodo Deum in terris facere volebat, vt ſicut ipſe eſt, Deus in cęlo, ſic ipſa foret Dea in terra; ſicque Spiritus S. Deus eam ſibi in ſponſam accipiens Dea Deoq; in coniugium copularetur,

ex quo inſueto coniugio Deus naſceretur; ea propter ab inſtanti ſuæ Conceptionis, quandò primò eidem Spiritui Sancto obuia fuit: tanta gratiarum copia, & affluentia deliciarum cumulari cæpit: vt in illomet primo temporis inſtanti omnium Dei electorum innocentiam, & Sanctitatem ſola in ſe modo: ſuperius explicato complecteretur ſcribitur Geneſeos 28. & 29. cum Iacob præceptum Patris ſui de non accipienda vxore gentis Chanaam vellet implere, perrexiſſe in Meſopotamiam, vt ibi de filiabus laban auunculi ſui coniugem acciperet, accidit autem poſt longum iter, vt veniret in terram Orientalem, videretque puteum in agro, tres quoque greges ouium ibidem, iuxtà eumdem, cum Paſtoribus accubantes, qui accedens multa ab eis curiosè ſciſcitabatur: interim ecce Rachel veniebat cum ouibus Patris ſui (nam gregē ipſam paſcebat) quā cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & adaquato grege oſculatus eſt eam, quaſi præſagus forè, vt eam ſibi in vxorem traderetur, at puella eleuans vocem fleuit, & feſtinans omnia per ordinem Patri ſuo narrauit: factumque eſt, vt Iacob captus amore puellæ ſibi in coniugium copulandam curaret, quod, & geſtum eſt. Porro hæc illis Patribus, teſte B. Paulo, in figuris contingebant, Fortaſſis itaque, quæ tunc Racheli cum Iacob contigerunt, eorum figura erant, quæ Mariæ cum Spiritu S. euenire debebant, Is enim Spiritus Sanctus, (vt humano more loquar) filias de genere Chanaam deſpiciens aliquam vnam de filiabus labam, quam ſibi in ſponſam cęlitus copulare, quærebat, facta eſt autem illi obuiam B. Virgo Maria ſub Rachelis nomine deſignata, ſoror, & conſobrina ſua, de qua ipſe in Canticis *ſoror noſtra parua, & ubera non habet*, quam cum primò uidiſſet, & ſororem ſuam, vt more humano loquar, cognouiſſet, idm non ignarus, ſed certus futuri coniugij oſculatus eſt eam: hoc eſt in primo Conceptionis inſtanti, in quo primo ad Mariam benignè ſe ſe conuertit, eam multis priuilegiorum meritis, & benedictionibus cumulauit: id quippè ſonat vox oſculi, per quem veluti ſponſalia inter Mariam, & Christum Sanctum tunc primo celebrata ſunt, illa nilominus adhuc ignara miſterij ſentiens virtutem ſponſi fleuit, & cuncta Patri ſuo in ſcripturis nunciauit: donec approximante ſacri Coniugij die ad monita ab Angelo, & Cęleſtis ſecreti capax effecta conſentit in ſponſum, quem ipſa ex alia tunc parte ſuauiſſimis, ac amantiſſimis oſculis eſt, amplexata, atque id maximè fuit in cauſa, cur Beata Virgo Maria, & in Conceptione immaculata, & in generatione verbi Dei fuerit, ac manſerit in corrupta: quia videlicet tempore ſponſalium, quę primò tunc celebrata fuerunt, quandò

Gen.

1. *Corin.* 10.

Cant. 8.

quandò concepta fuit, Sanctòque Spiritus primò occurrit, ſuam in oſculo Sancto, habuit benedictionem: quæ de in, coniugio celebrato, precioſis virtutum omnium veſtibus amicta, ac ſuauiſſimis gratiarum vnguentis delibuta fuit, vndè canitur de ea in Canticis, *& odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*, ac ſubindè, *& odor, veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*, & rurſus *vidi ſpecioſam ſicut columbam cuius ineſtimabilis odor erat n mis in veſtimentis eius* quibus locis de hac ſacra puella Sermonem haberi mihi facilè perſuadeo, non ſolum, quia ex communi Eccleſiæ vſu, ac Sanctorum ferè omnium ſenſu plurima, quæ in Canticis continentur, de S. Maria congruè accipiuntur, verum etiam ſpeciali quadam ratione, quod nimirum præfata verba, ſicut &, id genus multa de alia quacumque perſona vt ex dicendis apparebit ſic indiſcriminatè veraciter affirmari minimè poſſuut; de tota verò eccleſia collectione ſumpta optime quidem; ſed nos de Beata Virgine in ſpecie eadem interpretabimur, de qua S. Mater Eclceſia canit *vidi ſpecioſam*, &c. Noſce autẽ decet plures ibi a Spiritu Sancto, perſonas inuicem eſſe collatas: dicitur enim, *& odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata*, vbi expoſitores per hęc aromata Sanctos omnes virtute præclaros intelligunt, quos B. Virgo ob ſuæ Sanctitatis excellentiam longè ante celluit.

Oſtenditur ex prædictis M. V. originalis iuſtitiæ dono in ſui Conceptione fuiſſe ornatam.
Sect. 2.

IAm verò quid Spiritus Sanctus de hac ſponſa ſua in præfatis verbis aſſirmare velit, intueamur.

Dicit primo *& odor vnguentorum tuorum, & cęt. ac ſubinde & odor veſtimentorum tuorum &c.* hec valdè obſcurum eſt, nam Beata Virgo Maria neque precioſis veſtibus vtebatur, ſed potius plebeio incedebat amictu; neque in illis aliquam aromatum fragrantiam quærebat, aut admittebat: hoc certum eſt, quid ergo? aromata tropicè, & per translationem Sanctos virtute inſignes ſignificant, qui vbique in ſcripturis ſub nomine aromatum, & odorum ſuauiſſimorum deſignantur; ſed quid per veſtimenta? latet quidem magnum miſterium; dicunt Sapientes, duo eſſe veſtimentorum genera, naturalium vnum: artificialium alterum; de artificiali vtique verba accipienda minimè eſſe nulli non dubium, quod Beata Virgo tale quippiam veſtimentum præcioſum aromatibus refertum nunquàm habuiſſe legatur; de naturali ergo ſermo in præſentiarum fuerit; de quo dicitur Iob. 10. *pelle, & carnibus veſti ſtime*; indicare vult ergo ſponſus tale, ac tam precioſum ſuæ ſponſæ à ſe factum fuiſſe indumentum; vt ... *Iob.*

oſſa, & totum Virginis corpus in eius organizatione, & productione quando ſcilicet pelle, & carne veſtiuit non modo ab omni fęditate, corruptione, & infectione ſeruatum fuerit at qui etiam puritate, innocentiaque tali præditum, vt ſua puritate omnium aromatũ genera longè antecellat; quod vtique non eſſet ſi caro illa Virginis Adæ corruptioni, & fæditati fuiſſet obnoxia, nil enim Dei, ac Angelorum naribus tam fætidum, ſicut quod libet peccatum ſed qui eam omni aromati præfert, quomodò Paulo poſt vni eorum tantummodò confert, dicens, *& odor vnguentorum tuorum ſicut odor thuris?* dubium iſtud ponit S. Gregorius Niſſenus, Orat. 9. in cant. & ipſemet ad rem noſtram mirificè ſoluit, verba illius, ſi videtur; audiamus; *at qui Paulò ante dixerat, fragrantiam vnguenti ſponſæ aromatibus vniuerſis excellentiorem eſſe; quo fit, vt hic priora videantur euerti encomia ſiquidem ea, quæ hacte nus omni aromati eſt, prælata, nunc per comparationem cum vno ex aromatibus confertur, ait enim; & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris: verum enimuero quia peculiari quadam ratione thuris ſuffitus honori nominis diuini deſtinatus erat; idcircò ea, quæ omnia excellere aromata prius indicata eſt; nunc etiam digna ſtatuitur, quæ vna cum illo conferatur, quod Deo ſacrum eſt;* ſic S. Gregorius, & ille quidem in communi de ſponſa, nos vero congruentius in ſpecie de Virgine Glorioſa, ex quibus non obſcure colligitur Beatam Virginem iam per gratiam eouſque fuiſſe euectam, vt non modo Sanctos omnes pietate ſuperarit; atqui etiam Deo ipſi per omnimodam innocentiam ſimilis fuerit effecta: quaſi enim parum viſum eſſet ſapienti eam omni aromati, prætuliſſe, actutum thuri conferre voluit dicens, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris; hęc porro ſimilitudo cum penes graduum intenſionem minime poſſit attendi, ſic enim quæcumque Sãctitas Creaturæ, quantacumque illa ſit; magis diſſimilis, quàm ſimilis Dei Sanctitatis reperitur, ſuperat, vt penes extenſionem, capiatur, vt videlicet eatenus iam Dea terræ Virgo Sancta, Deo ſimilis per gratiæ plenitudinẽ dicatur quatenus ſicut Deus ſua puritate per naturam peccatum nullum agnoſcit; ſic B. Virgo per gratiam ab omni culpa immunis exiſtat, quod ſubindè declarans idem S. Gregorius talem concluſionem in Laudem ſponſæ ex præmiſſis deducit. *itaque huius ſententia enigmatis talis eſt; indumentum, ò ſponſa, tuum ex uirtutibus diuinam beatitudinem imitatur per puritatem, ac ſtatum vitioſitatis expertem, naturæ illius in acceſſæ ſimilitudinem referens* Hæc ille, ex quibus colligas ſic Beatæ Virgini hoc loco ſcilicet Sancto dictante a Salomone illud, quod ſolius Numinis Diuini proprium eſt, per analogiam eſſe tributum, quemadmodum eodem Sipritu Sancto

S. Greg.

cto inſpirante, nomen Dominæ excelſæ quod ſolius Dei proprium eſt, perſonæ eiuſdem Beatæ Virginis alibi ab Eccleſia cõmunicatũ fuiſſe oſtendimus. cato itaque ac totum corpus Beatę Virginis abeo inſtanti, quo anima Sanctiſſima eidem fuit infuſa ex ſpeciali ſponſi priuilegio ab omni fœditate, & corruptione præſeruatum fuit, atque adeo veſtimenta ipſius caro nimirum, & totum corpus, quibus in ipſa ſui Conceptione induta fuit, tanta, ac tali fragrantia redundare narrantur vt ipſius thuris Diuino numini conſacrati ſuauiſſimum odorem imitentur cum autem originalis culpa a Theologis culpa naturæ, & carnis comuniter appelletur quia ex carnali generatione contrahitur ideo recte ad originalem iuſtitiam inſinuandam, veſtimenta ſponſæ, carnem ſcilicet ipſius, ac totum corpus tali fragrantia referta eſſe perhibentur ex quo ſane oſtenditur ab omni prorſus corruptione, & infectione, virtute ſponſi, ea diuinitus fuiſſe præſeruata, ac ſubinde animam originalis iuſtitiæ domo ornatam carni illi ab infectione præſeruatæ fuiſſe infuſam; Quare nil obſtat, quominus veſtimentorum nomine ipſam originalem iuſtitiam abſolute intelligamus; quibus veſtimentis induti parentes noſtri; vti eleganter aduertit S. Io. Griſoſt. Hom. 16. in Gen. nudi proprie non erant, quando quidem illos ſuperna gratia quouis veſtimento honeſtius tegebat. clare hinc propterea colligemus, B. Virginem ab inſtanti Concep. Innocentiæ originalis dono, & veſte fuiſſe indutam, nam propterea eiuſdem Beatæ Virginis veſtimenta omnia aromata ſuperare dicuntur; quoniam ſuperno illa gratia quouis veſtimento honeſtius obtexit; veſtimento inquam iucunditus & exultantes; iuſtitiæ, & innocentiæ originalis; quibus veſtibus ijdem parentes noſtri tunc demum nudos ſe eſſe cognouerunt, quando gratiam & innocentiam per peccatum perdiderunt, *cum cognouiſſent ſe eſſe nudos*, Gen. 3. *ideſt*, exponit ibidem Rupertus, *cum ſe honore, in quo poſiti erant, & conditi ſpoliatos, & iumentis comparatos ſine omni Dei protectione nudatos eſſe animaduertiſſent*. ſic Rupertus. non illa cęleſtis ſponſa, ipſa namque precioſis veſtibus ab inſtanti conceptionis fuit induta: quæ propterea merito a dextris ſponſi in veſtitu de aurato aſtitiſſe deſcribitur Pſ. 44. *Aſtitit Regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato*: qualiter B. V. a dextris ſponſi erecta, ac mira arte ſtabilita aſtitiſſe dicatur ſatis ſuperque ſuperius declaraui; in præſentiarum de veſtibus ipſius aliquid laconice adijciendum. *ſtetit igitur coniux*, ſic enim legit S. Hieron. *in diademate aureo*, ſiue *in ueſte deaurata*, hoc eſt, innocentiæ dono induta; id quippe ſonat veſtitus de auratus quo Deus primum hominem veſtiuit ſecundum illud Eccleſ. 17. *Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imagi-*

S. Griſ.

nem fecit illum, & ſecundum ſe ueſtiuit illum uirtute quod de gratia originali S. Bon. in prolog. 2. ſent. interpretatus eſt: & verò his veſtibus ornatum decebat eſſe ſponſam, quæ erecta a dextris ſponſi aſtare debebat, vt eandem cum ſponſo tum ratione erectionis, & firmitatis, tum ratione veſtitus famam præſeferret: ſiquidem ſponſus ipſe precioſis in veſtibus vnguentis delibutus eſſe pręmittitur *mirra, & gutta, & caſſia a ueſtimentis tuis*, ſiue vt legit S. Griſoſt. *in omne ueſtimentum tuum*, ſiue vt alij *in cunctis ueſtimentis tuis*, ac ſponſæ ornatus ex ipſis veſtibus precioſis ſubnectit. *aſtitit Regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato*, vt oſtendatur eadem innocentiæ, ac iuſtitiæ originalis ueſte ſponſum, & ſponſam fuiſſe ornatam, vnde non ſolum omnia aromata ſuperare. at qui etiam thuris ipſius fragrantiam ſuo modo æquare perhibitur, non enim ordinarius odor, qualis in alijs ſanctis, ſed ſingularis, ipſi exceſſum quendam ſonat, vnde nimius fuiſſe adiungitur.

Maria Virgo, ſicut & Chriſtus, bis prædeſtinata, ſemel ad Matris dignitatem, iterum ad gratiam, & gloriam, Et utroque modo ante culpam, & ſtatum peccati.

Sect. vltima.

HIs itaque veſtibus indutam Sponſam in conſequentibus hortum conclusum, fontem ſignatum, ac demum Paradiſum ipſe ſponſus gratioſe appellat, dicens, *Hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ Paradiſus*. Addit Eccleſia minorum in Miſſa Conceptionis, ad offertorium, *ò Maria*. quo de hac Virgine encomium intelligendum eſſe minimè ambigamus. Sed, vt illa in præſentiarum quæ ad hortum concluſam ſpectant, ſileamus, de quibus præclara ſcribit S. Greg. Niſſ. orat. 9. in Cant. quæ etiam mirè laudes Mariæ commendant, ea ſolummodo, quæ ad fontem ſignatum, & ad emiſſiones pertinent, conſideranda proponimus. Et ad fontem ſignatum quod attinet, mi[...]s pariter alijs multis, quæ ex Patribus circumferri poſſent, ea tantummodo adducere contentus ero, quæ nobis mellifluus S. Bernardus exarata reliquit, ex quibus tam aptè, & perſpicuè immaculatam Virginis Conceptionem comprobari poſſe ſuſpicio, vt nil aptius, aut clarius deſiderari poſſe videatur. Is igitur, Serm. 2. in Natali Domini, vbi primò animæ, ac corporis coniunctionem, quæ Charitatem commendat, deſcripſit, docuitque omnem corporis pulchritudinem, omnemque ſenſum ab anima eſſe, ita vt truncus in ſenſibilis eſſet caro inanimata, hęc alia, ad rem noſtram, continuò ſubiunxit; *Et quidem magna hæc coniunctio, ſed ſi ſtabilis permanſiſſet. Nunc autem licet Diuino fuerit munita ſigillo, ad imaginem quippe, & ſimilitudinem ſuam creauit Deus hominem: cum diruptum eſt ſigillum, & unitas diſſipata;*

Greg. Niſſ.

S. Ber.

pata: accedens peſſimus ille latro recens ad huc ſigillum fregit, & ſic mutata ſimilitudine Diuina, comparatus & eſt miſer homo iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Rectum quippe fecit Deus hominem, atque hæc ſimilitudo eius, de quo ſcriptum eſt, quia rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. veracem quoque. & iuſtum fecit eum, ſicut & ipſe veritas, & iuſtitia eſt, nec vnitas ipſa poſſet diſiungi, dum ſigilli huius integritas permaneret. Verum ſuperuenit falſarius, qui indoctis ſigillum promittens melius fregit, quod erat manu Diuinitatis impreſſum. eritis, inquit, ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum. O maleuolè, ò maligne, ad quid eis huius ſimilitudo ſcientiæ; ſint certe ſicut Dij, recti, iuſti, ueraces; ſint, ſicut Deus, in quem peccatum non cadit. Hoc quippe ſigillo ſtante, ſtabit vnitas illa. Iam experimur miſeri, quid nobis perſuaſerit verſutia Diabolicæ fraudis? fracto namque ſigillo; ſequitur amarum diſſidium, triſte diuortium. Hæc Bernardus. ex quibus clariſſimè colligas, ſigillum Diuina manu in homine primo impreſſum fuiſſe imaginem illam cęleſtem, ac ſimilitudinem Diuinam, ſecundum quam primus homo originalis iuſtitiæ, ac innocentiæ dono a Deo primitus fuerat ornatus, quò ſigillo ſimul vnitas, & pax inter diſſidentes humanæ naturæ ſubſtantias ſeruabatur, eo modo, quo alibi in hoc eodem opere, ex doctrina S. Tho. aliorumque Theologorum vberius explicauimus; fracto itaque ſigillo, eo videlicet iuſtitię dono ablato, eam imaginem, ac ſimilitudinem cęleſtem exuit, terrenamque ac animalem aſſumpſit, ac inter diſſidentes humanæ naturæ ſubſtantias amarum diſſidium, ac triſte diuortium ſequutum eſt. Id enim totum in ſumma eſt, quod verbis illis D. Bern. indicauit.

Hęc iam nos ad rem noſtram ſcripturæ, quam præ manibus habemus, applicantes, fontem Mariam Virginem interpretamur, fontem vtique ſignatum non alio ſigillo, quam illomet, quo Deus primum fontem Adam videlicet ſignauit, dono nempè iuſtitiæ originalis, ſed ſuperuenit in Adam falſarius, qui ſigillum melius promittens fregit quod erat manu Diuina impreſſum, quo ſigillo fracto, ſequutum eſt amarum diſſidium. Non ſic autē cęleſtis ſponſa Maria, quæ vna in tota humana natura ſigillum integrum, ex ſingulari Dei prouidentia, ſeruauit; quam propterea optimè ſponſus ſignatum fontem appellat, dicens, *fons ſignatus*, ſignatus vtique ſigillo cęleſtis illius imaginis, ac Diuinæ ſimilitudinis qua primus homo diuinitus ſignatus fuerat. Quid, quæſo, ad probandam immaculatam Virginis Conceptionem hoc argumento aptius? aptiſſimum ſane non ſubſiſtit tamen ſponſus; ſed alia adhuc in laudem ſponſæ adiungit, dicens, *Emiſſiones tuæ Paradiſus*. non enim contentus tot, tamque magnifica hactenus de ſponſa protuliſſe, quod nimi-

rum

rum tota pulcra, quod cathalogus aromatum, quod hortus concluſus, fons ſignatus exiſtat; ne in his quidem ſubſiſtit, ſed tantum ad incrementum panegyricum ducit, vt emiſſiones ſponſæ Paradiſum nominet. ſed quid emiſſiones iſtæ ſignificant; geminam, vt puto, Beatæ Virginis prædeſtinationem eſt enim vox emiſſionis ad Sacramentum prædeſtinationis inſinuandum ſatis accommodata; vnde Beatus Thomas prima S.Tho. parte quęſt. 23. a. 1. prædeſtinationem eſſe quãdam Diuinam tranſmiſſionem, ſcriptum reliquit, *qua tranſmiſſione rationalis creatura ęternæ vitæ capax perducitur in ipſum, quaſi a Deo tranſmiſſa, ſeù emiſſa, eo propè modo, quo ſagitta a ſagittante emiſſa, ſeù tranſmiſſa ad metam pertingit.* ſic S. Tho. Rectè vtique igitur, dixerit aliquis, ſed cur emiſſio huiuſmodi Paradiſus nuncupatur; cur etiam plurium, non vnius emiſſionis mentio habetur, cum vna ſit ſingulorum hominum tranſmiſſio, ſeù prædeſtinatio, & emiſſio; cur tandem Paradiſus malorum punicorum quorum arbores, & trunci, vt etiam notauit S. Niſſen. Niſſenus, ſpinoſi vndique exiſtunt; omnia hæc vtique innuunt aliquid, ſignificare volunt aliquid: intentos vos volo. Plures emiſſiones geminam, vt tetigi, Mariæ prædeſtinationem ſignificare exiſtimo; alteram, qua præordinata eſt Mater Dei in dignitate, cui in Chriſto, debita proportione, correſpondet prædeſtinatio, qua prędeſtinatus eſt, filius Dei in virtute; altera, qua prædeſtinata eſt, filia Dei in gratiam, & gloriam, cui altera ſimilis, ſuo modo, correſpondet in Chriſto; quod enim Beata Virgo vtraque prædeſtinatione prædeſtinata fuerit, ad dignitatem S. Matris, & donum gratiæ, & gloriæ, illud cum primis facile declarat, quod Chriſtus pariter gemina prædeſtinatione prædeſtinatus fuerit, deinde quòd ad vtrunque donum non niſi a Deo emiſſa & tranſmiſſa pertingere valuiſſet; ſed prædeſtinatio Mariæ, ſicut etiam prædeſtinatio Chriſti in eo a prædeſtinatione cęterorum hominum fuit abſimilis, quod aliorum prædeſtinatio eſt de Inferno ad Paradiſum, de damnatione mortis ad vitam, & gloriã ſempiternã quia eſt a ſtatu peccati prędeſtinatio verò Chriſti non item. quod egregiè conſiderauit S. Bon. in 3. d. 11. a. 1. q. 1 ſic S.Bon. fatus, *ſi loquamur de prædeſtinatione noſtra, & Chriſti, in comparatione ad ſtatum, a quo, ſimpliciter, eſt differentia; nam nos per gratiam prædeſtinationis eripuit de ſtatu peccati, & de maſſa perditionis: hunc autem ſtatum non eſt reperire in Chriſto aliquo modo.* ſic ille. ex quibus clariſſimè lucet, noſtrum omnium prędeſtinationem, & tranſmiſſionem non eſſe totam, & vtrinque Paradiſum; immò ex vno termino, & parte Infernum, & perditionem. Prædeſtinatio porrò Chriſti tota, & vtrinque Paradiſus eſt; cui proportionaliter fuit ſimilis prædeſtinatio

tio

tio Mariæ; neque enim Deus per gratiam prædeſtinationis Mariam de ſtatu peccati, aut perditionis eripuit, ſed a peccato præſeruauit, & in ſtatu gratiæ ſemper conſeruauit, ideò vtrinque, & ſimpliciter Paradiſus fuit, de qua benedicitur, *emiſſiones tuæ Paradiſus*. ſed ad quid additum illud, *malorum punicorum*: quia & ſi Maria a ſtatu peccati non fuit eruta, fuit tamen præſeruata, ne ſtatus ille ab ipſa radice, & arbore, ad fructum, & poma pertingeret; ideò Paradiſus malorum punicorum, ideſt ab arbore vndique ſpinoſo deſcendens, qui arbor in fructum etiam pomorum ſpinas, & maculas peccati transfundere debebat; ſed Dei operante virtute, poma ſic præſeruata noſcuntur, vt rectè dicantur *Paradiſus malorum punicorum*; Paradiſus, inquam, qui ſpinas, vnde originem duxit, obijcit, ſed ſpinas in ſe non habuit. Quare ſi benè aſpicitis, & attenditis, hæc profectò ſententia ei ſimilis eſſe agnoſcitur, in qua Angelum ad Maria, miſſum fuiſſe dicimus, antequam Æuam in Adam venenum a Serpête per aures eius immiſſum refunderet, ac ad totius poſteritatis originem immitteret; prius enim tranſmiſit, & emi ſit Deus Mariam ad gratiam, & gloriam, beneficio prædeſtinationis, quam Æua, aut Adam eam trâſmitteret ad ſtatum culpæ, & perditionis; idcircò de quadruplici illo ſtatu, de quo Magiſter, in 3. d. 16. agit, *Magiſt.* Maria ſimul cum Chriſto etiam primum habuit, hoc eſt immunitatem peccati; quia, ſicut Chriſtus de altitudine humanæ naturæ ante peccatum venit (hoc enim ex gloſſa ſonat illud Io. 3. *Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt*) ita Maria ante peccatum de ſurſum venit, *Io. 3.* hoc eſt, prædeſtinata eſt nec enim Chriſtus ante peccatum de altitudine humanæ naturæ venit, quin ſimul venerit Maria a qua, & ex qua in æterna Dei ordinatione idem Chriſtus humanam ante peccatum naturam accepit ſed vt hanc veritatem clarius, quam fieri poteſt, ob oculos ponamus, ipſam gloſſam adducamus, *Qui de ſurſum venit ſuper omnes eſt, ideſt qui venit de altitudine humanæ naturæ ante peccatum primi Parentis.* ſic gloſſa ordinaria, quæ communiter tribuitur Sancto Aug. & habetur in 3. diſ. 16. Vocat autem (vt reor) altitudinem humanæ naturæ, quæ fuit ante peccatum, quia non cecidit, ſed ſtetit; ſed ſicut Chriſtus de *Gloſ.* altitudine humanæ naturæ venit; quia naturam ante peccatum primi Parentis, ex illa Diuina præordinatione, ex Virgine ſumpſit, ſic ſimiliter Virgo, ex qua eam naturam ante peccatum ſumpſit, ante peccatum prædeſtinata fuit, vt eam naturam ſine culpa ante peccatum Chriſto impertiret; Et quia prędeſtinatio, vt ait S. Tho. 3. p. q. 24. a. 1. *eſt quædam Diuina ordinatio ab æterno de his, quæ facienda ſunt in tempore*; ideò ſicut Maria cum Chriſto prædeſtinata fuit ab ęterno ad Matris dignitatem, ſtatumque

que gratiæ, & glorię, antequam ab Adam tranſmiſſa eſſet ad ſtatum culpę, ideò in tempore deſcendens ab Adam ſecundum naturam, ab ipſo tamen, ſicut & Chriſtus, non contraxit culpam, ſed Dei priuilegio pręſeruata fuit, ne ad ſtatum culpę aliquo modo pertingeret. Rectè propterea emiſſiones eius, ſeù tranſmiſſiones, & prędeſtinationes Paradiſus eſſe deſcribuntur. *emiſsiones tuæ Paradiſus.*

Maria Virgo non conſenſit in eſum pomi noxialis Obijcitur alius ad Virginis encomium aggerandum locus In portis noſtris omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi Cant. 7. C. 13.

CArnem Glorioſę ſemper Virginis à principio ſuę formationis, totumque ipſius corpus, & Animam maxima propter ſpeciale ſponſi, & filij ſui priuilegium, fuiſſe puritate, & innocentia dotatam ex hactenus dictis, potiſſimum verò capite pręcedenti ſatis diluti deapparet; quo tamen veritas hęc magis, ac magis adhuc illuceſcat nouum nunc de Canticis Canticorum deſumptum proponitur cogumentum; in his enim Canticis, quaſi quodam amantium iuterlocutorium dialogum ſponſus, & ſponſa, nunc ille loquens, & iſta audiens; iterum ille audiens iſta loquens; vti totum cum libro legenti, & conſideranti conſpicari, facillimum erit. Poſt quam itaque capite antecedenti, qualiter ſponſus ſponſam allocutus fuerit, conſpexerimus; videamus in pręſentiarum, quemadmodum ipſa tantarum gratiarum copiam inſponſum refundens, tali illū Sermone gratioſa interpellet. *mane ſurgamus ad vineas, ibi dabo tibi vbera mea, in portis noſtris omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.* quoq; facilius huius miſticę inter locutionis ſecretum intelligamus, illud curandum, nè labatur memoria, quoniam videlicet pacto, iuxtà placitam Angelico Doctori ſententiam, peccatum originale ab hominibus Adæ filijs contrahi contingat; in quantum nimirum omnes nos veluti vnius corporis membra ab vna Adę voluntate mouemur, ità vt non noſtra, ſed illius voluntate hoc malum contrahamus, quatenus & nos filij per voluntatem; & in voluntate patris pręceptum diuinum infrigentes eſui pomi conſenſum prębuimus, hinc verò mox ſubinferamus, ſi quis fortè in eam Patris voluntatem minimè conſenſit, & pomum, iuxtà Dei mandatum, minimè violauit, at qui potius ſeruauit, futurum, vt huiuſmodi originalis lege peccati minimè obſtringatur, peccatum enim non eſt, vbi voluntas aliquomodo in ipſum peccatum non operatur. Iam verò relictis multis, ac varijs ſignificationibus, quas ex prędictis, canticorum verbis Doctoris Sancti ſolita ſapientia, & diligentia deriuant, alij de Eccleſia, de Anima iuſti alij ea explicantes, vnamque tan- S.Tho.

tum-

tummodò mandragorę, cuius ſimul facta eſt mentio, qualitatem conſiderantes: quod ſcilicet vt notauit Rupertus, ibidem medeatur ſterilitati: quippè quę multum ad rem noſtram facit, quatuor nimirum indicat, Beatam Virginem, quę de ratione Virginitatis ſterilis erat, vt idem Rupertus alio loco affirmat: *Ruper.* tamen Dei gratia per virtutem Spiritus Sancti odorem ſuum in eam efflare faciētis à ſterilitate ad fœcunditatem deductam eſſe, aſſerimus, congruentiſſime hic de hac Virgine eſſe ſermonem, in qua, vt dictum eſt, virtute Spiritus Sancti odorem mandragorę emittentis, omnis eius ſterilitas ſanata fuit: & ità fęcundata, vt multò plures eſſent filij huius deſertę, quàm eius, quę habet virum: hęc itaque Virgo Sacra Spiritus Sancti virtute fęcundata ſic ſe ipſam omninò Immaculatam, amoremque ſuum dilecto ſuo, ipſo tamen operante, tàm perfecte cuſtodiſſe reperitur: vt in nullo vnquàm ab eius voluntate, lege, aut mandato, ſiuè nouo, ſiuè veteri receſſerit: verba attentius, ſi guſtare velimus, attendamus. *In portis noſtris, inquit, omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi*; loquitur Beata vèl ad ſponſum eius, vèl certè ad filium eius dilectum, quibus lęta ſuę Immaculatę puritatis normam oſtendit, dicens, *in portis noſtris* &c. quid per portas deſignatur? portę iſtę, prout verba ſonant, ſunt communes: quare non vſque ad eò congruè per portas aliquid vni particulare, quidquid illud ſit, accipi poſſe videtur: cum apertè portas haſcè per verbum, *noſtris*, pluribus cōmunis eſſe indicetur: Arbitror ego, per portas hic illum eundem introitum, & exitum, quo ſcilicet intratur in mundum per generationem, & exitur per corruptionem, ſicut ſupra vberius explicauimus, importari, quas portas ſpōſa idcirco communes appellat, ſiue quia quicquid habet ſponſa commune eſt, illi cum ſponſo, ſiue potius quia per has portas ſimul cum ſponſa ingreſſus, & egreſſus eſt, ſponſus: *diligit* enim *portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*. vt dicitur in Pſ. illo 86. quem totū de Maria expoſitores ferè interpretari *Pſ.* ſuperius aſſeruimus: & apertè Titelmanus annot. in Pſ. 9. ver. 13. & *Titel.* 14. portas in ſcripturis aliquid, quod ingreſſum denotat, & egreſſum, ſignificare aſſeuerat: tam ſpecioſum ergo, & amabilem ingreſſum Marię in hanc vitam per ſui Conceptionem, & egreſſum per mortem indicat Profeta: vt Dominus plus Marię Conceptionem diligat, ac eius mortem amet, quam aliorum omnium Sanctorum integrę vitę conuerſationem: id namque ſignificat plus huius palatij, aut ciuitatis, quam totam ipſam aliorum domum, aut ciuitatem diligere: vulgo etiam dicitur vale più le porte del palaggio del Signor tale, che non vale tutto il palaggio di quell'altro Signor tale: in quo Mariam Conceptus

diſcri-

diſcrimẽ ab alijs mirè deſignatur; reliqui enim in ingreſſu ad vitã co mitem habent Diabolum, & peccatum ſemper; plerumque etiàm eumdem habent in egreſſu ad mortem; hæ namque ſunt portæ, quas hic ſponſa commemorat, vitæ nimirum, & mortis; Maria verò non ſic, ſed ſimul cum ea ingreſſus, & egreſſus eſt Spiritus Sanctus, & gratia ipſius; vnde bene ſubdit: *omnia poma noua, & vetera dilecte mi, ſeruaui tibi*: poma hæc, iuxtà expoſitionem Sancti Ambroſij Serm. 22. in Pſal. 118. ver. 8. D. Auguſt. 20. de Ciuitate Dei c. 4. Theodoretum hic, & alios, væteris, ac nouæ legis præcepta important, porrò inter vetera præcepta præceptum Patribus noſtris, ſimul atque omnibus nobis, de eſu pomi noxialis, de quo Gen. 2. omnium vtique antiquiſſimum, contineri mihi certiſſimum eſt; vult ergo indicare Beata Virgo Maria, omnia præcepta vitæ, & mortis, legis naturæ, ſcriptæ, & quomdolibet alio modo quocunque tempore editæ ſic ad amiſſionem fuiſſe ab ea ſeruata, vt nil eorum vnquam prætererit, Vnum tantummodò ad huius argumenti vim infringendam adduci poſſe videtur, quòd nimirum Sanctus Ambroſius vbi ſuprà, Beda, & alij ſolum de Eccleſia, ratione capitis eius, qui Chriſtus eſt, quique ſolus fuit abſque peccato, & legem impleuit, hæc dici poſſe affirmant; cęterum cum ex ipſis textus verbis non ſponſum ad ſponſam,

Amb. *Auguſt.* *Teod.* *Gen.*

ſed ſponſam ad ſponſum, ac ſubinde non Chriſtum ad Eccleſiam, at qui potius Eccleſiam ad Chriſtum eſſe quæ loquitur non obſcure conijciatur præfata verba ad Eccleſiam quidem, vt præfati Doctores inſinuant, aptius tamen ratione Beatæ Virginis, quæ præcipuum eiuſdem Eccleſiæ membrum eſt, vel recte ad ipſam Beatam Virginem filium eius Dilectum, aut ſcilicet Sanctum ſponſum eius dulciſſimum alloquentem referenda eſſe aſſerere valemus. ſiue autem intelligamus Beatam Virginem ſiue Eccleſiam nomine ipſius loquentem, illud ex hoc loco ad Virginis Conceptionem demonſtrandam deducimus, quod Beata Virgo omnia Dei pręcepta, nullo vnquàm prætermiſſo, inuiolabiliter ſeruauit, hoc enim eſt illud, *omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi*, videlicet (vt vertit paraphraſticè Theodoretus) *veteris, ac noui teſtamenti præcepta ſeruaui tibi, & integrum depoſitum cuſtodiui*, & licet Sanctus Ambroſius præfatum locum exponens ad ſolam Sanctam Matrem Eccleſiam vt dixi attinere poſſe his verbis inſinuet, *ſola hoc poteſt dicere Eccleſia, hoc eſt enim dicere, teneo mandata omnia noui ac veteris teſtamenti; quod ſola dicere poteſt Eccleſia, quæ propterea etiam dealbata aſſeritur, quæ vtriuſque gratia fulgeat teſtamenti* hæc ille quibus illud mihi argumentum formare voluiſſe videtur quo nimirum oſtenderet, ſolam Eccleſiam quæ vna ſub vtroq; teſta-

Theod. *Amb.*

ſtamento ſemper fuit, licet diuerſa pro temporis diuerſitate præcepta habuit; vtriuſque teſtamenti præcepta cuſtodire potuiſſe cęterum cum & Chriſtus, & Maria tempore vtriuſque teſtamenti extiterit; vtriuſque pariter teſtamenti tam veteris, quam noui prę cepta cuſtodire, ac vtriuſque gratia fulgere potuit; quare in Virginem præclaram verba prædicta mirifice quadrare, rectiſſimeque de ea pariter interpretari poſſent nulla ratio obſtare poſſe videtur, immo vbi de præceptorum obſeruantia agitur eatenus prædicta ſententia ad eccleſiam ſpectare putanda eſt quatenus eius prçcipuo membro, quod eſt, Maria conuenire dignoſcitur quæ ſola inter puras creaturas eccleſiæ militaris dicere poteſt, *omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi*, quæ propterea etiam candida, & de al bata aſſeritur quæ vtriuſque ſtatus, & teſtamenti gratia, & iuſtitia reſplendeat.

Sed enim morales, ac miſticas expoſitiones miſſas faciamus; & ſonum litteræ prout ſyllabę ſonant, attendamus: fortaſſe enim hinc Beatam Virginem nulli vnquam præcepto aut legis naturæ, & ſcriptę, aut euangelicę contraueniſſe reperiemus; mementote veteris illius prçcepti, quo Deus patres noſtros, ac nos omnes ab initiò conſtrinxit; ne videlicet de fructu, & pomo vetito comederemus; quòd prçceptum quia præ-
Gen. 2. ceptum factum Patribus noſtris fuit de non edendò pomo, vt communiter aſſeritur; quod quia in obediendo violarunt, non modò ipſi ſeipſos, verùm etiam omnes ſibi in eum eſum ſuomodo conſentientes in culpam intruſerunt; at verò Beata Virgo, vt ex ipſo ſono verborum lucet, pomum non violauit, in eſum minimè conſenſit, quin potius intactum ſeruauit; & cuſtodiuit ergo Beata Virgo peccatum originale minimè contraxit.

Maria Virgo rectiſſima, & eleuatiſſima, cuius collo, Diabolus nunquam ſuæ Tirannicæ ſeruitutis iugum, aut catenas impoſuit. collum tuum ſicut turris.

Intexitur alius ad Virginis Encomium extendendum locus Dauid Cant. 4. C. 14.

Quod Adam ſibi, omnibuſque ab ipſo deſcendentibus, per Originale peccatum, graue ſuper collum iugum impoſuerit. Sect. 1.

DEum ab initio feciſſe hominem rectum perſpicuè indicauit ſapiens illis aureis verbis, quę in calce 7. Eccleſiaſtę capitoli perleguntur: *ſolummodò hoc inueni,* Ecle. *quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus,*

bus, quo loco de prima hominis formatione, quando Deus ab initio mundi hominem innocentem, & rectũ formauit ſapientem eſſe locutum conſtantiſſima eſt Patrum, ac expoſitorum ſententia, vndè & clarius in Hebręo legitur: *Cognoui, quod Deus Adam rectum ſe cerit*; & in Caldeo, *Cognoui, quod fecit Deus primum hominem rectum antè ſe, & innocentem, quem tamen Serpens & Eua ſeduxerunt, vt comederet de arbore, cuius fructum comedentes, bonum, & malum ſcire ſe poſſe arbitrarentur, & fuerunt cauſa, vt veniret ſuper eum dies mortis, & omnibus generationibus ſæculi*: Porrò quęnam ſit iſta rectitudo, in qua primus homo a Deo factus eſſe perhibetur, varia, ac multigena eſt expoſitorum opinio; verum ea eſt, communior, & verior, quę hominem primum in iuſtitia originali, & gratia conditum eſſe aſſeuerat, cuius rectitudinis ratio in eo potiſſimum poſita erat, vt nempè caro ſubijceretur Spiritui, ac portio inferior ſuperiori, & vtraque, inferior nempe, & ſuperior, Deo ſubeſſet, & Creatori; id quod egregiè indigitauit Rupertus ad 2. Geneſ. c. 40. vbi Adam, & vxorè eius nudis exiſtentibus nullam nilominus erubeſcẽtiam accidiſſe deſcribitur, quod perpendens memoratus auctor, & Doctor, ita ad rem noſtram perpulchrè diſcurrit, *Rectiſſimus Deus hominem non niſi rectum feciſſe creditur; rectitudo autem hominis in eo eſt, vt carni Spiritus, vt pote inferiori ſuperior præſit, & imperet, & hæc illi iuſſa adſit, & obtemperet.* hęc ille, quibus conniuens B. Tho. p. p. q. 95. ar. 1. ità de rectitudine primi hominis Angelico ſtilo, Angelicis verbis effatur, *quod homo fuerit conditus in gratia videtur requirere ipſa rectitudo primi ſtatus, in qua Deus fecit hominem ſecundum illud Eccleſiaſtæ. 7. Deus fecit hominem rectum, erat enim rectitudo ſecundum hoc, quod ratio ſubdebatur Deo, rationi verò inferiores vires, & animæ corpus; & prima ſubiectio cauſa erat ſecundæ, & tertiæ*, ſic, & ille, qui mox, hanc ſubiectionem non purè naturalem, quod alioqui poſt peccatum adhuc in natura permanſiſet, verum potius ſecundum ſupernaturale gratię donum fuiſſe adiungit, quo deſerente protinus rectitudo illa amiſſa eſt, ac in eius locum obliquitas rationis contra Deum, ac inferiorum virium aduerſus rationem, carniſque, & corporis contrà Spiritum, & animam ſuffecta: illud porrò gratię ſupernaturalis donum, vt idem Sanctus Tho. ad ar. 2. q. 101. conſpicuè affirmat, originalis iuſtitię radix erat, ità vt tandèm ex D. Tho. rectitudo, in qua primus homo conditus fuiſſe aſſeritur, vtramque ſimul, gratiam ſcilicet, & iuſtitiam originalem cohiberet, gratiam quidem tanquam radicem, & cauſam, iuſtitiam verò veluti formam, & effectum. Pręclara pręterea ſunt, & iucunda, quę in hanc eamdem ſententiam Sanctus Bonauentura Doctor Seraph. per totum ferè 2. ſent. prologum pro-

Margin notes: Rupert. — S. Tho. — S. Tho. — S. Bon.

prologũ exarauit quid plura? deficiet me tempus, ſi omnium Sanctorum Patrum, ac Sacrorum Theologorum authoritates ad hanc veritatem comprobandam hoc loco ſimul in vnùm cogere, & agglomerare voluero; ad vlteriora igitur progrediar, ne actum iam agere velle videar, Porro non ſine cauſa ſapientem ad iuſtitiam originalem exprimendam vocem rectitudinis tranſtuliſſe exiſtimo, rectitudo quippè aliquandò erectionem ſignificat, vndè rectus dicitur quaſi ſurſum ad Cęlum erectus, quę erectio, vt eruditè, de more, loco ſuperius citato, explicat Seraph. intus reſidet in anima, quę ad Deum eſt, conuerſa; exterius verò apparet in corpore erectam ad Cœlum inter omnes alias Creaturas figuram habente; quo ſanè ſenſu rectitudo, & erectio deiectioni; ſeù depreſſioni opponitur: interdum rectitudo directionem importat, ſicque obliquitati contrariatur, vt linea recta, via recta, quę non obliqua, non torta: quocumque autem modo rectitudo capiatur, ad rem noſtram, originalem iuſtitiam clarè indigitat, vndè plerumque rectitudo ipſiſſimo nomine iuſtitię interpretatur. Creatus igitur homo in rectitudine tamdiù in ea permanſit, quamdiù ſibi ſuper collum peccati iugum impoſuit à quo innumera onera, eaque grauia, & importabilia deriuantur, vndè benè ſubditur. *Ipſe autem ſe innumeris miſcuit quæſtionibus*, quę vtique verba ad indicandum hominem ex propria voluntate ſibi eam rectitudinis rationem abſtuliſſe, omniaque pariter mala intuliſſe, poſita eſſe nemo non videt: vbi enim primus homo conſenſum in malum exhibuit iugum ſibi ſuper collum, quo deprimebatur in terram, impoſuit, eamque ſubindè rectitudinem, in qua conditus erat, ſibi, ſuiſque omnibus perdidit. Ab hoc tamen iugo, ob ſingularem Dei prærogatiuam immunis extitit Beata Virgo Maria, de qua propterea Cant. 4. in eiuſdem colli rectitudinem, erectionem, & directionẽ talia idem ſapiens protulit verba. *ſicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt, cum propugnaculis, mille clipei pendent ex ea, omnis armatura fortium*; cuius quidem colli nomine licet non deſinit, qui totius corporis proceritatem, & erectionem intelligi debere exiſtiment, aptius tamen alij ferè omnes peculiare corporis membrum, quod collum nomen elatur, eſtque capiti immediate coaptatum, accipiunt, quã hoc ipſo nomine huc ſane aſpiciẽs S. Mater Eccleſia in Lytanijs deccore interpellat *Turris Dauidica* neque dubitandum eſt, huiuſmodi verba de Virgine eſſe intelligenda: per bellè igitur collum ſacerrimę Virginis tum Dauid ędificatę cum propugnaculis, ſeu, vt alij transferunt, *in altitudines*, componitur, & coęquatur, ſicut enim turris Dauid omnium aliarum turrium altitudinem ſua celſitudine ſuperauit: ità Beata Virgo Maria *Cant.*

ria ceteras omnes alias creaturas dignitatis dono, & gratiæ eminentia excelluit, ceterum, quod in huiuſcè turris ædificatione precipuè conſiderandum occurrit; eſt, hanuè erectionem, ſeu altitudinem ad rectitudinem illam, in qua homo primus à Deo factus fuiſſe legitur, indigitandam, & comprobandam mirè conducere; ſiquidem quamdiù homo in ea permanſit ceruicem, & collum ad Deum erectum habere dignoſcebatur; mox verò, vbi per primi præcepti præuaricationem in culpam incidit, eo ipſo ſuper collum iugum malæ iniquitatis ſibi, omnibuſque à ſe deſcendentibus impoſuit; quod ſanè iugum ità eoſdem ad terram deorſum deprimebat depreſſoſque detinebat, vt iam non amplius rectitudinem, & erectionem ſeruare, verùm potiùs obliquitatem, deiectionem, ac depreſſionem quam maximam pati, ac ſuſtinere viderentur. quam depreſſionem miſer homo Diabolo malum ſugerenti conſentiens ſuo ſibi collo inuexit; quarè ſicut Diabolus hominem primum deuincendo, vt ſuperius explicatum eſt, ſibi eum omneſque ab eo deſcendentes tributarium effecit, ità ad hanc tributarij ignominiam, ſeruitutem, & infamiam declarandam, & manifeſtandam iugum perpetuum malæ dominæ iniquitatis collo eius impoſuit, collumque ipſum ab ea rectitudine, & erectione, in qua primò a Deo conſtitutum erat, obliquans, & deprimens ad terram deiecit, humiliauit; Docte de conſuetudine illa, quæ iam ab antiquo inoleuit, vt victor victo in ſignum victoriæ, pedem collo imponat ac ipſum collum calcando deprimat, multa tradunt Hiſtoriographi quæ hic recenſere ſuperfluum puto. Ita que Diabolus hominem ſeruilibus catenis obſtrinxit, ſicque depreſſum, & obſtrictum totum genus humanum per errores, doloreſque diuerſos ad illum extremum pertrahebat ſine fine ſupplicium.

Quod Chriſtus hominem a prefato iugo liberaturus aduenicns ſingulari modo Mariam Virginem, ne videlicet eius collo per originalem culpam imponeretur, liberarit. Sect. 2.

QVanquam verò Chriſtus omnes, ac ſingulos a prædicto iniquitatis iugo, grauiumque catenarum tractu eximere venit, ac pretio ſoluto, vt etiam ſuperius ſub illa alia tributi metafora aſſertum eſt, libertate donata, ac quodammodo rectitudine reſtituta, de facto exemit; ità vt amplius tam graui iugo collum ſuppoſitum, tamque miſerabiliter ad terram depreſſum mortalis homo minimè habere videatur id quod plurimæ Sanctorum Patrum alio à nobis loco allatæ, auttoritates non obſcurè indigitant, ac inſuper Sanctus Ambroſius *S. Amb.* lib. 4. in Luc. c. 3. his propè verbis con-

cõfirmat: *expulſa ancilla, tenetur libera, ex qua liberi ſumus, libera eſt enim eccleſia expulſa ſinagoga remotumque eſt ſeruitutis iugum, quod noſtræ quondam animæ collum deprimebat*, ſic ex Ambroſio: Chriſtus &, Matt. 11. omnes ad ſe venientes à graui peccatorum onere, & labore ad ſuauem, & leuem ſuæ legis ſarcinam ſe translaturum inſinuauit his verbis: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos* quem locum grauiter perpendens B. Auguſt. Serm. de verb. Dom. Dominum Ieſum telam ab ipſo ſemel compoſitam, quandò nimirum hominem à principio rectum effecit, quamque homo infinitis ſe immiſcens queſtionibus retexuerat, cum videlicet Diaboli aſtutia, ac Serpentis calliditate eam rectitudinem, iugo ſibi iniquitatis ſuper collum impoſito, demolitus fuerat, ex præfatis Domini verbis ingenioſè ſimul, ac eruditè refecturum fuiſſe deducit ſic ferè profatus, *vbi*, inquit, *laboratis niſi ſub ſarcinis peccatorum ſub iugo malæ Dominæ iniquitatis; venite ergo ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiamus, ego qui feci reficiam*, tam quam ſi euidentius dixiſſet, es qui per peccatum graue iugum collo veſtro impoſuiſtis, ac rectitudinem, quam ego a principio feci, diſſipaſtis, & dextruxiſtis, venite, & ego eamdem primam rectitudinem iugo ablato reficiam; Santa etiam Mater Eccleſia exclamat, & ait; Antiph. ad Magn. fer. 2. Dom. 2. aduentu *eccè*

Mat.

S. Aug.

veniet Rex dominator terræ, & ipſe auferet iugum captiuitatis noſtræ. quamquam, in quam, Chriſtus totum mundum ab hoc iugo, & onere liberaturus aduenit, & verè ſuo modo liberauit; Non dubium tamen, omnimodam eam primam rectitudinem nulli mortalium fuiſſe collatam, vel reſtitutam, nec ſubindè collum ab hoc iugo prorſus ſubtractum, ab hiſcè catenis exolutum; vt quod enim ſi peccatum prorſus fuiſſet de medio ablatum, eaque prima rectitudo, in qua primus homo conditus fuit, vſquequaque refecta, vt quid adhuc clamaret Apoſtolus, *omnes naſcimur filij iræ*: Non ergo primum illud originis iugum cuipiam prorſus fuit ablatum, nulli omnimoda rectitudo, & innocenti a reſtituta, licet pro omnibus pretium ſanguinis in redemptionem fuerit ſolutum; quo fit vt adhuc homines peccati iugo depreſſa colla, atque iniquitatis catenis obſtrincta generati portare cernantur, hoc enim eſt illud, *iugum graue ſuper filius Adam à die exitus de ventre matris eorum*: hoc pariter illud: *video in membris meis aliam legem repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati*, & hæc quidem, & alia id genus innumera naturam humanam adhuc alicui ſeruitutis iugo ſubiacere clare inſinuant: ſerui enim, & mancipia in ſignum ſeruitutis ferreis catenis obſtricti incedere conſueuerunt porro eatenus Chriſtum ab hoc iugo, atque tributo humanum

Ecleſi. 40.

Rom. 7.

genus liberaſſe aſſeritur quatenus eidem remedium ad illud excutiendum, ac remiſionem peccatorum obtinendam contulit patrique reconciliauit, non quod nullo modo de inceps collum ſub iugo peccati haberet, aut peccatum nullum vnquam contraheret, ſeu comitteret; ſolum id ex ſpeciali priuilegio matri ſuæ præſtitit, quæ propterea numquam collum ſub iugo peccati habuit attendite, propterea quid de collo ſacerrimę Virginis ſapiens loquatur: *ſicut turris Dauid collum tuum*; &, *collum tuum ſicut monilia*.

Ad indicandum igitur Chriſtum Ieſum ſingulari modo, ſingulari ordine huiuſmodi iniquitatis iugum, ac ſeruitutis catenas à Maria Matre ſua abſtuliſſe, collum eius Dauidicæ Turri in altitudines ædificatæ, monilibus auri, & argenti, gratiæ videlicet, & iuſtitiæ exornatis aſſimilauit. Hoc mãtri priuilegium, hæc ſponſe prærogatiui debebatur, vt nempè humilitatis iugo, ac ſeruitutis catenis procul abactis, primum rectitudinem homini ab initio creationis à Deo conceſſe in ipſo ſuæ Conceptionis inſtanti obtineret, propterea quippè eiuſdem Virg. collum rectiſſimæ, & eleuatiſſimæ Dauidis turri in altitudines ædificatæ compoſita fuit, quia talis Beata, Virgo a Deo in ipſa ſui ædificatione conſtructa fuit, vt Dauidicæ turri ſimilis appareret, per bellè autem turri Dauid collum Mariæ comparatur; quia, ſicut Turris Dauid, præter communem illam, quę in omnibus turribus conſpici ſolet, rectitudinem, & erectionem, aliam propriam, & peculiarem, propter quam cęteris omnibus ſic antecelluit, vt omnibus in exemplar, & normam ad ædificandum proponeretur, id quod ex alia traſlatione habente nimirum, *quæ ædificata eſt ad diſciplinas*, non obſcurè colligitur: ſic B. Virgo Maria, præter commũnem illam rectitudinem, & erectionem, quam Chriſtus in mundum veniens omnibns, ac ſingulis Adæ filijs, quos à iugo exemit, & catenis abſoluit, contulit, aliam peculiarem præcęteris obtinere promeruit, eam nimirum primigenam, iuſtitiam ſcilicet originalem, in qua Deus primum hominem condiderat: neque enim decebat, vt collum Virginis matris, tot, tamque dulcibus ſuauiſſimi Ieſu filij eius amplexibus ex oſculandum, à quo pretioſa illa margarita vnigeniti filij Dei vbera ſugens toties pendere debebat, iugo Diaboli ſubigeretur, deprimeretur, ac catenis ignominiæ, & iniquitatis conſtringeretur, verum potius iuri congruum, ac rationi conſentaneum erat, vt collum illud pretioſis iuſtitiæ donis, & aureis innocentiæ originalis monilibus ornaretur collum itaque ad ſimilitudinem dauidicæ turris erectum, & eleuatum primam illam rectitudinem ac innocentiam originalem Beatę Virgini à deo mire collatam fuiſſe non obſcure declarat.

Reor autem non vacare miſterio, quod Salomon colli rectitudinem antè præmiſit, & ſubdidit fæminæ pulchritudinem inquiens *tota pulcra es, & macula non eſt in te,* cum enim Mariam Virginem totam pulchram, ac omnis prorſus maculæ expertem eſſe demonſtrare voluiſſe non ſine cauſa colli eminentiam, ac rectitudinem præmittendam putauit, ſi qua enim macula, & turpitudo in Virgine apparere debuiſſet, ea vtique in collo, vtpotè, originalis culpæ cauſa, iugo Diaboli depreſſo, ac ſeruitutis catenis obſtrincto conſpici debuiſſet; verùm vbi collum Virginis ab hac deiectione, & ſeruitute alienum, quin & rectitudine iuſtitiæ decoratum, ac catenis, vel monilibus innocentiæ exornatum proſpexit, attentum abſque alia erroris ſuſpicione ea, de Virginis pulchritudine verba lætus protulit: *Tota pulchra es, & macula non eſt in te,* quaſi dicere voluerit, ſi benè ſi diligenter, ſi quid primum eſt piè conſideretis, ne vnum quidem corporis membrum quod ſuo decore, ac venuſtate concinnum non exiſtat in hac fœmina reperietis; & ſi quidem collum, quod primi parentis culpa obliquum, & deiectum apparere poſſet, non modò ab hiſcè prorſus ſeruitutis, & dedecoris indumentis alienum eſſe deprehenditur, quin in etiam eò amplius libertatis, honoris, & honeſtatis catenis, & monilibus ornatum apparet, nil aliud omninò ſupererit, quod totalem pulchritudinem præpedire valeat quam igitur collum in ſimilitudinem Dauidicæ turris rectum, & eleuatum habuiſſe vnicuique confeſſum eſt, eamdem in toto pulchram extitiſſe, omnique macula tàm actuali, quàm originalis culpæ caruiſſe in dubiè exiſtimandum; Propterea quippè, & inferius c. 7. vbi rurſum idem Salomon eamdem Virginem miſtice alloquens laudum præconijs illuſtrare aggreditur, à pulchritudine pedum totius Encomij auſpicium ſumpſit, ſic fatus: *quam pulchri ſunt greſſus tui,* ſiuè, vt alij legunt, *pedes tui, filia principis;* cum enim in pedum ſordibus, & maculis originalem præcipuè culpam figurari ſapiens cõtemplaretur philoſophus propterea a pedum pulchritudine iure meritò initium fecit, quaſi inde neceſſario ſequi videret, vt quæ maculas, ſiuè ſordes pedum non agnoſcit, omnis alterius maculæ prorſus immunis exiſteret.

Quod autem pedum ſordes, & maculæ hæreditarium originalis peccati typum gerant præalis mirè pluribus in locis Mediolanenſis Archiepiſcopus declarat. ad Pſalm. 48. verba illa Pſ. 48. *iniquitas calcanei mei circumdabit me,* perpendens ſic ſcribit: *In quo Adã dente Serpentis eſt vulneratus, & obnoxiam ſucceſſionis humanæ hæreditatem ſuo vulneri dereliquit, vt omnes illo vulnere claudicemus, ideò Dominus pedes diſcipulorum lauit, vt lauaret venena Serpentis.* Ad ſextum caput eius libri, qui titulo, de his,

qui miſterijs initiantur prænotatur, hæc dictis ſimilia profert: *plantam lauare debebat, habebat enim primi hominis de ſucceſſione peccatum, quando eum ſupplantauit Serpens, & perſuaſit errorem, ideò planta eius abluitur, vt hæreditaria peccata tollantur*, & rurſum lib. 3. de Sacramentis c. 1. *quia Adam à Diabolo ſupplantatus eſt, & venenum ei ſuprà pedes effuſum, ideo Dominus pedes lauat, vt in ea parte, in qua inſidiatus eſt Serpens, maius Sanctificationis ſubſidium accedat*. cum igitur Salomon pedes Mariæ ſingulari pulchritudine ornatos eſſe verbis illis nuper allatis affirmet, & pulchritudo pedum, iuxta B. Ambroſij authoritates iamiam adductas ad originalem iuſtitiam, & innocentiam ſpectet, quis non videat à pedum ſpecioſitione Mariani encomij ſumendum fuiſſe principium? vbi etiam aduerte, Marianos pedes nullatenus aſſeri, fuiſſe ablutos, quod de Apoſtolorum pedibus ſacer Euangeliſta affirmat,

Io. 13. verum potius ſpecioſos ſimpliciter à ſapiente nuncupatos, vt indè etiam colligas, Mariæ pedes ſecus, ac pedes Apoſtolorum pulchritudine fuiſſe refertos, eatenus quippè Apoſtoli ab originali culpa mũdi fuerunt, quatenus ab eadem fuere abluti; pedes verò Mariæ ſuam à creatione, & primigena ſui in vtero Matris Conceptione, & ædificatione pulchritudinem, & ſpecioſitatem accęperunt; propterea id ſonat pedum pulchritudo, quod & colli rectitudo, & erectio importat.

Hęc nos impigrè ſpeculantes in eam incidimus ratiocinationem, qua plerique Mariam propterea à culpa originali diuinitus immunem ſeruatam fuiſſe probare geſtiunt quòd nimirum a Deo in ſponſam fuerat eligenda, cui ſanè opinioni, ac titulo nos quoque aſſentimur; verum aliunde tituli, & opinionis rationem intexendam putamus; & verò ſponſę collum multis gemmarum, ac monilium ornamentis a ſponſo decorari conſueui, & non eſt ſine miſterio, quod collum potius, quam aliud ſponſę membrum rutilantibus margaritis, aureiſque monilibus exornetur, audi igitur quàm precioſis gemmis, & ineſtimabilibus margaritis collum huiuſcè puellæ, & ſponſæ fuerit decoratum: *ſicut turris David collum tuum*, &, *collum tuum ſicut monilia*; Deus quippè ſponſam ſuam ſic a Diaboli vinculis abſolutam, ornatam monilibus collo eius impoſitis, decorauit, vt de ea dici poſſit, quod de primo homine Salomon illis verbis expreſſit *ſolummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum*.

Vt igitur eo reuertamur vndè dilapſi ſumus, ac ſapientis verbis Virginem alloquamur, ſicut turris Dauid collum tuum, vel ceruix tua; erecta enim ceruix tua ad Deum, ac iugo Chriſti habilis, quæ nulla inter harum illecebras inflexione curuari dignoſcitur, quæ primi genam primi parentis

rectitudinem, diuina gratia, conſeruans, nunquam Diaboli iugo ſuppreſſa aut ſeruitutis catenis obſtricta fuiſti, ſed ſemper erecta, &c, excelſa permanſiſti.

Sequitur idem argumentum, ac Mariam ſemper Virginem communi cęterarum mulierum legi peccati minimè fuiſſe obnoxiam firmius adhuc roboratur. Sect. 3.

VErum enim verò vt adhuc firmius, & euidentius noſtri vim argumenti ex ſapientis verbis compr bemus eiuſdem ſapientis propoſitum ex antecedentibus, & conſequentibus diligenter eſt attendendũ anxiabatur, ni fallor, ſapiens, hærebatque animo, quemadmodum diſcruciari ſolet intellectus, menſque exagitari, cum effectus alicuius patentis ante oculos poſiti cauſam ſollicite perquirens eam inuenire non poteſt, atque hęc ita mente peruoluens in hæc verba prorupit: *ecce hoc inueni vnum, & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni: virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni, ſolummodò hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus*; tanquam ſi diceret multo labore, & ſollicitudine tot tantorumque malorum, quæ ſub ſole fiunt, rationem, cauſamque anxius, inueſtigare diu laboraui eamque adhuc inuenire minimè potui; inueni quidem rei veritatem ante oculos patentiſſime poſitam, quod nimirum inter mille viros vix alter, inter omnes autem mulieres nulla prorſus, ne vna quidem recta inueniatur cuius admirandæ rei cauſam vt inuenirem factum ſollicitus conſideraui; verum nullatenus inuenire potui: hoc ſolum reperi, quod homo ipſe, non Deus, horum cauſa exiſtat: Deus quippè tàm virum, quàm mulierem rectos à principio creauit, & ipſi ſe infinitis miſcuere quęſtionibus ſic Salomon, quem præclare ad rem noſtram declarans S. Bonauentura in Prol. 2. Sen. ait *cũ cuncta Salomon tẽtaſſet in ſapientia, & plus defeciſſet, quam profeciſſet tandem hoc ſe inueniſſe fatetur quod Deus fecerit hominem rectum & cęt. quibus in verbis*, ſubit S Doctor *hominis conditio, & eius deuiatio notatur*, quoniam igitur, ex pręfatis verbis ne vnam quidem Mariam inter fęminas, at qui ſolum Chriſtum inter viros a culpa originali fuiſſe exemptum deduci poſſe videtur propterea quod Salomon vnum tantummodo inter homines virum, Chriſtum ſane: at verò inter omnes mulieres nullam, ne vnàm quidem a culpa vacantem inueniſſe affirmat propterea veritati huiuſque a nobis comprobatæ præfata ſapientis verba minime obſtare monſtrandum eſt, quod vtique faciemus congruum ſapientis proloquio coaptando comentum, & verò varijs, quæ in hunc locum circunferuntur Patrum expoſitionibus prolatis: vbi *S. Bon.*

alij de fidelitate alij de pudicitia, alij de ſimplicitate verba exponunt, quaſi nulla inter omnes mulieres fidelis, pudica, & ſimplex fœmina offendatur; quis non videt, vaticinium iſtud ad hanc fœminam Mariam ſuper omnes benedictam extendi minime poſſe: ſi enim de fidelitate, ſermo habeatur hæc vtique fideliſſima fuit in tantum, vt ob eius ſingularem fidelitatem mundus totus Deo obſidem eam dare non dubitauit, iuxta illud B. Auguſt. Ser. 17. in natali Domini (ex quo Sermone Sãcta Mater Eccleſia accepit, quæ in die Natali Mariæ in laudem ipſius per ſingulos annos glorioſe decantat) *ò beata Maria ſæculum omne captiuum tuum deprecatur aſſenſum, te Deo mundus ſuæ fidei obſidem facit*, ſic Auguſt. & non alia vtique ratione Mundus totus ſuum in Maria ius compromiſſum eſſe voluit, niſi quia ipſa ſola præ omnibus humanæ naturæ Creaturis integræ, ac illibatæ fidei ſemper extitit ſi de pudicitia, & caſtitate verba fiant, in eius vtique moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam ſplendet caſtimoniæ comes nitor gratiæ, quippè hęc ſola mulier mater extitit, & Virgo, quæ nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem gaudia matris habens cum Virginitatis honore, hæc inquam ſola eſt, in qua cum omnia fuerint genera virtutum, præcipuè inſigne effulſit caſtimoniæ; ſi de ſimplicitate vaticinium accipiatur totum quidquod in ea

S. Aug.

geſtum eſt, vt ex D. Hieronimo epiſ. 10. approbat S. Bon. in ſpeculo Beatæ Virginis lec. 5. Spiritus Sancti muneribus de albata, vt benè ait idem S. Hieronimus, ſimplicitatem columbæ in omnibus repreſentãs; ex quibus luce clarius apparet, hanc vtique ſacerrimam fœminam fidelem pudicam, & ſimplicem, in præfato Sapientis proloquio, iuxta communes Patrum expoſitiones, minime fuiſſe comprehenſam, cur igitur ſub hac priuata, ac minus graui expoſitione aſſerentium ſcilicet ſapientis effatum de originali culpa eſſe intelligendum, cohibendam putabimus? nulla ſanè ratione probabili, cum præcipuè, vt alibi etiam aſſertum eſt, licet in fauorabilibus mulieris nomine etiam Maria venire putanda eſt, in odioſis tamen non ita. cum itaque ſapiens mulierem ex omnibus non inueniſſe affirmet, mulieris nomine hoc loco, in quo de odioſis ſermo ſapientis exiſtit, vt perſpicuum eſt, Maria nullatenus venit. Sed eſto Maria Virgo vna cum alijs mulieribus fuerit in præfatis verbis comprehenſa, eſtò inquit Sapientis dictum ad ipſam quoque Virginem Mariam fuerit protenſum, hoc quęſo, vt ſapientis proloquio mens adhibeatur, & ſenſus, & è regione videbitur, inde potius inferri, Mariã ſuper omnes maſculos, & fœminas benedictam originis labe minime fuiſſe infectã quandoquidẽ ipſe Salomon talẽ mulierẽ originalis culpæ exortem

S. Hier.

tem extitiſſe abſolutè non negat, verũ potius talẽ mulierẽ à ſe non fuiſſe inuentam, aliud autem, dubio procul, (ſi propriam loquendi rationem ſpectemus) importat non eſſe, aliud non inueniri, & ſi enim hæc valet illatio, Inuenta eſt, ergo eſt, non tamen ſtatim ſequitur, Inuenta non eſt, ergo non eſt; quod ex ipſiſmet Sapientis verbis non obſcurè conijcitur, petinde enim fuit, ac ſi dixiſſet; Non planè ignoro, multos eſſe viros, ac fæminas, qui etiam poſt primi hominis lapſum, in quo ab illa rectitudine, in qua eoſdem Deus à principio creauit, defecerunt, fideles, pudici, & ſimplices exiſtãt, verùm vnum ex omnibus ego virum tantummodò inuenire potui, mulierem verò nullam, cuius pariter rei cauſam non inueniens, eo tandem mens mea deuenit, vt non dei culpa, qui ſanè à principio hominem rectum, at qui potius ipſius hominis defectu, qui ſe ipſum infinitis quæſtionibus immiſcuit, contigerit. vnde & alio loco exclamat dicens; *Mulierem fortem quis inueniet*; tamquam ſi diceret; non omnibus datum eſt mulierem fortem inuenire; & ſi quidem Maria ob ſingulares alios ſuas virtutes ad eo fuit abſcondita, vt ne ipſis quidem cœleſtibus ſpiritibus fuerit obuia atqui ei ſoli, qui eam creauit cur non magis, quo ad hoc peculiare donum, mira Dei diſpenſatione, & Angelis, & hominibus pro tempore abſconditum fuiſſe exiſtimabimus? fuit profectò abſconditum hoc miſterium adeò, vt filijs chore, filijs crucis & paſſionis in finem reſeruandum reſeruaretur, neque pariter obſtare putandum eſt Deum ibi de ore Sapientis fuiſſe locutum, nefas autem eſſe credere, aut ſuſpicari, Mariam ei fuiſſe abſconditam, ita vt dicere poſſit, non inueni; licet enim omnino negare non licet Spiritum Sanctum per os ſapientis fuiſſe locutum, ſenſus tamen verborum non Spiritui Sancto, ſed ipſi ſapienti accommodandum eſſe nil impedit loquitur Deus, & ideo de veritate locutionis ambigere non debemus, quia tamen non omnia ſecreta omnibus, ac ſingulis, in quibus locutus eſt Deus, neque pro omni tempore propalare dignatus eſt; quippe vni profetæ aliqua reuelauit, quæ non alteri, & vni ipſi aliqua in vno tempore, quæ non in alio; & profetæ ita loquuntur ſicut a Deo illuminantur ideo multoties non Deo, ſed ipſi Profetæ loquenti ſenſum adaptare non obſtat; atque id in re noſtra clare ex eo euincitur quod, vt ex S. Bona. ſuperius deduximus ſapiens cuncta ſe in ſapientia tentaſſe, ac potius defeciſſe, quam profeciſſe fatetur quamobrem & alia huiuſmodi multa in ſcripturis leguntur quę vtiq; Spiritu Sancto dictante ſcripta ſunt, quæ tamen non Dei dictantis, ſed loquentium ignorantiam, imbecillitatem, & cęt quæ ſunt hominis propria, indigitant; & vt alia omittam Salomon ipſe

Pro. 31.

de

de ſe ipſo in Spiritu loquens aliqua ſibi nilominus difficilia, aliqua prorſus ignota fuiſſe teſtatus eſt, dicen. *tria mihi difficilia ſunt, & quartum penitus ignoro.* prouer. 30. ſic ille, & tamen certius eſt nil ei difficile, apud quem omnia poſſibilia ſunt, nihil ignotum, in cuius conſpectu nulla creatura inuiſibilis, ſed omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius quare hinc clarè conijcitur, hanc noſtram, vel potius di cam, aliorum expoſitionem non eſſe aut extortam, aut à ratione, & veritate diſſentaneam atqui potius tum rationi, tum veritati con formem, ac ſubinde tandem recte inde magis inferri, Mariam Virginem ab originali culpa ſeruatam fuiſſe immunem; & ne quiſpiam fortaſſe tacitis ſecum cogitationibus dicat, hanc eſſe noſtri Martis fictionem, non ſtabilem obiectionis ſolutionem in ſui memoriam reuocare dignetur, quod in alio prorſus ſimili propoſito eleganter vtique Toſtatus exaratum reliquit: propoſuit hic quæſtionem, cur, & quomodo Dauid, cum eſſet Profeta ab alio Profeta Nathan videlicet ſententiam domini circa negotium domus Deo ædificandæ exquiſierit; *quæret*, inquit *aliquis cum Dauid eſſet Profeta, cur ab alio Profeta, Nathan nimirum ſententiam domini requirebat*: geminam non reſponſionem adducit; quam prima, vt pote rei noſtræ non multum accomodata relicta; ſecundam his verbis ſubnectit; *reſpondeti poteſt ſeruando, decte quod Dauid eſſet de illis Profetis, quibus Deus reuelabat abſcondita, tamen tunc non mouebat eum actualiter ad cognoſcendum hoc.* ſic ille q. 5. ad c. 7. 2. reg. q. vero. 6. aliam etiam obiectionem huic propoſito eodem modo diſſoluit; cur nimirum Nathan, cum eſſet Profeta, in con ſulendo Dauid ea iure circa hominis ſententiam errauerit; quia nimirum Deus actu tunc ipſum ad intelligendum Spiritu profetiæ non mouebat, vnde & gloſſa S. Greg. ab Hugone ibidem allata, *patet*, inquit, *quod piritus Profetiæ non ſemper Profetarum mentes inadiebat*, non mirum ergo ſi Salomon in ea inquiſitione plus defecit, quam profecit vt ait S. Bonauentura quia tunc a Spiritu prophetico ad intelligendũ non mouebatur ideo quærebat, & non inueniebat. non itaque obſtat, quo minus Maria Virgo innocens, & Immaculata a Deo prodierit, quã Salomon eo tempore non inuenit, eo vel maxime quod eam inter fæminas ſe non inueniſſe aſſeuerat: neque enim Maria ſuper fæminas benedicta in terris inter fęminas, & viros terrenos, ac terreni imaginem portantes fuit conſtituta, atqui potius in montibus excelſis inter Angelos, & iuſtos pænitentiâ non egentes, quantum ad gratiam, & innocentiam ſpectat, vt mox dicam, relicta: non mirum ergo, ſi Salomon inter fæminas minime inueniſſe aſſirmat, quæ ob enimiam innocentiæ, ac puritatis excellentiam inter Angelos

Toſta. Toſta. S. Greg. Hugo.

gelos a Deo eſt collocata : hæc enim habitationis locum, ac viuendi vſum ſibi quæſiuit e cœlo, quæ ſponſum, & filium inuenit in cœlo ad caput igitur redeuntes, collum Virginis Mariæ rectè, & congruè monilibus ornatum prædicari, rectiſſimeque, ac eleuatiſſimæ dauidicæ turri comparari exiſtimamus, ad indicandum, collum illud ſacerrimum, eam primam rectitudinem, & eminentiam in qua primus homo à Deo creatus fuit, diuina protegente gratia, ſemper retinuiſſe, nunquamque eidem collo aliquod Diaboli, aut peccati iugum fuiſſe iniunctam, nullam ſeruitutis catenam impoſitam, vndè propterea meritò rectiſſime, omniumque cęterarum turrium eleuatiſſimæ, Dauidicæ nimirum in altitudinis ædificatæ fuit aſſimilatum.

Maria Virgo vna ex nonaginta nouem ouibus in deſerto relictis dum Dominus centeſimam errantem perquireret.

Explanatur alius ad Virginis encomium exaltandum locus quę eſt iſta quę aſcendit de deſerto cant. 8. Nonne relinquit nonaginta nouem oues in deſerto Luc. 15. Cap. 15.

Quod Maria Virgo in montibus excelſis cum Angelis, & iuſtis habitauerit. Sec. 1.

NOn mirum ſi Salomon Mariam Virginem a culpa vacantem inter fæminas comuni Adæ lege obſtrinctas minime inuenit, quam in comuni fęminarum domo, terra ſcilicet quæ carnis locus proprius eſt, & pænitentium habitatio, ac per comunem fæminarum viam conquiſiuit; neque enim ipſa ſuper fęminas benedicta ſuum inter fęminas locum, & habitationem habuit, neque per comunem fęminarum viam inceſſit, ſed cum ſponſo cubauit in meridie, & cum Angelis in montibus excelſis, vbi nec culpę, nec pęnitentię locus inuenitur, commorata eſt, atque per viam deſerti deliciarum proceſſit: ipſe propterea Salomon quęrens eam de die in diem inter communes fę-

minas.

minas per communem viam non inuenit, quia viam, & locum eius neſciuit, ad alium igitur locum perrexit, terræque loca in via, & inaquoſa deſerens ad deſertum contendit, in excelſos montes aſcendit, ſtatimque ei obuia fuit Maria delicijs paradiſi affluens, plena diuitijs, per viam deſerti ſurſum gradiens, & aſcendens, quam ipſe ob tot, tantarumque deliciarum redundantiam non agnoſcens, fæminam intuens, ac feminæ conditionem in ea non aſpiciens, ad mirans exclamare cæpit: *quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*, ſeu vt alij legunt, *quæ aſcendit candida, ſeù dealbata*; nec Salomon tantum præ huius rei magnitudine mirari, ſed & Angeli ipſi circumſpicientes aſcendentem fęminam de deſerto tantis deliciarum affluentijs cumulatam obſtupere; nec immeritò ſanè, quandoquidem diſſueta res eſt, naturalemque rerum ordinem tranſcendens, conſpicari fæminam de deſerto deliciarum cumulis redundantem aſcendere; deſertus enim egeſtatis potius, mæroris, & horroris locus eſt, quam deliciarum, voluptatis, & conſolationis; iuxtà
Dexter. 32. illud *inuenit eum in terra deſerta in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis.* in
Io.6. Mar.8. deſerto aderant turbæ ſequentes Dominum præ inopia fame protinus vita ceſſuræ, niſi quod deſerti loci paupertas non poterat, domini virtus ſupplebat; in deſerto morabantur Hebræi illi, qui famis, ac qui ſitis ardore conſumpti mori magis, quam in tanto famis ſitiſque incendio millies vi- Exo. 15.
tam finire impatienter deſiderabant. Et nè longius, quàm pareſt, & 16.
in re tam manifeſta Sermonem extendam, plena ſunt litterarum monimenta ex quibus quantas deſertus egeſtates, & miſerias inuehere ſoleat, nullo negotio licet inferre; & quis non mirabitur itaque mulierem intuens de deſerto delicijs affluentem aſcendere, mirantur planè Angeli, cęleſtes illi Spiritus, in quibus ob ſingularem rerum notitiam admiratio vix ea de rę poteſt, obſtupeſcunt; cur non igitur obtantæ rei nouitatem magis mirabitur homo? audiamus mirantes Angęlos, & clamantes, *quæ eſt iſta, quæ deſcendit de deſerto delicijs affluens*, haſcè quippè Angelorum obſtupeſcentium voces eſſe
recognoſcit Sanctus Bernardus, vt S. Bern.
potè Angelorum conuerſatione, ac familiaritate ſepè in terris vſus, ſic Serm. 4. de aſſumptione fatus: *quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens? ac ſi manifeſtius dicat, quanta eſt hæc & vndè ei aſcendenti vtique dę deſerto affluentia tanta deliciarum? non enim pares inueniuntur deliciæ, vel in nobis, quos in Ciuitate Domini lætificat fluminis impetus, quia vultu gloriæ voluptatis gloria potamur; quæ eſt iſta, quæ de ſub ſole, vbi nihil eſt, niſi labor, & dolor, & afflictio Spiritus, aſcendit delicijs Spiritualibus affluens*; & paucis interiectis, ſequentia ſubdit, *Aſcendens igitur de deſerto Regina Mundi etiam Angelis Sanctis, vt canit Eccleſia,*

ſpe-

ſpecioſa facta eſt, & ſuauis in delicijs ſuis. Hactenus ex Bernardo; antè quem S. Ambroſius locis infrà citandis his firmè ſimilia protulit; *hæc anima candida aſcendit e terris, & dicunt de ea virtutes illæ, quæ portas cæli cuſtodiunt, quæ eſt hæc, quæ aſcendit candida innitens ſuper patrem ſuum, t poſt, Iſtæ ſunt virtutes, quæ mirantur ex iſto confragroſo, ſcopuloſoque deſerto aliquam aſcendere animam poſſe ſine magnorum labe vitiorum,* Et rurſum, *ideò candida ſponſa aſcendit ad Chriſtum, quia in lacte baptizata eſt, ideò eam mirantur virtutes dicentes, quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata.* Hoc igitur ferè modo expoſitores deſerti locum conſiderantes panegyricum ad mirationis Sermonem intexere conſueuerunt; verùm nilominus petitiori ſenſu, admirationis materiam, & argumento longè præſtantius alio ex capite deduci poſſe ipſe ſuſpicio, mirantur Angeli creaturam mortalem ab Adam deſcendentem, qui vna cum omnibus eius natis, & filijs à delitijs paradiſi eiectus eſt, nunc delicijs affluentem ad ſupernam paradiſi ſedem candidam aſcendentem intueri deſinant tamen deſerti huius mirari delicias.

S. Ambs

Quid mirantur de terra deſerta Mariam aſcendere delicijs affluentem; mirentur potius fæminã ſurſum cum Angelis in montibus excelſis commorantem, mirentur, inquam, filiam Adæ in deſerto deliciarum cum iuſtis, & ſanctis pœnitentia non egentibus vitam cœleſtibus delicijs, & gaudijs ſuper effluentẽ actitantem longè enim ampliori miraculo dignum videtur Adæ filiam cum Angelis in deſerto deliciarum, ac montibus excelſis commorari, quam eadem de deſerto paupertatis, & ſolitudine egeſtatis candidam, & de albatam commigrare, mirandum ſanè, & per quam maximè obſtupeſcendum, fæminam de deſerto delicijs afluentem aſcendentem intueri, at non ea ſolummodo ratione: quod de deſerto huius mundi confragoſo ſanè, ac ſcopuloſo loco, mortalium habitaculo fæmina delicijs affluens aſcendat, at qui potius quod de deſerto, excelſo ſcilicet Angelorum monte conſcendat: deſertum quippè iſtum, de quo Salomon fæminam hanc delicijs affluentem aſcendere proſpexit, ſi quis alio nomine montem, appellarit, à veritate, me iudice, non aberrabit, ſic enim Dominus Ieſus Matth. 18. montes cenſuit, quem Lucæ. 15. deſertum nuncupauit, vt optime notauit S. Gregorius infrà adducendus.

Mat. Luc. 5. Hugo

Dilucidatur Parabola de oue centeſima, quæ errauit, ac nonaginta nouem, quam Dominus in deſerto reliquit; atque hinc Mariam Virginem ab originalis culpæ labe immunem ſeruatam fuiſſe oſtenditur. Sect. 2.

QVò igitur aliquid, quod nobis ad immaculatam Virginis Conceptionem comprobandam deſeruire valeat, ex præfato Can-

Canticorum loco facilius eruamus; illud non in curioſe prænotandum, deſertum in ſacro eloquio quandoque in malam, interdum in bonam accipi partẽ, nam & deſertus erat, vbi Dominus miniſtrantibus Angelis ieiunio quadrageſimali completo eſuriens Paſcha celebrauit; deſertus, inquam, deliciarum haud ſecus, quàm Paradiſus, ſeù hortus voluptatis, quem plantauerat Dominus à principio, in quo etiam poſuit hominem, quem plaſmauerat; deſertus erat, per quem idem Dominus populum ad delicias Paradiſi ſe perducturum repromiſit; deſertus erat tandem, in quo dominus nonaginta nouem oues reliquit, vt centeſimam quæreret, quærendo inueniret, ac inuentam iterum ad deſertum, ſeù montes excelſos in humeris portaret; deſertus erat, ſed deſertus deliciarum, hortus voluptatis cęleſtis nempe Angelorũ curia vbi nulla culpa, nulla pæna, nullum crimen, nullus penitentiæ dolor, nulla animi contritio reperitur; deſertus propterea dictus, quia hunc homo per peccatum dèſeruit; de hoc deſerto ità Beatiſſimus Euang. Lucas quinto decimo ſui Euangelij Capitulo ſcripſit, *nonne dimittit non ginta nouem oues in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam.* quẽ locum Commentatione exornans venerabilis Beda talia ad rem noſtram luculenter proponit, *dimiſit nonaginta nouem oues in deſerto, quia illos ſummos Angelorum choros reliquit in cęlo; cur autem cælum deſertũ vocat, niſi quod deſertum dicitur dereliſtum; tunc autem cęlum homo deſeruit, cum peccauit,* hactenus venerabilis omnia fere verbum pro verbo a S.Greg. mutuatus, qui Hom. 34. in Euangelia hæc ſcripta reliquit, *ipſe videlicet Dominus centum oues habuit, cum Angelorum ſubſtantiam, & hominum creauit, ſed vna ouis tunc perijt, quandò peccando homo paſcua vitæ dereliquit;* ſubdit autem verba ipſa ex Beda nuper allata ac tandem his ferè verbis totam ſententiam concludit; *in deſerto autem nonaginta nouem remanſerant, quandò Dominus in terra vnam quærebat, quia rationalis Creationem numerus Angelorum, ſcilicet, & hominum, qui ad videndum Deum conditus fuerat, pereunte homine erat imminutus, & vt, perfectè ſumma omnium redintregaretur in Cęlo, homo perditus quærebatur in terra; nam quod hic Euangeliſta dicit in deſerto, alius dicit in montibus excelſis, vt ſignificet, quia nimirum oues, quæ non perierant, in ſublimibus ſtabant.* ſic & Sanctus Gregorius, Sanctus etiam Petrus Griſol. Serm. 168. eundem locum de Chriſto expẽdit, qui vnì etiam ouiculæ hominem contulit, quam quæſiuit, vt in vna omnes inueniret; ex quibus omnibus, & alijs, quæ prolixitati parcentes vltroneè ſuprimimus illud clarè dignoſcitur, hominem cum Angelis rectum à principio conditum in horto deliciarum, & Paradiſo voluptatis fuiſſe collocatum; quem hortum homo per pecca-

Mat. 4. *B. da hic.* *S. Greg.* *S. Griſo.*

peccatum deſerens eidem deſerti nomem indidit, in quo tamen Angeli adhuc perſiſtentes Paradiſi, voluptatis, & horti deliciarum nomen retinuit, ità vt ſecundum diuerſam conſiderationem vtrumque nomen, horti nempe ſeu Paradiſi, & deſerti eidem non incongruè conueniat, & quidem horti a principio, & ex natura; deſerti verò à die caſus, & lapſus humani, quandò nimirum homo peccando ipſum dereliquit, ac proindè ex accidenti quemadmodum in ſcripturis ſacris, ex varijs, & mirabilibus quibuſdam rerum euentibus huiuſcè modi appellationes inditas fuiſſe proditum eſt; *vt nomen loci planctus Ægipti* Geneſi 50. *& locus flentium, & lacrimarum* Iud. 3. & id genus alia in hoc igitur deliciarum deſerto, in his montibus excelſus Dominus iuſtos Angelos, & innocentes pænitentia non egentes dereliquit, dum ouem centeſimam perditam, hominem ſcilicet errantem, & pænitentia egentem in terra quæſiuit; hæc enim lacrimarum vallis; hæc domus pænitentiæ, in quam peccatores ad pęnitentiam exercendam ab hortu deliciarum, & Paradiſo voluptatis expulſi relegantur, donec a Domino con quęſiti, & inuenti, ac de domo flentium erepti iterum ad Angelicum ouile in eum hortum, quem peccando deſeruerè, & ſurſum in montes, media pęnitentia, miſericorditer perducuntur de hoc igitur deſerto, horto nempè deliciarum, & Paradiſo voluptatis, & excelſis montibus; non de illo deſerto, loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, lacrimarum valle, & pænitentiæ domo, Mariam delicijs ſpiritualibus affluentem aſcendere a Salomone viſam fuiſſe dixerim; quo intuitu obſtupefactus rei nouitatem conſiderans exclamare cepit, *quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens*, ſeù *de albata*, ac ſi patentius dixiſſet, quæ eſt, iſta, quæ aſcendit de horto deliciarum, vbi Angeli habitant; quæ eſt iſta, quæ aſcendit de montibus excelſis dealbata, candida, eo nempè candore, quo Angelos, & homines Deus ab initio circumfulſit, ac tali candore ornatus in montes excelſos conſtituit, quę eſt iſta, quaſi dicere vellet Angelus ne, an fæmina, quæ eſt iſta, nunquid non eſt fœmina, & Adæ filia ſed ſi fæmina adæ filià? vnde ergo ei, vt cum Angelis in montibus habitet? cum Angelis delicijs Paradiſi affluens ad altiora conſcendat; quæ eſt iſta? num quid non ipſa Adæ filia: cur non igitur cum oue errante in valle lachrimarum ad plorandum, flendum, culpam lauandam, pænitentiam agendam commoratur? hæc ſane eſt illa Mater Dei, Regina Cęli, Domina Angelorum, nullius culpæ conſors, nullius pænitentiæ agendæ conſcia: quippè quæ cum oue centeſima non errauit, non peccauit, Paradiſum non deſeruit; at qui potius cum Angelis, & iuſtis pænitentia non egentibus in

Gen.
Iud.

horto deliciarum permanſit, in montibus excelſis perpetuo in habitauit. Et quod quidem B. Virgo ex numero ſit nonaginta nouem ouium, quas Dominus in deſerto, ſeù montibus excelſis, dum ouem centeſimam, quæ montes, & Paradiſum peccando deſeruit, conquireret, dereliquit illud facilè declarat, quod ipſa, ſicut, & Angeli, nullius fuerit pænitentiæ indiga; cum autem nos omnes tam Angeli, quam homines aut ad ouem centeſimam à Paradiſo errantem, pænitentia egentem aut ad nonaginta nouem in Paradiſo, & montibus commorantes, & quieſcentes, iuſtos, pænitentia, non egentes, pertineamus (id enim clarius eſt, vt probatione ampliori non egeat) Mariam porrò ad ouem centeſimam pænitentiam egentem non pertinere non minus claris, & conſpicuis verbis Doctores Sancti in ſcriptura e docti ſæpè ſæpius teſtati ſunt; huc enim cum primum ſpectat, quod Salomon eam de deſerto, eo vtique deſerto, quem homo peccando deſeruit, affluentem, de albatam, & candidam aſcendentem conſpexit; cujus in opinato rei conſpectio obſtupefactus exclamare cæpit, *quę eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs candoris, & innocentiæ affluens;* neque enim tanto, actali ſtupori in ſapiente locus inuentus fuiſſet ſi de communi fæminarum deſerto, huiuſmodi de valle lachrimarum, quamquam alio qui delicijs affluentem, fæminam intuitus fuiſſet; ſed illud mirum, quod fæminam de deſerto deliciarum, qui Angelorum, iuſtorum pænitentia non egentium locus proprius eſt, delicijs affluentem, de albatam, & candidam aſcendentem vidit, huc pariter ſpectat quod D. Bonauentura l. 2. ſpeculi ſequutus D. Ber. Mariā nullius proprij inquinamenti conſciam, nullius ſubinde pænitentiæ exercendæ indigētem fuiſſe, affirmat; huc itidem concinnè accinit quod idem Sanctus Bernardus verba illa Lucæ. 10. *intrauit Ieſus in quodam caſtellum &c.* in genioſe perpendens, in hanc ſententiam melliflué, vt ſolet, ſcriptum reliquit, vbi glorioſus, ac deuotus Virginis famulus, nullum Lazari factam fuiſſe mentionem attendens, realem illum, Ieſu Chriſti in caſtellum ingreſſum ad introitum eiuſdem Domini Ieſu in vterum Virginis Matris miſticè, & eleganter accommodauit, ſic fatus. *quid introiſſe dicimus in caſtellum? etiam in anguſtiſſimum Virginalis vteri diuerſorium introiuit; denique mulier excepit illum in domum ſuam, fælix mulier, cuius domus, ſuſcepto Saluatore, inuenta eſt, munda:* ſic ille. Non eſt autem, cur alicui extorta videatur iſtæc expoſitio; tum quia Santi Doctoris authoritati innititur, tum quia, quid certè maximi in hac re ponderis eſt, Sanctæ Eccleſiæ conſenſu, & vſu confirmatur; quid quod enim cauſæ eſt, vt in die aſſumptionis Virginis prædictum Euangelium

S.Bon.
S.Ber.
Luca.

gelium publicè legatur, ſi in nullo ad Virginis integritatem ſpectat? equidem S. Mater Eccleſia Spiritus Sancti luce illuſtrata non res caſu gerit, non ſine myſterio operatur; ergo ſi in feſtiuitate Virginis Euangelium illud legi ſanciuit, vtique eius argumentum ad Virginem quodammodo attinere credendum eſt. Atque hinc ſoluere eſt dubium illud crebrò à curioſis intellectibus excitatum, cur ſcilicet in die aſſumptionis Virginis Euangelium legatur, in quo nulla Virginis mentio habetur? nam & ſi quidem non habetur expreſſe, nihilominus implicite, ac myſtice haberi certiſſimum eſt, in quantum nimirum Beata Virgo fuit thalamus ille, in quem ingreſſus Ieſus ab ipſa fuit hoſpitio receptus: quem thalamum vt omni quaque Sanctum, innocentem, ac nulli vnquam peccato obnoxium fuiſſe ſacer Euangeliſta teſtatū faceret, non ſine myſterio Lazari nomen retinuit, ſoliuſque Marthæ, ac Mariæ mentionem fecit; quia enim, eodem D. Bernardo teſte, Lazarus ſcopam, ſeù pænitentiam, quæ vtique malum ſupponit, & comitatur, ſignificat; id circo Lazari hic præſentia tacetur, quatenus detur intelligi, domum iſtam nulli vnquam malo, aut peccato fuiſſe ſubiectam, vt propterea ad eam mundandam ſcopa Lazari requiratur. Ipſum D. Bernardum huius ſubtilitatis obſeruatorem, & prædictę expoſitionis authorem conſulamus: *Sed curioſius, inquit, fortè quiſquam perquiret, cur in præſenti Euangelij lectione nulla prorſus Lazari mentio fiat?* & ſtatim ſubdit, *arbitror ſane, ne id quidem à propoſita ſimilitudine diſſidere: Virginalem & enim domum intelligi volens Spiritus Sanctus, ſiluit non incongrue pænitentiam, quæ malum vtique comitatur; abſit enim, vt proprij quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuiſſe legatur; vt in illa proinde ſcopa Lazari quæreretur.* Hactenus ex D. Bernardo. Domus itaque, quam Dominus Ieſus ingredi voluit, nullo vnquam tempore alicui maculæ fuit ſubiecta. abſit, abſit, vt hæc domus aliquando fuerit immunda; ſi enim noluit à peccatoribus domum ſibi ædificari, prout dictum eſt ſuprà, quomodò in domo peccatrice voluit habitare? Id ipſum ferè ex Sancto Auguſtino, immò & clarius inferre licet, quando quidem tract. 49. in Io. per Lazarum peccatorem ſignificari, indubitātet aſſeuerat. Vbi ergo agitur de Beata Maria nulla quæſtio, nulla de peccato mentio efficitur, ſed omninò peccatum ſubſilentio reticetur; abſit enim, abſit, vt B. Virgo cuiquam peccato aliquandò ſubiecta fuiſſe dicatur. Hæc ſanè domus nulli peccatori patens, nulli culpę fuit aperta, non mirum propterea, ſi Lazarum peccatoris, ſeu pænitentis typum gerentem minimè ingreſſum fuiſſe legamus: vndè & alio loco, eodem ſenſu, hortus concluſus appellatur; hortus, inquam, concluſus Diabolo, Cant. 4.

S. Aug.

concluſus culpæ, concluſus peccato; ſic concluſus vt ad eum deflorandum nulli vnquam pateret ingreſſus. Audiamus eumdem Bernardum in ſua ad Virginem deprecatione ſic mirè ad rem noſtrã eum alloquentem, *Hortus concluſus tu es Dei Genitrix, ad quem deflorandum manus peccatoris nunquam introiuit.* patet iam itaque Mariam Virginem pænitentia non egentem ex numero eſſe nonaginta nouem ouium, quas Dominus in deſerto, & montibus excelſis, dum centeſimam errantem quæreret, dereliquit; ac propterea cum oue centeſimã peccando Paradiſum minime deſeruiſſe, vt qui potius cum nonaginta nouem iuſtam, ac innocentem ſemper permanſiſſe: iure propterea merito Doctores, ac Patres fere comuniter Mariam Matrem ouem nuncupant. quo nomine S. Auguſtinus ſer. 1. de innocentia Matres illas paruulorum oues ſuper agnos lugentes appelat Mariã itaque ouem ſed ouem immaculatam, quæ immaculatum agnum peperit, eſt enim mira ouis ad agnum relatio; & ſi quidem Chriſtus filius agnus dicitur, rectiſſime Maria pariter ouis nuncupatur, quæ cum ſit res per ſe ſatis ſuperque obuia ampliori mea probatione non indiget; illud duntaxat lubens addiderim, ſic Mariam per belle ouem nomenclari, vt non ad illam, quæ errauit, atqui ad illas. 99. quos Dominus in montibus excelſis dereliquit iuſtis ſcilicet & innocentibus attineat; vnde S. Ambroſius de Cain, & Abel hæc apud Io. Serrarium Epiſcopum Atemenſem in ſuo de Immaculata Virginis conceptione opuſculo c. 17: de ea ſcripta reliquit; *de hoc grege Sancto immaculata illa fuit, & intacta ouis idest Sancta Maria, quæ nobis contra naturam purpureum illum agnum Christum videlicet generauit.* ſic ille, cui connectens S. Epiph. Hom. de laudibus Mariæ apud eundem ouem eam immaculatam appellat, & nos igitur ouem iuſtam, & innocentem in excelſis montibus ab omni peccati labe procul exiſtentem dicamus; Immaculatam inquam a Deo conſtitutam; vt Immaculatum; ex vi Conceptionis agnum concipere, ac parere poſſet vt clarius, & vberius ſuo loco infra demonſtrabimus.

S. Bern. · S. Aug. · S. Amb. · Io. Serrar. · S. Epiph.

Sequitur idem argumentum, quo Mariam Semper V. omni prorſus actuali, ac originali peccato caruiſſe adhuc clarius demonſtratur. Sect. 3.

NOn ſum planè neſcius verba illa S. Bernardi ad actualem ſolummodo culpam, iuxta Bernardi ſenſum, poſſe referi; & quidem Sanctus Bernardus primo loco citatus de actuali culpa, vt benè aduertit Seraphicus, effatur, eſto loquatur de actuali etiam in ſecundo, & tertio; quod quidem ex eo inferri poſſe videtur; quod ſcilicet proprij ſolummodo inquinamenti Bernardi Sententia mentionem faciat, quaſi originalis culpa

non

non propria, ſed aliena cenſeatur; & verè aliena, quia aliundè in filios deriuatur, & transfunditur, non indè tamen infertur, quin non propri1, immo aliena ſimul, & propria, quia in quolibet tanquam in proprio ſubiecto recipitur, & ſubiectatur; atque ita conſpicuè, alienam & propriam culpam originalem Theologi cenſere conſueuerunt. eo ferè modo, quo Sanctus Auguſtinus tract. 44. in Io. iuxta Sacri Euãg. lectionẽ, Doctrinam Christi ab eodem ſuam, & non ſuam vocatam fuiſſe obſeruat. ſed eſto iam iſthæc Bernardi intentio fuerit, non indè tamen inferre licet (abſtrahendo à Sententia Bern.) etiã ad originalem culpam eãdem prorſus ratione, poſſe extendi, preſertim ſi vterque Euangelij locus ſimul cum loco canticorum conferatur. in altero enim ab Euangeliſta cauſam per effectum; in altero à Salomone effectus per cauſam quodam miro hiſtoriarum regreſſu comprobatur; quia enim Maria Virgo de deſerto deliciarum aſcendit, vbi Dominus Angelos, & iuſtos pænitentia non egentes dereliquit, id circò vna ex ijs nonaginta nouem ouibus pænitentia non egentibus eſſe comprobatur; ac proinde ſimnl ab omni culparum labe immunis fuiſſe deuincitur id enim à priori per regulas Dialecticas hoc ferè modo clarè demonſtratur. Maria Virgo vna eſt, ex nonagintanouem ouibus in deſerto deliciarum habitantibus, & montibus excel-

S. Aug. Io. 9.

ſis ergo iuſta, & innocens eſt, ergo tandem pænitentia non indigens, ſicut indiget quis centeſima. rurſum quia eadem Dei genitrix pęnitẽtia non eget, ideò vna ex nonagintanouem ouibus eſſe oſtenditur. hoc enim à poſteriori idem Euangeliſta demonſtrat, dum de Maria verba faciens nullam Lazari pęnitentiæ typum gerentis mentionem habet. vtrumque autem rurſum ex eiſdem ſcripturæ Teſtibus ſimul comprobatur; ſecundum quidem nempe quod pænitentia non egeat, quia Lazari pręſentia in Domo Mariæ reticetur; primum verò, quod ſcilicet in deſerto deliciarum cum nonagintanouem ouibus commoretur quia Salomon eam delicijs affluentem de deſerto aſcendere conſiderauit; hic enim deſertus ille vtique fuit, in quo Dominus. 99. iuſtos pænitentia non egentes dereliquit. quem deſertum per belle alius Euangeliſta montes nuncupauit, quatenus altiori ſenſu illud ſignificet, quod nimirum quia Maria cum Angelis non peccauit in ſublimibus ſtetit in cœleſtibus habitauit; Sancti enim, vt ait etiam S. Ambroſius Ser. in Egeum Profetam ad Ireneum *in montibus criminoſis in vallibus* & ipſa eſt ſolium excelſum, quod nunquam decidit ipſa excelſum habitaculũ ad quod malum non acceſſit ipſa mons in vertice montium, quæ in ſummis habitauit vndè bene de ea dicitur, *quæ eſt iſta, quæ aſcendit de albata?* ità enim tranſtulerunt. 7c.

quorum traſlationem plerique ex Sanctis Patribus ſectantes comprobarunt; vt videre eſt apud D. Hieronymum lib. 1. cōtra Iouinianū, vbi præfatum Canticorum locum, cū alio, vbi ſponſa de Libano, qui candidatio interpretatur, venire inuitatur, componens, ita diſcurrit: *veni Sponſa candidiſſima, de qua alibi, quæ eſt iſta quæ aſcendit de albata, & tranſit per viam huius ſæculi*; & iterum epiſt. 22. ad Euſtachiū circa initium: item apud Auguſt. de gratia, & libero arbitrio ad Valentinum, c. 6. & tractatu 65. in Ioannem, & Concluſione prima in Pſal. 103. S. Ambroſ. c. 7. de initiandis, & lib. 4. de Sacramentis c. 2. & Sermone. 22. in Pſal. 118. Theodoretum ad præfatum Canticorum locum, Origenem Ho. 2. in canticis, & alios innumeros, quorum aliqui, vt Sanctus Ambroſius Sermone 14. in Pſal. 118. & Serm. 16. & cap. 8. de Iſaac, & anima, non dealbatam, ſed candidam traducit. Philo vero Carpaſius confirmatam vertit. Sanctus Auguſtinus præterea illuminatam, innbuatam, & mundatam; quia enim, vt author eſt Sanctus Hieronimus, D. Auguſtinus & Theodoretus, candidum de eo quod ex ſe tale eſt; cuique candor naturaliter in eſt, de albatam verò quod tale aliunde efficitur, cuique candor extrinſecus aduenit, enunciatur: ideò Maria dealbata aſcendere dicitur, vt oſtendatur, candorem non eſſe ei con naturalem, ſicut eſt Filio, de quo propterea dicitur: *dilectus meus candidus*: quamquam verò candor Mariæ connaturalis non fuerit, haud ſecus tamen ac ſi connaturalis eſſet, cum ea congenitus fuit, quatenus nimirum cum Maria natura ſimul, & gratia, ac innocentia prodijt, ac ei inſuper tam radicaliter impreſſus, vt non ſecus ac ſi naturalis foret, ab ea nunquam ſeparatus fuerit; id enim ſonat vox, candida, & confirmata; Quare Maria ſic fuit dealbata; vt pariter extiterit candida; & ſic candida, vt ſimul fuerit dealbata. Aſcendit ergo Maria de deſerto delicijs affluens, candida, dealbata, confirmata, non ex natura, ſed gratia; ideo etiam aſcendit innixa, vel aſſociata Dilecto: quippe cāti, ac talis candoris innocentiam Mariæ dilectus filius eius ex merito gratiæ impetrauit; ita vt videns eam Salomon talibus, ac tantis ornatam muneribus, quæ humanæ prorſus creaturæ conditionem tranſcendunt, ſtupore correptus, ac in extaſim raptus exclamare cæperit *quæ eſt iſta, quæ aſcendit delicijs affluens, candida, dealbata, confirmata*. cui correſpondens Io. Apocali. 14. ait *& vidi: & ecce nubem candidam,*

S.Hier. S.Aug. S.Amb. S.Amb. S.Aug. Philo. carp. S.Hier. S.Aug. Theod. Cant 5. Apoc.

Cum itaq; vt perſpicuū eſt, nonagintanouem oues pænitentia non egentes ij omnes exiſtant, qui ab omni culpa immunes fuerunt; id enim prorſus hoc loco ſignificat pænitentia non egere, ſicut è contrario pænitentia egere idem eſt ac culpæ conſcium eſſe; vndè & ouis centeſima ex alio capite

egens pænitentia hij omnes ſunt, qui alicuius ſcæleris conſcij inueniuntur, clarè indè ſequitur. Mariam Virginem pænitentia non egentẽ ad nonagintanouem oues, à quibus centeſima peccando ſe ſubtraxit, non ad ipſam ouem centeſimam attinere; cumque ouis centeſima, homo videlicet tunc tandem primo à centeſimo numero ſe propriè ſubtraxerit; quandò primus homo cũ Angelis in montibus excelſis conſtitutus primam originis culpam perpetrauit, & cecidit ad hanc primam originis labem, in qua omnes peccando Paradiſum deſeruerunt prefata Euangeliſtæ verba referenda eſſe apertè dignoſcitur; quæ omnium ferè Patrum, ac Sanctorum eſt Sententia communis; cui cum alijs ſuperius allatis conuiuens Sanctus Hilarius ad. 18. Mat. talia ad rem noſtram concinne protulit. *ouis bona homo intelligendus eſt, & ſub homine vno vniuerſitas ſentienda, ſed in vnius adæ errore omne hominum genus aberrauit, ergo nonagintanouem oues non errantes multitudo cæleſtium Angelorum opinanda eſt, quærens hominem Chriſtus eſt, & nonagintanouem relicti cæleſtis gloriæ multitudo, cui cum maximo gaudio errans homo in Domini corpore eſt relatus.* tandem aptiſſime infertur Mariam nulli prorſus culpæ fuiſſe obnoxiam, quæ propterea in montibus excelſis ſimul cum nonagintanouem ouibus iuſtis pænitentia non egentibus locum inuenire promeruit hæc igitur tandem ſit totius huiuſce diſcurſus concluſio. Maria Virgo de deſerto candida, de albata, innouata, illuminata, & confirmata aſcendit, Maria Virgo ad nonagintanouem oues pænitentia non egentes, quippè quæ pænitentia non eguit, pertinet, ergo deſertus ille, de quo candida, dealbata, delicijs affluens aſcendere viſa eſt, ille eſt, quem alio nomine Propheta montes appellat, quem homo peccando deſeruit; Maria tamen cum Angelis, & iuſtis pænitentia non egentibus perpetuò inhabitauit. Nec obſtare putandum eſt, quominus deſertum hunc, de quo Maria candida, & dealbata aſcendere viſa eſt, deſertumq; illum, excelſos ſcilicet cęlorum montes vbi homines, & Angeli à Deo primum in iuſtitia, & innocentia conſtituti ſunt intelligamus quod nimirum aſcenſio potius ad montes, quàm de montibus, ſicut deſcenſio de montibus, non ad montes, propria ſeruata loquendi forma cenſeatur, aliquandò enim etiam aſcenſio de monte, nempè humiliori ad altiorem congruè accipi poteſt, de monte namque aſcendebant etiam greges illi tonſarum, quibus capilli ſponſæ comparati ſunt. *capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad*, vt optime eo loco notauit Sanctus Gregorius Niſſenus. hæc igitur fęmina de deſerto, ac montibus originalis iuſtitiæ, & innocentiæ ad altiores amplioris gratiæ montes aſcendit, ſolium enim eſt excelſum, & eleuatum, & mons in

S.Hil. — Cant. 4. — S.Nyſſe.

in vertice montium ſuper colles exaltatus neque indè timendum eſt, Mariam a communi Chriſti redemptione fuiſſe exemptam; qùod enim in montibus cum Angelis habitauerit, Paradiſum peccando non deſeruerit, ad.99. iuſtos pænitentia non egentes attinuerit, totum ex Chriſto beneficio, ac redemptione promeruit, totum ex gratia Chriſti Redemptoris obtinuit ſcilicet enim dominus ouem centeſimam quæſiuit, quia peccādo errauit, nilominus altiori quodam ordine Virginem Matrem redemit, quæſiuit, & inuenit, dum videlicet eamdem ne captiua fieret, ac peccando Paradiſum deſereret, ſua complacita benignitate præſeruauit, vndè propterea non abſolutè candida, ſed de albata aſcendiſſe deſcribitur, quatenus indicetur, Diuina præueniente gratia, ab omni fœditate, & corruptione, ex Chriſti beneficio, ſeruatam fuiſſe immunem, ipſaque verè cognouit Redemptorem, quę ſe ſenſit captiuam, captiuam inquam, quæ beneficium præſeruationis ex Redemptoris dono promeruit; aſcendit ergo de deſerto, ſeù per deſertum, vt alio loco dicitur, ità tamen vt immunis pertranſiret, & S.Hier. candida, & immaculata permaneret, quod inſinuauit Sanctus Hieronimus illis verbis ſuperius ex eodem allatis, *quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, & tranſit per viam huius ſæculi*; mentem adhibe ad illud, *tranſit*, quod enim tranſit ſæculum non mergitur à ſæculo; ſicut qui tranſit per mare non mergitur in mari, vt egregiè etiam notauit B. Hilarius ad Pſ.65. de iuſtis, quos S.Hila. per ignem, & aquam ita Propheta Sanctus in Pſalm. tranſiſſe indigitat, vt educti fuerint in refrigerium: aſcendit iam ergo Maria de deſerto, & per deſertum, ità vt nullis in hac via ſcelerum maculis fuerit aſperſa, quæ tota pulcra, candida, & dealbata prodijt.

Maria Virgo ſplendor lucis eternæ.

Enucleatur alius ad Virginis Encomium efferendum locus Habacuc. 3. ſplendor eius vt lux erit. Cap. 16.

VNigenitum Dei Patris, ac Virginis Matris filium hanc ſuam piſſimam genitricem vnicè dilectam, ad puritatis, innocentię, ac Sanctitatis faſtigium, quo ſibi ipſi in hac innocentia, quantum fieri poterat, aſſimilis appareret, deducturum fuiſſe, rꝫnuit in Spiritu Habacuc, ac vniuerſo mundo prænunciauit, illis vſus tropologicis verbis, quæ tertio ſuæ Prophetiæ capite ſcripta leguntur, *ſplendor eius vt lux erit*, loquitur ibi de Chriſto, prout teſtantur omnes ferè expoſitores, & ipſamet antecedentia, & ſubſequentia verba clarè demonſtrant, ait quippè, Deum ſuæ ſolitæ miſericordiæ, ac pietatis non oblitum, tunc temporis, quandò magis percrebreſcentibus

bus hominum peccatis ad iracundiam prouocandus erat, ab Auſtro venturum; *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan:* ſeù, vt alij, quibus Sancta Mater Eccleſia ſua authoritate robur addit, *de monte vmbroſo, & condenſo:* quibus verbis ſatis expreſſit, ſed Chriſti generatione habere voluiſſe Sermonem, qui vtique Deus, & Sanctus eſt, & venit in mundum *de monte vmbroſo, & condenſo*; huiuſmodi de vtero Virginis, quam Spiritus Sanctus ſæpè in ſcripturis Sanctis montis nomine deſignat, ità vt nullus relinquatur ambigendi locus; quin Prophetia de aduentu Chriſti in Mundum, ac eiuſdem ex vtero Virginis Matris Incarnatione iuterpretanda ſit; atque ità hunc locum omnes cum antiquiores, tum recentiores ſcriptores, quos tacitus prætereo, nè in re omnibus accepta longius, quàm par eſt, agere velle videar, intellexerunt, legatur, ſi lubet,
Ribe. Franciſcus Ribera in commentario ad hunc locum, vbi complures de hac re ab ipſo citatos reperiet auctores; in his pręcipuè Sanctum Hieronimum, Theodoretum, Teophilatum, & Euthimium. nos interea ad perquirendum verborum ſignificationem accedentes duo eſſe, quæ maximam poſtulant ponderationem, aduertimus; alterum eſt circam verbum illud *ſplendor eius*, quis nempè hic Chriſti ſplendor exiſtat, quiduè ſplendoris nomine intelligatur? alterum circa illam

S. Hier. Teodor. Theofil. Euthi.

voculam, *vt*, ad quid nempè Propheta alludat, cum ait, *vt lux erit?* ad ſit autem nobis Chriſtus ſua luce, & ſplendore, quo facilius, & exactius veritatem attingere, & inuenire poſſimus.

Quidē ad primū, quod attinet; Ribera vbi ſupra ſplēdoris nomine doctrinam intelligi oportere arbitratur, quod videlicet Chriſtus in mūdum veniens ipſum ſua doctrina, quaſi ſplendore quodā illuminaturus erat, refertque pro hac Sententia S. Auguſt. ca. 32. 18. de ciuitate Dei, Euſebium Ceſarienſem, & Theophilatum quos itidem pro eadem Sententia notato in Theoph. loco tū Theodoreto Agellius ſuper hunc locum adducit perſiſtens porro citatus Ribera verborum interpretationi catenus hunc ſplendorem, ſeù doctrinam vt lucem futuram prædicari aſſeuerat; quatenus non ad inſtar ſplendoris, & doctrine cæterorum hominum, qui mentem inaniter, & vt dicitur, inuanum perſtringunt; ſed potius ad ſimilitudinem lucis ſolis tenebras eluminantis viā ſalutis oſtenſura, & quod vnū quodq; verè in ſeipſo ſit, ſiuè bonū, ſiuè malū declaratura erat. cōgrua ſanè & apta expoſitio, quam rerum euentus confirmat. Etenim ad prædicationem Euangelij omnis errorum chorus viam nocendi deſeruit; ac ſedentibus in tenebris lux orta eſt eis, vnde & Apoſtoli Prædicatores a Domino conſtituti lex mundi per ſimilitudinem ſunt

Mat. 5. appellati *vos eſtis lux mundi* illud tantummodo circa hanc interpretationem non nihil videtur mihi facere poſſe difficultatis, quod doctrina Chriſti lux potius appellari, vt ipſe appellauit Apoſtolos & ſplendori comparari, quàm è contrario ſplendor dici, ac luci conferri debuerat; ſi quidem lux rigoroſe ſumpta in ſe quidem ſplendore nobilior, ad videndum nilominus ineptos exiſtit, nam lux propriè, vt dicam infrà, eſt in ſole, vel alio corpore lucido, nunquamque ab ipſo ſeparatur; ſplendor autem, quia ad noſtrum genus ſerium aduolat, claritatem portat ac cuncta conſpectui apparere facit, vt patet, quandò poſt noctis diſceſſum, apparente ſplendore color rebus redit; ſic igitur doctrina Chriſti lux quidem, eſt quoad ſe, ſplendor verò quoad nos, ſubindeque potius luce nuncupari, & ſplendori ſeruata traslationis proprietate aſſimilari debet, quo circà eam ſententiam tantorum, patrum auctoritate munitam in ſua relinquendo probabilitate ſplendoris nomine aliud congruentius ſignificari poſſe opinor: in cuius rei gratiam illud primo notandum occurrit, lucem, & ſplendorem hic traslatiuè à Propheta vſurpari, omnes autem transferentes ſecundum aliquam ſimilitudinem, transferant, neceſſe eſt; inter alias porrò ſplendoris proprietates hæc potiſſimum annumeratur; quod in cognitionem eius, cuius eſt ſplendor, perducit; ea propter S. Paul. ad Heb. 1. Chriſtum Patris ſplendorem, & figuram ſubſtantiæ appellat, quod videlicet per filium Pater, ſicut lux per ſplendorem agnoſcitur, (vt alias hic lucis, & ſplendoris ſimilitudines, de quibus copioſe Theologi in. 1. diſt. 9. cum Magiſtro, & alibi vbi de verbi generatione) tractant, ſupprimam. Hebr. 1. Magiſ.

Notãdum inſuper, tria hæc, ſeù 4. nomina, lux, lumen, radius, & ſplendor, apud Phil. ratione duntaxat diſcriminis, quo ſubiectum reſpiciunt, diuerſa cenſeri; qua de re cum copioſe egerim in ſumma totius philoſophiæ p. 2 l. 2. trac. 2. q. 5. non eſt, cur eodem inpræſentiarum repetam, breuiter igitur hic attingere contentus ero, quæ ibi prolixius exaraui. lux itaque reſpicit ſubiectum, & principium inſeparabiliter, proprieque illa, que eſt in corpore lucido, vt lux in ſole, & luna dijudicatur, lumen habet pro ſubiecto medium, ideò & à ſuo principio egreditur, & à ſubiecto ſæpè ſeparatur; radius dicitur idẽ lumen à ſole, aut alio corpore lucido emiſſum, quatenus ab ipſo procedens linea recta ad terram protendit; ſplendor verò eſt lumen in corpore opaco receptum, & in eo diſtenſum, vt in pariete his prelibatis, aſſerendum puto, ſplendoris nomine Beatam Mariam intelligi oportere; moueor primò, quia cum hactenus Propheta de Chriſti aduentu & monte vmbroſo, qui vtique mons vmbroſus communiter Beata Virgo

Maria interpretatur vndè Chriſtum venturum eſſe prænunciatur, verba fecerit, de ijſdem pariter ſubſequi à verba accipienda eſſe non obſcurè deducitur; vt ſit ſenſus, Chriſtus qui ſol, & lux eſt, in vterum Mariæ, quam virtus Altiſſimi obumbrauit, adueniens ipſe ſuo eam ſplendore illuſtrabit; poſt quam enim Beata Virgo iſto ſole amicta fuit eius ſplendorem vtique participare cæpit, moueor ſecundò, quia ipſa eſt, per quam Chriſtum Dei filium vidimus, & agnouimus; factum eſt enim, operante diuina gratia, vt Beata Virgine æternum verbum carne induente, omnis caro videret ſalutare Dei; ità vt ob hanc cauſam Maria Chriſti ſplendor à Propheta fuerit nuncupata, quoniam ipſum Chriſtum carnem induendo, dedit eum notum fieri omni carni, eo propè modo, quo ſplendor lucem ſuam manifeſtat, & detegit; inde eſt illud Sancti Cirilli Alexandrini ſic mirè in laudem Virginis præconia contrà Neſtorium extollentis, *per te vnigenitus Dei filius, vera illa lux effulſit ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis.* vnde & Agellius ad citatum ſcripturæ locum ſcriptum reliquit, *Dei filium quem patris ſplendorem Apoſtolus aſſerit, nobis per vmbraculum carnis idem* vtique a Virgine coaptatum *emicuiſſe* verum enim curioſius aliquis requirat, cur B. Virgo luci fuerit comparata, dicendo, *vt lux erit?* arbitror, nè id quidem a propoſita ſimilitudinè diſſidere; quippè in ſeparabilem B. Virginis cum Deo vnionem indicare volens Propheta, non incongruè luci aſſimilem dixit; ſicut enim lux à corpore lucido nunquā ſeiungitur; ſic Beata Virgo Mariā à Deo nunquam ſeparari debuerat; ità vt luci non ratione effectus, quia ſic contrarium eſſe deberet; neque ratione entitatis; quippè quod lux, & ſplendor entitate, & eſſentia idem ſunt, ſed ratione proprietatis inherentiæ, & adiacentiæ conferatur. perbelle autem Propheta Sanctus Virginem glorioſam non lucem appellat ſed potius luci ſimilem eſſe indigitat ſplendor enim vt ex Heſichio, Agellius nuper citatus etiam aduertit, *non ipſa lux eſt, ſed è luce fulgor emicans,* vere namque Beata Virgo ex natura ſua non eſt lux, ſed potius lucis ſplendor, ex gratia tamen luci aſſimilatur, dum dicitur, *vt lux erit;* quia nempè talis futura erāt Maria, vt ſemper lucido coniunctā, ac nullo vnquam tempore ab eodem ſeiuncta eſſet ſenſus igitur eſt; ſicut filius Deo Patri per naturam eſt ſemper inſeparabiliter vnitus, ſic Maria luci, vel filio ſimilis ſemper eidem Deo debebat coniuncta eſſe per gratiam; vbi attende accuratam, ac proprijſſimam, Propheticæ elocutionis rationem, non enim ait ſplendor eius lux erit, ſed, *vt lux,* vt oſtenderet, quid ſit Maria per naturam, & quid futura eſſet per gratiam; non enim Maria ipſa lux eſſentialis, vt Agelij iterum

Ciril. Agell. Heſich.

rem

rem accurate expendentis verbum adhibeam, ſed ex luce prodiens, ac luci in prima, & nobili proprietate aſſimilis. Huius ergo tandem Prophetici Sermonis ſententia eſt, Maria mater, ſeù ſplendor Chriſti eatenus eidem ſimilis per gratiam eſſe perhibetur, quatenus ſicut filius ſemper fuit, eſt, & erit Patri, tanquam lux ſoli vnitus per naturam, ſic vt aliter eſſe non poſſit, ita Maria non ſecus, ac ſi lux eſſet, ſemper fuit, eſt, & erit Deo vnita per gratiam, & vt paululum ad ſuperiora me conuertam, en illa mulier, quæ ſingulari diuina prouidentia, ac manutenentia cum Domino ſemper fuit; en illa mulier Chriſto ad humanam generationem reformandam in adiutorium ſimilis effecta; ſic, inquam, ſimilis in gratia, quemadmodum Æua ſimilis Adæ in natura; eo quippè hæc ſimilitudo in gratia, quo illa ſimilitudo in natura; ex ſponſa illa pulchra vt luna, electa vt ſol, ſol Chriſtus, ſponſa electa vt ſol Maria. prome illud, *electa vt ſol*, idem namque, me iudice, importat, electa vt ſol, quod ſplendor, vt lux; electa igitur fuit Maria à Deo eo electionis gradu, quo pariter electus fuit & Chriſtus, ſed Chriſtus ad ſupremum innocentiæ gradum electus fuit, ergo & Maria. En illa tādem ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata, prior, ſeù purior, & ſpecioſior inuenta, de ea enim Seraphicus Doctor Sanctus Bonauentura lib. 3. ſpeculi præfata verba ex 7. Sapientiæ capite exponit, inquiens, Virginem Matrem, Solem, lucem, & Stellas, homines ſcilicet & Angelos puritate & dignitate longè præſtantius ſuperare, nec ſane immerito, quippe quod Maria Angelos, & homines tranſgrediens ipſam Dei puritatem, & innocentiam imitatur: vnde neque hic ab ea interpretatione, quam eleganter ibidem Agellius deriuat, diſſentio nempe eatenus ſplendorem hunc eſſe luci collatum, quatenus tantus, ac talis futurus erat, vt ipſius ſolis, Chriſti nimirum lucem æquaret: ex quo ſenſu illud ad rem noſtram ſatis quidem plane lubet inferre: Mariam videlicet, licet innocens ex vi Conceptionis a Matre minime prodierit, ſicut ab ipſa Chriſtus exiuit, tanta nilominus in eius Conceptione ex diuino priuilegio fuiſſe luce perfuſam: vt verè de ea dici queat ſplendor vt lux ideſt Maria vt Chriſtus fuit, quam obrem & illum trhonum, de quo Dauid Pſ. 88. *& thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo* quem Mariam typice præſignaſſe alibi demoſtrauimus, rectiſſime vt ſolem in conſpectu Dei futurum fuiſſe idem Dauid clare indicauit: ſciendum eſt autem præter eam translationem, quam alibi ex vatablo vertente *& ſolium eius coram me vt ſol perſtabit, firma vt luna manebit*, adduximus ex caldeo legi *& trhonus eius lucidus*. notanda præterea cum Lorino ibidem vocula in conſpectu meo, ſeu coram me, ea enim

Cant. 6.
Seraph. S. Bon.
Agel.
Pſ.
Lorin.

clare

clare indicat magnam eſſe huius trhoni, luminoſitatem, ac firmitatem; tantam, ac talem vtique exponit Lorinus *vt ſplendeſceret, ac illuſtris appareret, quam eſt ſol clarus in conſpectu Dei ideſt* nam quippiam tale eſt, quale eſt coram Deo, & non amplius vt etiam dicere ſolebat Pater meus S. Franciſcus Itaque quod iuſtis in patria promitti tur quod ſcilicet fulgebunt, ſicut ſol fulget in conſpectu Dei, hoc Mariæ in via conceſſum fuit; fuit enim Trhonus Altiſſimi tam lucidus, vt ſolis claritatem exequarit, tam inſuper firmus, vt lucæ firmitatem imitata ſit, ſed dicet aliquis, quæ ſtabilitas in luna, quæ ſemper mutatur vnde de peccatore, ſeu ſtulto dicitur ſtultus vt luna mutatur Eccleſiaſt. 27. de Sancto verò ibidem aſſerit *Sanctus in Sapientia manet ſicut ſol* mirum plane, quod trhonus iſte ſtabilitati lunæ, qua nil mutabilius, conferat non comparatur Maria Lunæ in luminoſitate, iam enim Soli fuerat equata; ſed in montes ſtabilitate; & quidem luna quo ad lumen variat. quia lumen aliunde recipit atque adeo ſeruandum diuerſitatem aſpectuum nunc plena, nunc minori nunc maiori lumine apparet; at verò quoad motus perpetuitatem ſtabilis non ſecus, ac ſol, aut aliud celum perſeuerat; inquantum nimirum a loco per circularem motum nunquam egreditur ſicut egreditur corpus caduchum ſublunare, quod motuum varietatibus obnoxium eſſe dignoſcitur Maria ergo per iuſtitiã, & innocentiam luci ſolis comparatur, per fidem verò lunæ firmitati compoſita, quia ſicut firmiſſima in fide, ſic in iuſtitia, ac innocentia lucidiſſima, in qua nenimum quidem tenebrarum aliquando irrepſit.

Maria Virgo ſignum Magnum.

Gloſſatur alius ad Virginis encomium ſublimandum locus Apocalip. 12. Cap. 17.

Tandem aliquando ſacros bibliorum hiſtoricos mente reuoluentes, vt inde dignum aliquid, quod ad comprobandam Immaculatam Virginis Conceptionem deſeruiſe valeãt, inuenire contingat: iamque Matre ipſa fauente Virgine quam plura hinc inde colligentes eo nos ingenij diſcurſus compulit, vbi Io. Apoſtolus dignus a Chriſto conſtitutu Virginis filius magna, ac mira de Virgine præclara in Spiritu præuiſa toti ipſi Eccleſiæ ſcripta reliquit; in quibus ſtupenda ſanè, ac memorabilis, ſcituque digna illa creditur viſio; in qua ingens illud ſignum ſibi monſtratum eſſe commemorat, mulierem videlicet amictam Sole, Lunam pedibus calcantem, caput corona ſtellarum duodecim cinctum geſtantem, de qua viſione infinita penè ſunt, quæ à Doctoribus circumferuntur tum

ad

ad explicandum, quid in præſentiarum Mulieris, Solis, Lunæ, ac ſtellarum nomine intelligatur, tum ad oſtendendum, quanta ſit huius mulieris excellentia, dignitas, & altitudo; quæ ſuprà aerem, ignemque tranſcendens, eò trhonum ſuum euexit, quò lunam ſubtus pedes habere conſpiceretur, de quibus omnibus in gratiam Beatæ Virginis ſuo ordine agendum erit Principio extat celebris quædam, ac ſubtilis totius huiuſce
Alcaſ. viſionis expoſitio apud Ludouicum ab Alcaſar Hiſpalenſem in ſuis peregregijs commentarijs ſuper Apocalipſim, qui mulieris nomine S. Matrem Eccleſiam ſignificari pluribus geſtit comprobare rationibus; proindeque ſuum perſequens diſcursũ, ac cuncta eidem adaptans Eccleſiæ, per ſolem claritatem diuinitatis per lunam ſplendorem humanitatis, quibus S. Mater Eccleſia decoratur, & illuſtratur, intelligit, per coronam verò. 12. Stellarum Sacrum Apoſtolorum collegium, a qnibus S. Eccleſia ſuum lumen accepit, ipſa teſtante, vbi ait. *Hi ſunt qui plantauerunt Eccleſiam ſanguine ſuo: quorum Doctrina fulget Eccleſia, vt Sole Luna*, vt autem huic ſuæ interpretationi præfatus Doctor robur addat omnes circa eam emergentes, nec non & obſcuras, graueſque in verbis Apocalipſis orientes ſoluit, & explanat difficultates; nobis quidem expoſitio minimè improbatur: & ſi illud, quod de Corona ad. 12. refert Apoſtolos: in eo multum à ſi[illegible] li. abhorrere videatur, quod Apoſtoli non duodecim tantum extiterint, ſed tredecim Sanctus enim Paulus omni procul dubio, tanquam præfulgida ſtella cum alijs duodecim Eccleſiæ caput mirè adornat; quomodò igitur Corona, qua Caput Mulieris cinctum Ioanni apparuit, ex duodecimo, tantummodo ſtellis contexta deſcribitur, ſi Apoſtoli ipſum Caput Eccleſiæ coronantes tredecim fuiſſe inueniuntur; ſed de numero duodenario infra; quare interpretatio plane digna cenſetur.

Nos nilominus hac vice ſequentes tam comunem, quam antiquam, & famigeratam Patrum Sententiam, quorum plurimos refert etiam citatus Doctor; ſub huius nempe mulieris typo Beatam Virginem, quæ ſuis præclaris virtutibus omnibus Creaturis longè antecellit, potiſſimum deſignare exiſtimamus, ſiuè autem dicamus, locum, vbi Ioanni viſa fuit, verè extitiſſe cœlum, ſiue, quod certè verò ſimilius eſt, fuiſſe præſentis temporis Eccleſiam, quæ, teſte B. Gregorio, Hom. 12. in Euang. ſæpè in ſacro eloquio cælum nomenclatur, non leue indè ad Immaculatam Virginis huius Conceptionem comprobandam petipſiſ video argumentum, qualis namque comparuit in Cęlo, talis vtique in terra fuit.

Ante omnia aſſeritur, hanc mulierem ſole fuiſſe amictam ad oſtendendam lucis, & gratiæ abun-

dan-

dantiam, qua cumulata fuit B. Virgo, tum maximè, quandò in vtero ſuo ſolem iuſtitiæ Chriſtum ſuſcepit. Adiungitur deinde, lunam habuiſſe ſub pedibus ad indicandum omnia terrena, & mutationi ſubiecta ſemper à B. Virgine fuiſſe deſpecta: quæ omnia, & alia id genus multa, nec ſanè à noſtro propoſito aliena mirè deſcribit Sanctus Bernardus præfata Apocalipſ. verba de Maria, ex inſtituto, toto integro Sermone declarans: Vel certe, quod mihi probabilius eſt, ad metaphoricè declarandum, lunam, non vtique loco, ſed ſplendore eſſe huic mulieri inferiorem; luna enim, & ſi candida, maculam nilominus aliquam habet: vti cernere eſt: Maria verò ità ſplendida, ita pulchra, vt omninò ſine macula, ſine culpa exiſtat: mea non eſt, quamquam alioqui mea, iſtæc interpretatio, eſt enim præſtantiſſimi Patris, ac celeberrimi Doctoris S. Bernardi, qui in illa ſua ad Virginem Glorioſam deprecatione elegantiſſima ſic eam alloquitur, *tu pulchra vt luna diceris, eique non immerito compararis, tu ergo pulchra vt luna, immò & pulchrior, quia tota pulchra es, & macula non eſt in te*; ac ſi patenter dixiſſet, parum eſt te pulchram vt lunam, cui aliqua macula in eſt, prædicare; pulchriorem te dixerim, tota enim pulchra, & ſine vlla prorſus macula: Vel denique ad indicandum, Mariam omnem carnis defectum pedibus calcaſſe; ſic enim luna interpretatur, vt eſt commune adagium. Poſtremo additur; & in capite eius Corona ſtellarum duodecim.

S.Ber.

S.Bern.

Sunt, qui per duodecim ſtellas, quibus intexta dicitur corona capitis Mariani, duodecim prærogatiuas à Deo Beatæ Virgini conceſſas, ſeù duodecim fructus Spiritus Sācti intelligant: Mihi autem aliud quid excellentius duodenario numero ſignificari altiori quodam ſenſu ſemper viſum eſt, certè Sanctus Auguſtinus Theologorum Pater, ac Magiſter ſuper Pſ. 86. Sacramentum magnum huiuſcè duodenarij numeri ſignificatione exprimi aſſeuerat: quid autem Sacramentum illud ſit, paulo inferius declarat, dicens: *Sacramentū eſt cuiuſdam vniuerſitatis:* idipſū docet venerabilis Beda in Natali S. Bened. ſecutus ad literam Auguſt. vt ſæpe ſolitus eſt: *duodenario ſæpe numero*, ait, *ſolet in ſcripturis vniuerſitas deſignari*: eodē modo & alij poſt ipſos. Quare ad rem noſtram non otioſè, nec ſine myſterio in hac corona numeri duodenarij ſumma denotatur: quatenus per hanc coronam ex duodecim ſtellis compactam indicetur, coronam cingentem caput Mariæ in Cælo, & in Terra omnes, & ſingulas gratias, prærogatiuas, quæcumque dona & priuilegia etiam imaginabilia in ſe miro quodammodo cohibere: vt ſit veluti breuis compilatio, & compendium omnium, quæ dicta ſunt, aut dici poſſunt de donis à Deo B. Virgini conceſſis: poſtquā

S. Aug.

Beda.

enim ſacer Euangeliſta mulierem hanc ſole amictam,& luna ſuffultam, eſſe expreſſit quaſi ignarus, quemadmodum ampliusalia multa,quæ dicenda ſupererant, Virginis merita, & præmia commemoraret, omnia humano more, vno verbo, tacitus explicare voluit,dicens: *& in capite eius corona ſtellarum duodecim* ſi ergo Corona Virginis omnia Dei dona ſubnumero duodenario ſummatim deſignata complectitur vtique etiã innocentiam originalem comprehendit,hæc ſiquidem cum alijs,& inter alia vnum donum eſt ex quo talis, ac tanta corona, quæ omnia ad ſui conſtitutionem complectitur, componi, ac capiti Virginis imponi debuit, vt videntes eam filiæ ſion,& Beatiſſimam prædicantes,ac laudantes dicerent: corona tua Dei genitrix Virgo omnium benedictionum,omnium eſt ſumma gratiarum.

In alijs vtique coronis aut ſolum aurum,vel ſimul etiam argentum, ſiue, vt ſummum, aliquid etiam margaritarum genus cernitur:in hoc verò ſimul omnia coaptantur, pulchrior propterea, ac longe præſtantior fuit Corona capiti Mariæ impoſita; quam monilia eiuſdem collo accommodata, de quibus dicitur in Canticis,primo *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*; in hac quippè & aurum,& argentum, & lapides precioſi, &, vt verbo dicam, omnia quæcumque Precioſa quecumque pulchra, quæcumque à Deo eximia ſunt, conſpiciuntur. Cant. 1.

Maria Virgo Cœleſtis Ieruſalem.

Interpretatur alter ad Virginis encomium exornandum locus. vidi ciuitatem Sanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cęlo. Apoc. 21. Cap. 17.

Quod hoc loco nomine Hieruſalem de Cęlo deſcendentis intelligatur B.V. Sect. 1.

CVm tot, tantaque ſint donorum,ac gratiarum inſignia, quæ diuina maieſtas in hanc adæ contulit filiam: quot, quantaque noſtris hactenus orationibus commoſtrauimus: haud mirandum eſt: ſi cęleſtem eam magis, quàm terrenam,diuinam, quam humanam, in Cęlis, quàm interris natam, de ſupernis deſcendentem, quam in imis commorantem ſacræ atteſtantur hiſtoriæ, nunc verè licet exclamare; incipiunt miſteria, non enim fruſtra de Cęlo deſcendentem ſe vidiſſe hanc S. Mulierem fatetur S.Euangeliſta, Apocal. 21, non vtique fruſtra ſe comparatam,ſicut ſponſam ornatam viro ſuo aſpexiſſe profitetur, dicens. *Vidi Ciuitatem Sanctam Hieruſalem,nouam, deſcendentem de Cęlo à Deo paratam,ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*; quis enim putet in terris naturam? aut quis neget,

non

non magis de Cœlo proditam, quam nulla terrena macula fedat, nulla peccati labes deturpat; nulla ſceleris turpitudo commaculat; quin potius gratia cęleſtis decorat lux diuina illuminat, innocentia originalis exornat; de Cęlo vtique deſcendentem fœminam Ioãnes vidit; quã Salomon de deſerto, & montibus, excelſis candidã, & dealbatam aſcendentem proſpexit. Iure ergo de cęlo deſcendiſſe fertur; quam nil vnquam terrenum: verum Deus ipſe in initio viarum ſuarum poſſedit. cęterum vt aliquid firmum ad comprobandam præclaram Virginis Conceptionem ex allato Apocalipſeos loco arripere poſſimus, atque indè ad conſtruendum validum pro Immaculata Virginis Conceptione argumentum aſſurgere valeat ante omnia, quid hoc loco nomine ciuitatis Sanctæ de Cęlo deſcendentis Ioannes intelligat, ope re pretium fuerit diligentius inueſtigare. Porrò plerique ad hunc locum ſuam apponentes interpretationem in eam inclinant Sententiam, vt de Ecclesia triumphante totus hic Ioannis diſcurſus accipiatur; eaque, quæ de hac S. Ciuitate ſacer Euangeliſta commemorat; in eo conſentire videntur; quippè, quod de illa tantummodò Ciuitate illud verum eſſe fide certa credatur, quod Paulo inferius affirmat: futurum nempè, vt Deus abſtergat omnẽ lachrimam ab oculis Sanctorum, ità vt non ſit amplius neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor hæc enim iam adueniente morte, vel potius Beata vita, tranſierunt; quapropter cuncta plena ſunt gaudio, cumulata delicijs, & in ſumma cum perfecta ſui ſponſi indiuiſibili aſſociatione vita iucunda ipſum etiam nomen Hieruſallem; quod tropologice viſionem pacis, ac ſtatum Beatitudinis ſignificare non dubites, mirè cohæret, vndè & ipſa S. Mater Eccleſia in Sacrò Dedicationis officio hinc ea ſacri hymni verba accepiſſe videtur. *Vrbs Hieruſalem Beata dicta pacis viſio, quæ conſtruitur in Cęlis viuis ex lapidibus, & Angelis Coronata vt ſponſata comite noua veniens e Cęlo nuptiali thalamo præparata vt ſponſata copuletur Domino.* dicitur autem deſcendiſſe de Cęlo, quatenus electi Cęleſtis Regni ingreſſum, ex Eterna Dei prędeſtinatione, adipiſcuntur intantum vt nullus Paradiſi ianuas ingredi valeat, qui prius in Cęleſti curia ad eam prædeſtinatus non fuit alij etiam de Eccleſia militante prædeſtinatio omnia accipienda eſſe arbitrantur, ſic præ alijs Ludouicus ab Alcaſar in ſuis commentarijs, qui de more multa hinc indè luculenter deducit, cui ſanè expoſitioni plurimum ipſius Eccleſiæ authoritas ex eo vel maximè ſuffragari videtur, quod in dedicatione Eccleſiæ pro capitulo officij hunc locum in vſum recipiat: porrò Eccleſia militans de Cęlo deſcendiſſe dicetur veluti exemplata à triumphante, vt optime deducit *Alcaſ.*

Nauara

Nauar. Nauarra in relectione capitis nouit. de iudicijs notabili. 3. num 14. nam militaris ſponſa, quantum fieri poteſt, per omnia conformis eſſe debet triumphanti.

Verum eſt, nec inficiari licet, aliquas hanc applicationem ſecum ferre difficultates; cum enim in militāti Eccleſia, vt docet Beatus Gregorius Hom. 12. in Euang. *S.Greg.* mali cum bonis, & reprobi cum electis commixti ſint; qui fieri poteſt, vt hæc Ciuitas, videlicet Eccleſia, de Cęlo deſcendiſſe, ſeù deſurſum eſſe credatur; quod ſi Eccleſiæ nomine ſolos iuſtos, & electos hoc iure accipiēdos replices, accedit, quod, quæ ſequuntur de Eccleſia militante aut nullo modo, aut vix, ſeruata rerum proprietate, enunciari poſſunt quomodo enim abſterſę inibi dicuntur lachrimæ, vbi vallis lachrimarum inuenitur; quemadmodum non amplius neque luctum, neque clamorem, neque dolorem in ea futurum aſſeritur, quæ tota doloribus, & clamoribus plena eſſe quotidiana experientia comprobatur? Præterea verba illa, *ecce tabernaculum Dei cum hominibus &c.* talem vtique ſenſum ſibimet apponi de facili minimè patiuntur? nam Eccleſia ipſa potius eſt Tabernaculum, & id, in quo Deus inhabitat; quam medium aſſumptum ad inhabitandum, cum tamen hunc, non illum prædicta verba præferant ſonum; perindè eſt enim ac ſi diceretur, ecce hoc eſt Tabernaculum, quod elegit ſibi Deus ad habitandum cum hominibus: cęterum quidquid ſit; nam in obſcuris Scripturarum locis non incongruit plures adducere ſenſus, vel omnes veros, vel ſaltem, vt ex his verior eligatur; verior autem vtique habendus erit, in quem omnia ſcripturæ verba elegantius quadrant.

Ego quidem, ſi in re tanti momenti, quanti eſt, congruum alicuius loci in Scriptura elicere ſenſum, fas ſit meam proferre ſententiam, nomine Ciuitatis S. Hieruſalem de Cęlo deſcendentis, Beatā ſemper Virginem impræſentiarum deſignari aſſeuerare non dubitarem; id quippè præter ea, quæ alibi ad probandum nomine ciuitati Dei, ac Hieruſalem hāc ſacerrimam fęminā intelligi adduximus proxime hoc loco ex ipſa verborum ſerie, ſi fideliter attendatur, deduci poſſe opinor: ipſe namque Ioannes quid per Ciuitatem intelligat, ac tutum declarat, dicens: *& audiui vocem magnam de Throno dicentem ecce, Tabernaculum Dei cum hominibus*, ac ſi aperte dicat, & ſi vultis ſcire, quæ ſit Ciuitas iſta; ecce iſta eſt Tabernaculum Dei cum hominibus: quam Ezechiel. 48. alijs verbis, eodem tamen ſenſu dixerat, *& nomen ciuitatis ex illa die Dominus ibidem*; *Ezechi.* & quis fidelium ignorat, Tabernaculum à Deo electum, vt habitationem ſuam hic in terris cum hominibus conſtitueret, eſſe B. Virginem Mariam, in cuius aluecum ingreſſus Dei filius, & verbum caro

ro factum, ſtatim, vt inquit idem
Io. 1. Ioannes, *habitauit in nobis; poſt hæc*
Baruc. 3. *enim in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt*: ergo Ciuitas
iſta de Cœlo deſcendens, quam vox de Cęlo prodiens Tabernaculum Dei cum hominibus ad habitandum cum eis eſſe affirmat, hoc eſt Tabernaculum à Deo electum, vt ſuam cum hominibus habitationem collocaret, eſt Beata Virgo, de qua propterea locum iſtum quidam Doctores moderni non pęnitendi interpretantur, ſic eorum alter fatus: *Marianum deſcenſum ſpeculatur Io. Apocal. 21. Vidi Ciuitatem Sanctam, &c. quid enim magis nouum ſub ſole? quid magis inſole? quam illa Ciuitas Regis magni, omnium creaturarum prima, prima natura proximè accedens ad Deum*; tam noua fuit Maria, vt nil præter ipſam ſub ſole nouum, & ipſa ſola noua, vt alias ex D. Damaſceno notaui, exiſtat: vbi illud quoque notandum venit, non aſſeri à Propheta Deum habitaturum in Tabernaculo, ſed cum hominibus, vt oſtendatur, Deum huiuſmodi Tabernaculum ad habitandum cum hominibus aſſumpſiſſe; bene autem ſubditur, *& abſterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorum, &c.* quia mox, vt Beata Virgo in Angelicum conſenſit prænuncium, deditque vocem illam tam gratam Deo, tamque iucundam, *Ecce Ancilla Domini, &c.* ad quam illico ſubſecutum eſt, vt tabernaculum ad habitandum cum hominibus eſſet; omnis prorſus luctus de mundo fuit ſublatus, omnis lachrima abſterſa, omnis dolor, & clamen ablatus; cunctaque in gaudium, iubilationem, & cantum conuerſa; quia Mariæ cantus omnem Æuę ploratum excluſit, & vbi primum clamores Dęmonum audiebantur, poſtmodum Sacræ voces, & dulciſona Cantica præcinebantur, ità vt verè noua facta ſint omnia: teſtes huius rei ſunt omnes Scripturæ tam veteris, quã noui teſtamenti; mox enim vt vox Mariæ intonuit, & Verbum Dei, operante Spiritu Sancto carnem induit, audita ſunt in terra Angelorum millia cantantium Deo, & dicentium: *Gloria in Altiſſimis Deo*; vnde eſt illud Chryſoſt. S.Gri.
in Matt. c. 1. *Homines choris addebantur Angelicis, homines cum Angelis ducebant choros*; ratio autem huius gaudij tota fuit: quia peccatum fuit deſtructum, homo ad priſtinum reductus, cuncta ad libertatem redacta: plenæ ſunt Prophetarum hiſtoriæ atteſtantium, maximam ad Chriſti aduentum in mundum ex vtero Virginis omnibus tam iuſtis, quam peccatoribus prouenturam fuiſſe letitiam; quam profecto lætitiam Beatiſſimus, pariter ac eloquentiſſimus Pontifex Leo præclaro En- S Leo.
comio proſequutus eſt ſic fatus, Serm. de Natali Domini. *Saluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt, gaudeamus; neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ, quæ conſumpto mortalitatis timore ingerit nobis de promiſſa æternitate lætitiam;*

viam nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur, vna cũctis lætitiæ communis eſt ratio, quia Dominus noſter peccati, mortiſque deſtructor ſicut nullum à reatu liberum reperit, ſic proliberandis omnibus venit; exultet Sanctus, quia appropinquat ad palmam; gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam, huc igitur anninens Apoſtolus, & Euang. Ioannes, *& abſterget*, inquit, *Deus omnem lachrimam, &c.* ſcilicet adueniente Chriſto ad habitandum cum hominibus, ceſſabunt lachrimæ, planctus, & dolores: quia ipſe noua faciet omnia: qua de re multa ſunt à nobis ſcriptis tradita in cantu noſtro Spirituali animarum fidelium vulgari idiomate conſcripto lib. 1. c. 2. vbi inſigne ad hoc propoſitum inter alia S. Auguſtini teſtimonium adducimus, ex Serm. 2. de Annunciatione Dominica deſumptum; cuius verba hic quoque tranſcribere non grauabimur, ſunt enim rei noſtræ multum accommodata: *præciſum eſt*, inquit, *in hac Virgine illud Æuæ infelicitatis elogium, quo dicitur in dolore paries filios; quia iſta in lætitia Dominum peperit. Æua enim luxit, iſta exultauit. Æua lachrimas, Maria gaudium in ventre portauit, Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, Genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mundo; auctrix peccati Æua, auctrix meriti Maria, Æua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit, illa percuſſit, iſta ſanauit; quamobrem plaudat nunc organis Maria, & inter veloces articulos tympana puerperæ concrepent, concinant lætantes chori, & alternantibus modulis dulciſona cantica miſceantur: audite igitur, quemadmodum tympaniſtria noſtra cantauit, ait enim: Magnificat anima mea Dominum &c. cauſam igitur inualeſcentis errati miraculum noui partus eiicit; & Æuæ planctum Mariæ cantus excluſit.* Hactenus Sanctus Auguſtinus: ex quibus clarè patet, per Mariæ gratiam, quatenus Dei tabernaculum adhabitandũ cum hominibus extitit: omnem lachrimam eſſe abſterſam, omnem planctum excluſum, ac tandem omnia in noua Cantica dulciſona commutata. Quidquod verò plura quaſi mendicando ad hanc veritatem comprobandam hinc inde ſurripere geſtio, cum clare S. Ambroſius, de inſtitutione Virginum, cap. 5. Mariam vas de Cęlo nominet, ſic fatus: *vnde hoc munus Mariæ a Deo, vt Virgo permanens Emmanuel pareret?* Et ſtatim quæſito occurrit ſubdens, *Non de terra, ſed de Cælo vas ſibi hoc, per quod deſcenderet, Chriſtus elegit, & ſacrauit templum pudoris.* Hactenus ille, ex quibus colligas Mariam non de terra, ſed de Cęlo fuiſſe vas ſibi a Chriſto electum, vt ipſe de ea veniens, & deſcendens, de Cœlo, non de terra veniſſe, ac deſcendiſſe diceretur: neque enim Chriſtus de Cęlo cęleſtis foret, niſi prius Maria, ex qua deſcendit de Cęlo, cęleſtis exſteret. Quid plura? cum nulli plane tam apte, quàm Marię poſt Ieſum eius filium, de Cęlo deſcendiſſe, cauſa, ſeù potius myſte-

S. Aug.

rio, & allegoria huius deſcenſus perquiſitis, conuenire inueniatur (certum eſt enim, Tropicum eo loci huius Euangeliſtæ eſſe ſermonem) non difficile erit ex alijs ſimilibus ſcripturæ textibus huiuſce pariter ſenſum explicare: dicitur prima Corinth. 15. de Chriſto *quod ſicut primus homo de terra terrenus, ſic ſecundus de Cælo cæleſtis*, & Ioan. 3. in Euang. *qui de cęlo venit, ſuper omnes eſt*; ſicut ergo Chriſtus 2. homo de Cęlo veniſſe, & cęleſtis, primus verò de terra terreſtris, & terrenus eſſe perhibetur: ſic ſecunda mulier de Cęlo cęleſtis: prima verò de terra terrena eſſe deſcribitur.

Mariam Virginem in ſui Conceptione, ex præmiſſis, Immaculatam fuiſſe concluditur.
Sect. 2.

IAm verò omnium ſimul harum Scripturarum ſenſum à Doctoribus perquiramus. Principio excludenda eſt hæreſis quorumdam hæreticorum, Chriſtum corpus de Cęlo traxiſſe, ac propterea ab Apoſtolis, & de Cęlo cęleſtem enunciari aſſerentium: ſicut notarunt omnes Theologi in 3. cum S.Tho. 3.p. q. 5. a. 2. & ad allegatum D. Pauli locum; vbi etiam alij recentiores interpretes: excluſa iam ergo hac peſſima hæreſi, tollendum eſt illius fundamentum, congruum citatis locis ad inueniendo reſponſum. Porro Suarez ad præfatum S. Tho. locum diſp. 13. Sect. 13. refert Patres locum D. Pauli hoc modo interpretantes: vt nempe Chriſtus dicatur de Cęlo cęleſtis: quia Cęleſtem vitam actitauit, & impeccabilis fuit: Adam verò è contra de terra terrenus, quia peccato fuit ſubiectus. ita Tertullianus de carne Chriſti c. 8. Venerabilis Beda ſuper D. Paulum hic, qui etiam citat D. Auguſt. idipſum S. Anſelmus, & Ecumenius, vt refert Iuſtinianus in commentario ad locum D. Pauli, in quantum à contrario ſenſu Adam terrenum appellant, non quia de terra: ſic enim omnis homo de terra eſt, & terrenus diceretur; ſed quia ſe ipſo peccati factus eſt reus, ac propterea ſtatim à Deo audiuit, *puluis es, & in puluerem reuerteris*, vnde & Dominus indicens maledictionem Serpenti talibus verbis vſus eſſe ſcribitur: *terram comedes cunctis diebus* Geneſ. 3. quæ verba explanans Benedictus Pereri. lib. 6. in Geneſ. 94. ſuper hunc verſum per terram peccatores, quos rabide Diabolus debaccatur intelligi aſſeuerat: quam expoſitionem longe ante prætetigerat, B. Gregorius in Pſ. 4. Pænitentialium explanans illum verſum, *& terræ eius miſerebuntur*, per terram, inquiens, *peccatores accipimus*; vndè Serpenti à Domino dictum eſt: *terram comedes*, quia per peccata ſe à Cęlo excludũt. Alij verò, vt idem ipſe Sanctus Tho. q. 31. a. 1. ad primum, eatenus Chriſtum cęleſtem cenſeri affirmant, quia mirabili modo conceptus fuit,

Margin notes: *S.Tho.* *Suarez.* *Tertul.* *Beda.* *S.Aug.* *S.Anſ.* *Ecum.* *Iuſtin.* *Gen. 3.* *Perer.* *S.Greg.* *S.Tho.*

ſcilicet per virtutem diuinam ſuprà ordinem naturæ: quibus concordat Arias de imitatione Chriſti, addens cum eodem San. Tho. ibidem alio modo dici cęleſtem, quia natura diuina & perſona fuit de Cęlo: at Sanctus Bonauentura omnium, vt reor, apertiſſime, Chriſtum de Cęlo cęleſtem nuncupari affirmat, quia caro eius formata eſt ſecundum diuinam operationem carens omni originali peccato, & rebellione. Ex quibus omnibus liquido apparet; communem eſſe omnium SS. Patrum, ac Theologorum aſſenſum, Chriſtum de Cęlo deſcendiſſe, & cęleſtem eatenus dici, quatenus mirabiliter ſine omni Peccato originali, ſęditione carnis, & rebellione conceptus fuit: vnde & idem Seraphicus Doctor in 3. diſt. 12. a. 1. q. 1. inſiſtens ei quæſtioni, an ſcilicet Chriſtus humanam naturam de maſſa perditionis aſſumere debuerit? reſpondet affirmatiue: occurrens deinde argumēto ad oppoſitum facto, quod videlicet magis decere videretur, Chriſtum de cęleſti, & incorruptibili materia carnem ſumpſiſſe, ait, non exinde quod caro, & corpus Chriſti fuit optime complexionatum fas eſſe inferre ex communi maſſa perditionis haud quaquam fuiſſe formatum: quoniam ità pura fuit illa caro per uirtutem Spiritus agētem, ſicuti ſi de cęleſti ſubſtantia ſumpta fuiſſet. Eatenus igitur caro illa de Cęlo deſcendiſſe aſſeritur: quia dono cęleſti prædita, ac omnino tali innocentiæ ac puritatis dote referta, ac ſi de cęleſti materia, non terrena ſubſtantia in Adam vitiata fuiſſet ſumpta: quā ob cauſam Chriſtus perſępe cęlum etiam abſolute per ſimilitudinē, non per proprietatem nuncupatur: quo nomine appellant & Virginem, ex Patribus, ac Theologis ferè innumeri: ſic igitur dicito, Ioannē eatenus ciuitatem iſtam, videlicet Mariam de Cęlo deſcendiſſe, & eſſe cęleſtem affirmare, non quia carnem de cęleſti materia duxerit (hoc enim hęreſim ſapit) ſed quia miro quodammodo, præter legem naturæ in Adam vitiatę, ſine vllo peccato, ſine nulla carnis rebellione concepta: in ſumma quia impeccabilis ex gratia cęleſti fuit: atque ad ſimilitudinem filij eius tali innocentia, ac puritate prædita, ac ſi de cęleſti materia, non terrena ſubſtantia fuiſſet concepta illud de muliere, ac de viro accurrens: vt videlicet ſicut primus homo de terra terrenus, & ſecundus de Cęlo cęleſtis, ſic pari formiter prima mulier de terra terrena, ſecunda verò de Cęlo cęleſtis exiſteret; vt tandem poſtea illud eiuſdem Io. in eodem capite exclamare libeat, & dicere: *non intrabit in ea quicquam coinquinatum*; nullū enim peccatum per Adam intrauit in Mariam, quia ipſa in montibus excelſis cum Angelis, non cum hominibus in mundo, in quem per vnum hominem peccatum intrauit, habitauit; quia ipſa ante peccatum

Arias.

S. Bon.

ſtatum adæ ad Matris dignitatem, ac ſtatum gratiæ & gloriæ prædeſtinata fuit: quia ipſa eſt, quæ de altitudine deſerti candida, & dealbata aſcendit; quia ipſa eſt: cuius nomen excelſum ſponſus ſuper eum, qui vicerit, ſcribere voluit: quaſi indicarit, neminem poſſe in electorum numerum aſcribi, qui nomine ciuitatis huius nouæ ſignatus non fuerit ſecundum illud ipſius Io. Apoc. 3. *qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ, quæ deſſcendit de Cęlo a Deo meo.*

Apoc.

Illuſtratur alter ad comprobandum Immaculatæ Conceptionis Encomium locus.

Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam Iob. 26. Cap. 18.

Quod homo cæleſti Dei Imagine, ac ſimilitudine in ſua creatione ornatus eandem imaginem peccando depoſuerit, ac terrenam peccati aſſumpſerit. Sect. 1.

PRimum hominem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei conditum, & procreatum fuiſſe, conſtantiſſima eſt omnium fidelium ſententia; de qua tũ Patres, ac Theologi dę operibus ſex dierum, tum ſcripturales ad 1. cap. Geneſeos, quo loco ſacer Diuinorum operum Hiſtoriographus Deum ipſum eam veritatem illis verbis proferentem introducit, *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram:* quæ verba vtique eiſdem Scripturiſtis, ac Theologis copioſam, & vberẽ texendarum de hac re diſputationum ſegetem ſubminiſtrarunt. quanquã veròeã imaginem peccando penitus non amiſit (quippe res eſt eiſdem Patribus, ac Theologis tritiſſima, peccatum ſiue originale, ſiuè actuale imaginem minimè deſtruere, aut abolere) eandem nilominus adeò infecit, & conſpurcauit, vt iam non amplius Imaginem Dei, quæ tota vtique cęleſtis erat, atqui magis peccatoris effigiem, quæ iure terrena nuncupatur, portare videatur, ac pro tanto Patres, ac Theologi, & præ alijs Archiepiſcopus Mediolanenſis reſpectu huius immutationis, in imagine propter lapſum inductæ primũ hominem cęleſtem Imaginem Dei exuiſſe, ac terrenam peccati induiſſe aſſeuerare non dubitant eo præcipue, quod non ſolum Imaginem conſpurcauit, verum etiam ſimilitudinem, qua Deo per iuſtitiam, & innocentiam conformabatur, prorſus perdidit; ſicut enim imago naturam, ſic ſimilitudo iuſtitiam & innocentiam exprimebat; ſecundum illud magiſtri in 2. diſt. 16. *factus eſt ergo homo ad Imaginem, & ſimilitudinem Dei, ſed ad Imaginem*

Gen.

ſecundum memoriam, intelligentiam, & dilectionem, ad ſimilitudinem, ſecundum innocentiam, & iuſtitiam, quę in mente naturali naturaliter ſunt; quamobrem ab illo inſtanti, quo primi noſtri parentes peccato conſenſerunt, ſimilitudinem quidem perdiderunt, at verò imaginem ita conſpurcauerunt vt ad ipſam quoque poſteritatem ſpurciciam transfunderent, donec reformata iterum imagine per gratiam mediatoris, ad iuſtitiam, ac innocentiam in alia vita immortali reſurgerent; venit enim filius hominis, vt hanc eandem Imaginem, & Dei ſimilitudinem, quam Diaboli inuidia homo perdiderat, & infecerat, quæreret, inueniret, repararet. Id quod veritas ipſa Chriſtus in illa Parabola de dragma perdita innuere voluit, ſecundum illud B. Cirilli, in Catena S. Tho. *ſubiungitur ſecunda Parabola, qua genus humanum comparatur dragmæ, quæ periit, per quam oſtendit nos ad Imaginem, & ſimilitudinem regiam factos eſſe, ſcilicet ſummi Dei, nam dragma nummus eſt impreßam habens regiam figuram.* ſic Cirillus, qui quia cæptum propoſitæ parabolæ miſterium vſquequaque abſoluere, ac integre declarare minime viſus eſt, ſubingreſſus eſt S. Gregorius, in eadem Catena, qui clarius Miſterium proſequendo abſoluit. *quia imago* (inquit ille) *exprimitur in dragma, mulier dragmam perdiderat, quando homo, qui ad Imaginem Dei conditus fuerat, peccando a ſimilitudine ſui conditoris receßit.* ſed mirè Apoſt. Paulus ſuper hoc ſtabile, ac firmum Euangelij fundamentum ſui ædificij faſtigium erigens, ita ad Corinthi. de hac Imagine, quam primus homo infecit, ac ſecundus eandem reformaturus aduenit, diſcurrit: *primus homo de terra terrenus; ſecundus homo de Cęlo cęleſtis: qualis terrenus, tales terreni, & qualis cęleſtis, tales cęleſtes: igitur ſicut portauimus Imaginem terreni, portemus & Imaginem cęleſtis.* hæc Apoſt. Paulus; quibus ingenioſſiſſimè, & ſecundum regulas dialecticæ, ex ipſa contrariorum poſitione ſuam intulit concluſionem, futurum nempe, vt mortale hoc, ideſt homo reſurgat, reſurgendo, immortalitatem induat, induendo in illa vita immortali, ac Gloria cęleſti, cęleſtis Imaginem ferat, quia enim ex tritiſſimo Philoſoforum adagio, poſito vnò contrariorum, neceſſe eſt ponere & aliud, ex hac, inquam, neceſſaria contrariorum poſitione, ſuam Doctor egregius ex poſito antecedenti intulit conſequentiam, ſerie argumenti in hanc fere formam, per modum obiectionis, redacta; *ſed dicet aliquis quomodo reſurgunt mortui, qualine corpore venient*; hæc eſt obiectio, quam, de more omnium ſcribentium, ſibi idemmet, in propoſito reſurrectionis, Paulus oppoſuit; cum enim in toto illo capitulo de fide reſurrectionis, ad quam, vt neceſſarium erat, credendam Corinthios inducere volebat, verba feciſſet, multa inde ſequentia abſurda

Marginalia: Luca. 15. — S Ciril. — S.Tho. — S Greg. — 1. Cor. 15.

ſurda deducens, ac in primis, quod Chriſtus non reſurrexit, ſi nos pariter ſurecturi non ſumus; ac illud item, quod ſicut per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, mox eam obiectionem per modum dubitantis in medium adducit, quaſi quis miſterium credens, aliquam tamen adhuc circa modum dubitationem habens, ita ab eodem requirat: *ſed dicet aliquis, quomodo reſurgunt mortui; qualiuè corpore venient*; quaſi dicat, ego quidem Miſterium credo, credo vtique quod mortui reſurgent, ſed ſcire velim quomodo hæc reſurrectio facienda ſit; qualeue Corpus reſurrectionis extiterit; hanc igitur obiectionem mirè ſoluit Apoſt. ac ſimul rationem corroborat argumento per exemplum a re ſenſibili ducto, *inſipiens, tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur, & quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum &c. Deus autē dat illi corpus quod vult &c. ſic ergo & reſurrectio mortuorum ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria; ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute; tandem ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale*. ſic Paulus, qui argumentum ad vlteriora diſtendens, hanc vltimam propoſitionem confirmare aggreditur, eamque ex neceſſaria vt diximus contrariorum poſitione demonſtrat inquiens, *ſi eſt corpus animale, eſt & Spirituale*. id verò vlterius auctoritate confirmat, *ſicut*, inquit, *ſcriptum eſt, factus eſt primus homo Adam in animam viuentem; nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem, ſed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpiritale*. hucuſque igitur argumentum Apoſtoli eo tetendit, vt fidem reſurrectionis probaret; id quod tum ratione, tum auctoritate peracute compleuit. at verò quia propoſitū reſurrectionis de omni homine vniuerſaliter erat, & vis argumenti Scripturæ auctoritate muniti ad ſolos duos Adamos, primum, & nouiſſimum ſingulariter uidebatur fuiſſe protenſa, vlterius ad omnes argumentum protelare proſequitur, *primus*, inquiens, *homo de terra terrenus, ſecundus homo de Cęlo cęleſtis &c.* & hęc de ratione, & argumento Beati Pauli paucis attigiſſe ſufficiat; cuius profecto vis argumenti in eo iuxta mentem, & expoſitionem S. Thomæ eſt conſtituta, quod nimirum tale ſit principiatum, quale principium, ſiuè tales, qui ab vno principio deriuant, quale eſt ipſum principium, a quo deriuant: ſi principium terrenum, qui ab eo deriuant, terreni: ſi principium celeſte, & qui ab eo originem trahunt, cœleſtes. Sanctus igitur Thomas ingenioſe quidem Apoſtolum ex comparatione Adam, & Chriſti in ordine, & ſerie propagationis reſurrectionem colligere ſignificat; ſicut enim omnes ab Adam deriuantes eandem cum ipſo conditionem communicant, id enim ſonat, *qualis terrenus*,

renus, tales terreni: quia quale principium, tales & ij, qui a principio originem ducunt: ſic omnes a Chriſto deſcendentes eandem cũ Chriſto conditionem participant; id quippe importat, *qualis cœleſtis, tales & cœleſtes*; quia qualis radix, tales & rami a radice prodeuntes; ſed Adam fuit terrenus, Chriſtus cœleſtis: Adam mortalis, & mortuus eſt, Chriſtus viuus, immortalis, & reſurrexit; ergo omnes ab Adã terreni pariter mortales, & mortui: & omnes a Chriſto cœleſtes, viui, immortales, & reſurecturi, vnde recte in hæc tandem verba concludit: *ſicut ergo portauimus imaginem terreni*, ideſt ſicut ab Adam prouenientes eandem cum Adam conditionem mortalitatis, & corruptionis portauimus, ſic portemus Imaginem cœleſtis, hoc eſt ſic à Chriſto prodeuntes eandem cum Chriſto immortalitatem, vitam, & reſurrectionem portabimus: dixi *portabimus* ſecundum quod a quibuſdam legitur, & exponitur pro portemus, & mea quidem ſententia, clarius, & apertius, verũ enimverò ipſum S. Tho. audiamus: *primus homo inquit ille ad locum Pauli, terrenus fuit, & mortalis, ideo deriuatum eſt, vt omnes eſſent terreni, & mortales: iuxta illud, in Adam omnes moriuntur: quia verò ſecundus homo fuit cœleſtis, ideſt Spiritualis, & immortalis; ideò omnes ſpirituales, & immortales erimus, igitur ſicut portauimus, ideſt quamdiu peccatores fuimus, in nobis fuit ſimilitudo adæ.* (2. *Reg.* 7. *iſta eſt lex adæ*

S.Tho.

2.Reg.

domine Deus), *vt ergo poſſimus eſſe cœleſtes, ideſt peruenire ad vitam gloriæ, portemus Imaginem cœleſtis per vitam gratiæ.* ſic Beatus Tho. qui per omnia Bedæ talia in eundem locũ proferenti, conſors fuit, *quid eſt, qualis terrenus, tales terreni, niſi mortales ex mortali: & quid eſt, qualis cœleſtis, tales cœleſtes, niſi immortalis per immortalem: illud per Adam: hoc per Chriſtũ*, & infra. *induimus autem Imaginem terreni hominis propagatione præuaricationis, & mortis, quam nobis intulit generatio: ſed induimus Imaginem cæleſtis hominis gratia indulgentiæ, vitaque perpetuæ, quod nobis præſtat regeneratio*, & paucis interiectis, *manifeſtum eſt ad Adam pertinere omnem hominem, qui ex illa ſucceſſione propaginis naſcitur: ſicut ad Chriſtum omnis, qui in illo gratiæ largitore renaſcitur: vnde quod dicitur, ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur, non ita debet intelligi, quod omnes, qui in Adam moriuntur, erunt in Chriſto viuificati; ſed ideo dictum eſt, omnes, & omnes, quia ſicut nemo corpore animali niſi in Adam moritur, ita nemo corpore ſpiritali niſi in Chriſto naſcitur.*

Beda.

Sequi

Sequitur idem propoſitum: probaturque ex doctrina Beati Apoſtoli Pauli, Imaginem cęleſtem eſſe Imaginem iuſtitiæ, & innocentiæ, terrenam autem contra eſſe Imaginem peccati originalis & culpę Sec. 2.

IAm verò forma argumenti in hunc ordinem conſtituta vt ipſum ad rem noſtram accomodatius transferre valeamus, de qua conditione Apoſtolus eo loci loquatur, naturæ nè, an gratiæ: non perfunctoriè, verum potius exacte, ac ſollicite indagare neceſſarium fuerit; & quidem, licet

S.Tho. B.Tho. prima facie, ex comparatione in ordine generationis naturæ a parte Adæ, ſolem verò gratiæ a parte Chriſti vim argumenti conſiderare viſus fuerit, vt nempè, ſicut omnes ab Adam deriuantes naturam ab ipſo acceperunt: ſic omnes a Chriſto deſcendentes gratiam ab ipſo receperint: nilominus ſi accuratius mens ad argumenti diſpoſitionem ab ipſo S. Tho. digeſtum adhibeatur, actutum ipſum vtrinque ex comparatione in ordine generationis ad gratiam, & vitam ſpiritualem, ſeu potius hinc Adæ ad culpam, & mortem; illinc Chriſti ad gratiā, & vitam vim argumenti deſumere

Beda. perſpicetur. quod facit & Beda hic ſuper locum Apoſtoli ac fere alij omnes communiter: vt c. præcedenti viſum eſt; quippe omnes ab Adam culpam & pœnam ſicut a Chriſto gratiam, & gloriam receperunt. ſed præ alijs iucunde ſatis, & erudite S. Ioannes Griſoſtomus, Hom. 42. quod ſi, inquit, *hic* S.Gri. *ſint qui obijciant, Chriſtum Corpus non habuiſſe, eo quod de Cælo eſſe dicatur, his quanquam ſatis ſuperque os obſtruant, quæ hactenus a nobis dicta ſunt, tamen nihil obſtat, quominus hoc, quoq; loco compeſcamus. Quid igitur, dum ait, ipſe Dominus de Cęlo, naturam ne, an optimam illam vitæ rationem intellexit: enimuero manifeſtum vtique eſt, quod vitæ rationem; quocirca ſubijcit, quemadmodum geſtauimus Imaginem terreni, hoc eſt, quemadmodum patrauimus mala, geſtemus & Imaginem cæleſtis, hoc eſt, operemur bona.* ſic S. Griſoſt. qui iſtud ipſum ea ratione confirmat; quod quantum quidem ad naturę conditionem ſimpliciter attinet, nec Adam ita tantummodo terrenus erat, & de terra, vt nil præter terrenum haberet. quippe nedum corpore terreno, verum etiam anima, & Spiritu conſtabat: neque Chriſtus ita ſolus cęleſtis, vt præterea nil terrenum haberet, cum corpus ex terra rudi, carne nimirum, & ſanguine Mariæ Virginis traxerit, eodem ferè modo ex alijs conditionibus vtriuſque hominis ab Apoſt. in medium allatis clarè conuincitur, nam & Corpus Chriſti quantum ad naturæ conditionem attinet animale fuit, quia idem omnino cum natura corporum aliorum hominum; immo, quod maximum eſt, ipſe quoque Chriſtus, quantum vt dixi ad naturam attinet, ab Adam via propaga-

pagationis originem traxit: non ergo de origine naturæ ſimpliciter eſt ſermo, aut argumentum Apoſtoli, neque de morte, & vita naturali ſimpliciter, atqui de vita, & morte ſpirituali; nam Adám eſt principium originale, & radix peccati, & mortis, ideo omnes in ipſo peccant, & moriuntur, Chriſtus verò fons, & radix gratiæ, & immortalitatis, ideo omnes in ipſo reſurgunt & viuificantur: ex quibus etiam clariſſime colligas de peccato originis, quod ex vi propagationis & natura ab Adam in omnes ſuos deſcendentes transfunditur; hunc Apoſtoli eſſe Sermonem; nam quoad actuale, & perſonale attinet, nil de eo Apoſt. prædicat, quia nil ad eius vim argumenti præſtat; vnde imago illa terreni, quam, eodem Apoſtolo teſte, ex Ada portauimus, eſt imago, & ſimilitudo peccati, in nos ab eodem Ada transfuſi; vt etiam aperte S. Tho. exponit, quam Imaginem primus homo induit, quando eam, quam prorſus cęleſtem à Deo, cum primo creatus fuit, acceperat, peccando exuit; imago verò illa, quam nos iterum portaturos Paulus prædicat, eſt imago cęleſtis, & Diuina, illa met naturæ innocentia, & originalis iuſtitia, ſine qua quidem reſurgemus, non tamen immutabimur, non enim omnes qui reſurgent, Imaginem cæleſtis portabunt, ſed qui cum Chriſto reſurgent in gratia, & gloria cæleſti, ſine qua imago cæleſtis eſſe non poteſt. quod in re noſtra maxima ponderatione dignum eſt; licet enim imago illa cæleſtis, quam, Apoſt teſte, omnes qui in Chriſto viuificabuntur, portabunt, in vita præſenti quodammodo initiatiue incipiat, nilominus perfectæ ratio imaginis, ſecundum eam formam, quam Chriſtus portauit, & quam idem Chriſtus in nobis initiauit, erit in gloria cæleſti, quando anima in eam Imaginem, hoc eſt iuſtitiam, & innocentiam, ſine qua nemo in eam ciuitatem introibit, transformabitur, quod argumentum Apoſtoli clare euincit; ipſe enim duplicem ſtatum diſtinguit, in altero humanum genus ab Ada originem ducens ſtatuit, in altero idem humanum genus à Chriſto proueniens conſtituit; in priori illo ſtatu corpus eſt animale, homo terrenus, peccati reus, terreni imaginem portans; in poſteriori illo corpus eſt ſpirituale, homo cæleſtis, innocentiæ particeps cæleſtis Imaginem geſtans: illud eſt in præſenti vita, in qua adhuc mortales viuimus, iſtud erit in futura, quando immortales reſurgemus. Vt igitur tandem quod ex toto hoc Pauli diſcurſu in propoſito noſtro prætendimus, ad ſententiam redigamus; terrenus homo, & terreni imago dicitur homo, & imago peccati: quam nos vtique Imaginem primus homo in humana natura per originale peccatum cæleſti illa per iuſtitiæ dona à Deo impreſſa in ſe deleta plantauit; atque adeo cunctis ab Ada vi propagationis deſcen-

S.Tho.

deſcendens hanc peccati Imaginem, quæ Adę etiam imago dicitur, portare dignoſcitur. homo verò cęleſtis, & cæleſtis imago dicitur homo, & imago iuſtitiæ, & innocentiæ, quam profectò Imaginem ſecundus homo in nobis in præſenti ſæculo initiauit, in futuro verò pleniſſimè reformabit; quam etiam Imaginem Deus in humana natura à ſui conſtitutione impreſſerat; vnde eſt illud Beati Ambroſij Mediolanẽſis Archiepiſcopi, qui poſtquam multa præclare de hac Imagine primo homini à conditore impreſſa edidit, poſtremò his verbis totum epiphonema concludit: *ſecundum hanc Imaginem, quæ refulget pictura precioſa eſt: Adam ante peccatum; ſed vbi lapſus eſt depoſuit Imaginem cæleſtis, ſumpſit terreſtris effigiem: ſed fugiamus hanc Imaginem, quæ Dei ciuitatem intrare non poteſt, non enim intrat imago indigna, quia non intrabit in ea omne commune, &c.* hæc D. Ambroſius, qui vnico conceptu plures protulit ſenſus; quibus ſatis euidenter expreſſit, quid de vtriuſque Imaginis conditione ſentire debeamus: nam imago illa precioſa fuit iuſtitia, & innocentia primo homini à conditore impreſſa, quam Imaginem homo intantum retinuit, inquãtum Dei mandatum non præteriuit; vbi verò lapſus eſt eam cæleſtem iuſtitiæ Imaginem depoſuit, & peccatoris effigiem aſſumpſit; quæ cum ſit imago indigna, communis, & immunda hominem vniuerſum eam geſtantem ab ingreſſu ſupernæ illius ciuitatis excludit; quare ſi cum Chriſto reſurgere, ac in electorũ numerum recipi volumus, iterum terreni Imaginem deponere, & cæleſtem cum Chriſto debemus aſſumere, quæ quidem in præſenti vita, quæ eſt ſtatus peccati, initiatur per gratiam, completur verò in futuro per gloriam; idcirco hortatur nos Beatus Ambroſius illis verbis nuper allatis, vt eam terrenam Imaginem cæleſtis patriæ indignam fugiamus, certi, quod cum Chriſto in eius requiem non intrabimus, niſi eius Imaginem, ac ſimilitudinem cæleſtem, quam peccando exuimus, iterum per iuſtitiam induamus; nam, vt inquit S. Auguſt. trac. 10. in Io. *ſicut Deus poſtquam hominem ad Imaginem, & ſimilitudinem formauit die ſexta, ſeptima requieuit, ſic tibi ô homo requiem non ſperes, niſi cum redieris ad ſimilitudinem Dei, in qua factus es, quam peccando perdidiſti*; liquido patet, primum hominem per peccatum originis, & naturæ adeò Imaginem illam cæleſtem, ac Dei ſimilitudinem perdidiſſe, & infeciſſe, vt non iam Imaginem Dei cæleſtem; atqui potius terrenam portare cenſendus ſit, vnde omnes ab eo deriuantes terreni eſſe, ac Imaginem terreni pariter geſtare dicantur. *S. Aug.*

Quod

Quod Deus cęleſtem in Beata Virgine Imaginem ab ipſo diuinitus impreſſam, geſtauerit, ac ſubinde non ſolum ab omni originalis culpæ labe immunem eam ſeruauerit, verum etiam innocentiæ dono exornauerit. Sect. 3.

REdeamus nunc igitur ad formam, & vim argumenti ex propoſito ſcripturæ textu colligendam; videamuſque quamnam B.V. cæleſtis ne, an terreni, Chriſti, an Adæ Imaginem portet, vt eo perſpecto inde facilius eruamus, num alicuius fece peccati infecta, an potius originalis iuſtitiæ dono fuerit exornata, & vt ab vniuerſalioribus vim argumenti colligere incipiamus; quo dein ad peculiarem e proximo concluſionem eruendam totum arg. clarius conuertamus; multigenas illius ſcripturæ ſignificationes in medium afferamus, *qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam*, principio ſolium iſtud Diuinum, cui Dominus inſidere voluit, tam altum, & excelſum ab ipſo Deo factum fuiſſe præfatis verbis S. Iob indicare voluiſſe putarim, vt licet quorundam oculos non latuerit, aliorum nilominus obtutus, præ ſui celſitudine longe ſuperarit, ſubterfugit ſane mortalium oculos priuilegium de Immaculata Virginis Conceptione, in tantum vt ad eius celſitudinem contemplandam humanæ mentis acies vix pertingere valuerit. Nec ſine ſpeciali Dei diſpenſatione id factum fuiſſe exiſtimandum eſt, quippe ſic vilia, & exigua in oculis omnium poni, ſicut prætioſa, & magna a communibus omnium obtutibus ſolent occultari. Deus igitur, qui ſuauiter, ac fortiter omnia diſponit, pretioſum iſtum theſaurum, ac ineſtimabilem ſui ſolij margaritam non palam, & in oculis omnium ponere, verum ſub quodam ſuæ prouidentiæ velo obtectam tenere, ſoliſque quibuſdam ſibi charioribus, pro ſuæ voluntatis conſilio, paſſim oſtendere, ac ad maiorem Virginis venerationem reuelare diſpenſauit. Huc, inquam, accinere voluiſſe, dixerim Beatum Iob, quod mirè conſiderauit Caietanus hic ſic ferè profatus. *vtitur metaphora ſolij velati, ne appareat, ad inſtar venerabilium rerum, quæ quandoque velantur, quandoquè deteguntur; vt in maiori habeantur veneratione. deſcribit itaque tale nubium officium, quod eſt tegere nobis ſolium, ordinari ad hoc, vt ſedes Dei venerabilior nobis reddatur, quandoque apparens, quandoque non apparens.* quanquam verò quid ſolij nomine a Sancto viro hoc loco intelligatur, varia ſit interpretum declaratio; ipſe enim Caietanus fere omnia mutuatus a S. Thoma, nomine ſolij Cælum accipi debere affirmat, *ſolium*, inquiens, *Dei appellatur Cælũ.* cui ego opinioni facile acquieſcerem, niſi Cælum, quod ſedes Dei communiter appellatur, empireum, quod nubium vaporibus obtegi minime poteſt,

Caieta.

Caieta. S.Tho.

exi-

S.Greg. exiſteret. Porrò S. Papa Gregorius l. 17. c. 15. vel ipſum regnum Beatitudinis, & gloriam cæleſtem, vel maieſtatis Diuinæ potentiam, vel demum Angelos ipſos nomine ſolij intelligi indicat: Beda S. Hie. Venerab. Beda, ac S. Hieronymus hic omnem creaturam, in qua ſuæ pietatis, ac iuſtitiæ ſedem Deus tenere dicitur, accipi inſinuant. Nos nilominus in noſtra perſiſtentes ſententia tot Patrum auctoritatibus iam ſuperius munita rectiſſime B. ſemper Virginem Mariam hic pariter intelligi debere putamus, quam idcirco Dominus proprijſſime ſolium ſuum appellat, quia in ea proprijſſime ſuam humanitatis digniſſimam ſedem collocauit: recte autem vultum ſolij ſui, non ſolium tenere deſcribitur; quia Greg. enim, teſte B. Papa Gregorio vbi ſup. in vultu cognitio demonſtrari ſolet, illius vultum appoſitiſſimè tenere perhibetur, cuius dona, & merita ſibi ſoli, qui ea in illud contulit, manifeſta eſſe diſpenſauit. Audiamus Greg. de vultu ſolij talia promentem, *in vultu ſolet cognitio demonſtrari, ſolij ergo eius vultus tenetur, quia a nobis in hac vita regni eius gloria non quanta intrinſecus habetur, agnoſcitur: ſuper quod rectè expandi nebula dicitur, quia ſicuti eſt cæleſtis, illa gloria non videtur.* Hactenus ille de regno Beatitudinis, & gloria cæleſti; ac ferè eodem modo alia de Diuinæ Maieſtatis potentia, ac Angelorum miniſterijs adiungit quippe tria hæc ſolij nomine accipi poſſe, vt dictum eſt, aſſeuerat: quę nos ad B. V. quam eo loci ſolij nomine accipi poſſe aſſeruimus, referentes, ipſius vultum eatenus a Deo teneri dixerimus, quatenus, quanta ſit eius gloria, quanta priuilegia, vt verè ſunt, in hac mortali vita a nemine, niſi ex ſpeciali Dei diſpenſatione, qui alicui ſolij vultum manifeſtare voluerit, videri poteſt. Vidit profecto Iſaias, ſed ſolus conſpexit, vnde dicere potuit, *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* Vidit Dauid, viderunt alij quidam, qui Domino placebant, ipſi tamen dum adhuc ſub velo, ac nebula obtectum teneretur nam, reuelata prorſus facie, filijs Core, filijs Crucis, & Paſſionis patefaciendum, ac prorſus manifeſtandum reſeruabatur. Ijs ergo filijs Crucis, filijs Paſſionis, fratribus, inquam, Religionis S. Franciſci, ex ſingulari Dei priuilegio, velum ablatum fuit, ac myſteriũ illud tot ſæculis abſconſum adeò patefactum, vt ipſum toti etiam Mundo prædicando patefacere cęperint; atque adeo profecerunt, ipſa Matre Virgine fauente, vt iam non ſub velo, atqui prorſus in facie totius Mundi, & Eccleſiæ manifeſtum appareat. Sed cum ille idem Deus Opt. Max. qui vultum ſolij ſui tenere dicitur, nebulam præterea de ſuper ipſum expandere pariter aſſeratur, *& expandit ſuper illud nebulam ſuam:* & ſi fortaſſe ad eandem tanti myſterij abſconſionem inſinuandam ſecundam hanc ſolij conditionem ijdē

ferè

ferè præcitati Doctores accipi poſſe indigitant, alterum nilominus huius expanſionis officium rectius mihi illis verbis deſcribi videtur; quippe velum ſic res venerabiles obtegit, ne videantur, vt pariter protegat, ne aliqua macula inficiantur. Res eſt adeo certa, & vſu comprobata, vt vlteriori probatione minime egeat. Illud ergo ex verbis illis priori expoſitioni, ac ſenſui adijcere libeat, quod protectionem tanti ſolij inſinuat. Pulcrè propterea Venerabilis ſuum perſequens ſermonem ita concludit: *In protectionem quoque Diuinæ cuſtodiæ, quæ expandit ſuper ipſum bonum nuncium Euangelij nubem defenſionis ſuæ, vt nullus poſſit ei quamuis acerrimus aduerſarius præualere.*

Beda.

Hæc ille, ſumpta metaphora alicuius munitæ domus, in quam aduerſarij impetus (prout etiam ſuperius ex eodem Beda de excelſo habitaculo dictum eſt) præualere non poteſt, ſed, meo videri, congruentius officium nebulę, ſequendo metaphoram alicuius nobiliſſimi ſolij, quale eſt Imperatorium, Regium &c. explicatur, quod propterea aliquo velo obtegi ſolet, ne aliqua quouismodo macula inficiatur, (aut etiã & fortaſſe adhuc melius) picturæ, ſequendo metaphoram alicuius pulcherrimæ Imaginis, & quam Princeps intra cubiculum clauſam ſub velo obtectam tenere ſolet, ne pulueris, aut alterius cuiuſpiam infectione ſordeſcat. Quid ergo? Dominus ſolium iſtud pretioſiſſimum mira quadam arte ſibi ab æterno compoſuit, tam altum & excelſum collocauit, vt non tam facile oculis omnium pateret; ſuper ipſum prę terea nebulam expandit, ne aut aduerſarius offendere, aut aliqua terrena macula conſpurcare valeret. O' verè ſingularem Dei in Virginem Matrem venerationem; O' ineffabilem erga ipſam protectionem; O' nimiam certe in eandem Dei charitatē, & dilectionem; venerationem, obtegendo tam Pretioſam Margaritam: protectionem, ab omni Aduerſarij impetu, ac cuiuſcunque maculæ infectione præſeruando: dilectionem, vultum in conclaue detinendo; ex quibus omnibus Encomium de Immaculata Virginis Conceptione mirè illuſtratur, quæ ſingulari Dei Prouidentiā, & diſpenſatione tanquam pretioſum Dei omnipotentis ſolium eò vſque euecta eſt, vt ipsū humanæ mentis captū tranſcenderet, vt pote quæ intra ſuperni Regis cubiculum in excelſo collocata; ſicque nube Diuinæ protectionis munita, vt nullius aduerſarij impetus, nullius maculæ infectio ad eā prorſus accederet. Sed enim quid verbum illud, *tenere*, importet, curue Deus potius ſolij vultum, quam ſolium abſolute tenere dicatur, profundius adhuc perquiramus, ſi forte ad confirmandum cæptum de Immaculata Virginis Conceptione argumentum, aliquid ſolidius inuenire contingat. *Qui tenet, &c.* non ineptè

tè quidam ad poſſeſſionem, quã Deus ſui ſolij poſſeſſor plenus exiſtit, exprimendam præfati verbi ſignificationem referendam inſinuant; quod nempe Dominus non eo ſolum titulo, quo omnium Dominus, quia omnia creauit; neque eo ſolum, quia redemit, cenſetur: atqui ſpeciali, quo Virginem ab initio poſſedit, inquantum nimirum Mariam ſibi in ſolium excelſum, & eleuatum, quod ipſe poſſideret, elegit. Fortaſſe etiam, tenere, idem erit, ac perficere, & complere, ſecundum illud, *& ſolium gloriæ teneat*: quod S. Bernardus Sermonem de verbis Iſa. concinne tranſtulit, *ſolium gloriæ compleat*: vnde non vacat myſterio, quod prius ponatur, *qui tenet &c.* ac poſterius adiungatur, *& ſuper illud ſuam nebulam expandit*; Deus enim primò perfecit, & compleuit vultum ſolij, deinde, ne ab Aduerſario in aliqua parte deſtrueretur, aut ne ab aliqua macula inficeretur, ſuæ protectionis dono obtexit: ita verò perfecit, vt nihil ei omninò, quod ad gratiam, & decorem ſpectat, deeſſe valeret. Neque etiam incongruit, vt verbum, *tenet*, pro habet, & portat, exponamus, vnde & Hiſpanè dicitur, *tiene*, quod Italice, *Haue*, vulgo dicitur de iuuene decoro vultu, & aſpectu formoſo, tenet vultum Angeli, habet vultum Dei, Italicè, *tiene il volto d'Angelo. Haue, ò porta vna faccia da Dio.* Eam igitur ne ſacerrimæ Virginis gratiam, eam vultus illius formam, & ſpeciem eſſe S. Iob indicare voluit; vt Deus ipſe qui Virginis vterum non horruit, eiuſdem vultum, & faciem tenere non dedignetur: vt verum ipſe fatear & ſincerè dicam quod ſentio; maximè verò *qui tenet vultum ſolij ſui*, quo quid excellentius de Beata Virgine aut mẽte cogitari, aut verbis explicari poteſt? Et de prioris illius verbi, *tenet*, ſignificatione hactenus ſcripſiſſe ſufficiat.

1. Reg. 2. S. Bern.

Iam quod ad particulam, *vultus*, attinet, mens mea ad altiora conſurgens maiora adhuc de laudibus Mariæ ex verbis allatis in medium producere poſſe confidit, quippe maiora in illa ſui dicendi phraſi S. Iob mihi complecti voluiſſe videtur: parum abeſt, vt Deum B. Virginis Imaginem portare dixerim, an non id pariter S. Iob, ſubobſcurè licet, inſinuat? quemadmodum enim in vultu cognitio, vt bene perpendit S. Greg. demonſtrari, ſic pariter imago, & ſimilitudo præſignari ſolet: vnde cantat Eccleſia Hom. de tempore Paſchali ad matut. *Qui Mundi in primordio Adam plaſmaſti hominem, cui tuæ Imagini vultum dediſti ſimilem*, cuius præterea ſignificationis ratio in eo conſtituta eſſe videtur, quod (vt ait magiſter, in 2. d. 16. in calce) licet imago intus in anima reſideat, foris tamen in facie ſurſum ad Cælum erecta denotatur: Deus itaque, qui a principio vtranque intellectualem naturam ſui Imagine inſignire dignatus eſt, ipſe Imaginem, & vultum ſolij ſui

S. Greg.

Magiſt.

ſic

ſic perficere, complere, & adonare voluit, vt eandem ipſe Imaginem ad ſui honorem, & gloriam portare, ſeque ea quodammodo inſignire voluerit; id enim totum propoſitio illa, *qui tenet vultum ſolij ſui*, importat; hoceſt, Imaginem ſolij ſui ſic complet, & adornat, vt eandem pariter portet. O verè noua, & omnium ſupereminens noui tas nouitatum, quando Deus, ad cuius Imaginem Angelum, & hominem feciſſe legitur, ſic Mariam Virginem perficere, & donis cæleſtibus adornare dignatus eſt, vt ipſe è contra Virginis vultum tenere, ac Imaginem eius portare glorietur; & non eam vtique terrenam, quam primus homo de terra terrenus, & terreni omnes ab eo deriuantes geſtare perhibentur, ſed eam, quam ſecundus homo de Cęlo cæleſtis reformauit, innocentiæ ſcilicet & iuſtitiæ originalis decore præſignitam: neque enim Deus indignam illam ſtatus culpæ, atqui ſtatus innocentiæ, dignam & preclaram Imaginem portare cenſendus eſt; atque adeò qualis illa mulier cęleſtis, talis Deus, qui eius Imaginem portare deſcribitur; vnde ſi vultis agnoſcere vtrum terrena, an potius cæleſtis Maria; oculos mentis in eam conijcite, cuius vè Imaginem portat attendite; vtrum videlicet primi hominis terreni, & peccati, an ſecundi hominis cæleſtis, & iuſtitiæ: nam vtique talis erit Maria, qualis is, cuius Imaginem portat, non Adę profectò, ſed Chriſti, non culpæ, ſed innocentiæ cum Chriſtus ipſe ſuæ Matris vultum tenere, hoc eſt Imaginem, & ſimilitudinem portare perhibetur: neque enim Chriſtus aliam, quam cæleſtem, & cæleſtis, qualemque Adam ante lapſum ſicut Adam ipſe poſt lapſum non aliam, quam terrenam, & terreni, Imaginem portat.

Sed dicet aliquis quomodo Creator vultum, & Imaginem creaturæ portare poteſt, cum potius creatura portet Imaginē Creatoris; nam ſicut omnes ab Adam deriuantes Imaginem Adæ, non cōtra, portare dicuntur; ſic omnes à Chriſto deſcendentes Imaginem Chriſti, non e diuerſo tenere feruntur. Inſipiens qui neſcit diſtinguere neſcit reſpondere. Diſtingue ergo, ac geminam Imaginis rationem conſtitue, propriam, & rigoroſam vnam; impropriam, & latam alteram: propriè, & rigoroſe dicitur imago, quæ ad aliud, id nempe cuius eſt imago, ordinatur; atque ita filius eſt imago Patris, mulier imago viri, principiatum imago principij; impropriè, & late imago dicitur, quæ alteri conformatur; atque ita Pater imago filij, vir imago mulieris, principium, quoties principiato conformatur, imago principiati. Chriſtus ergo, vt theologice loquar, non ratione ordinis, ſed ratione conformitatis, vultum, ſeù Imaginem, & ſimilitudinem ſuæ Matris tenere, & portare dicitur, inquantum eum Matre per iuſti-

tiam, & innocentiam conformatur filio, & filius contra, per eandem iuſtitiam, & innocentiam conformatur Matri: filius, & Mater alterutrius vultum, & Imaginem inuicem tenere, & portare feruntur.

Sed rurſum occurrat alter, & dicat, ſi imago dicitur, quia alteri conformatur, & Mariam Chriſto, nam Chriſtum Mariæ conformari decet, potius Maria Imaginem Chriſti, quam Chriſtus Mariæ vultum tenere dicendus erit? Ita ſanè, ſi rigoroſam, & propriam ſequi velimus philoſofandi rationem; at verò quia conformitas tandem non eſt, quam conuenientia duorum in vno, quæ conuenientia, ex ipſa philoſofantium doctrina, nonnunquàm ex vnius tantum extremi, interdum verò ex vtriuſque mutatione conſurgit, vnde non ſecus paries albus ſimilis, ac conformis fieri dicitur parieti nigro albedinem ſimilem in ſe recipienti, quàm paries niger parieti albo ſuam albedinem ſimilem conſeruanti: rite propterea Chriſtum Mariæ eatenus conformari exiſtimabimus, quatenus Maria per receptionem ſimilis innocentiæ Chriſto conformis efficitur; nam conformatio vnius cum altero facit vtrunque eſſe conformem; vnde & caro Mariæ dicitur caro Chriſti, non quia de Chriſto ſumpta eſt, ſed quia cum caro Chriſti dicitur caro Mariæ, caro pariter Mariæ caro Chriſti rectè appellatur, quo ſenſu Ven. Beda, ad 15.1.Cor. vocat Adam carnem Chriſti, quia caro Chriſti de Adã, ſic dicens, *Adam ergo caro Chriſti, quia caro Chriſti de Adam.* Ergo Chriſtus imago Mariæ, quia Maria vultus, & imago Chriſti. Ergo Chriſtus tenet vultum Mariæ, quia Maria in præſenti Chriſti Imaginem portat, quam cæteri omnes prædeſtinati conformes fieri Imaginis filij Dei in futuro, Apoſt. teſte portabunt: huius igitur tandem argumenti iſta concluſio eſt; qui tenet Imaginem cæleſtis, cæleſtis eſt, hoceſt ab omni originis culpa immunis: ſicut qui tenet Imaginem terreni, terrenus eſt, hoceſt Adæ peccato obnoxius; ſed Maria portat Imaginem cæleſtis, non terreni; Chriſti, non Adæ, quia Chriſtus tenet, & portat vultum Mariæ, ergo Maria cæleſtis eſt, & non terrena, ergo ab omni Adæ peccato immunis, ergo iuſtitiæ, ac innocentiæ Chriſti particeps. Habetis igitur in vno ſcripturæ loco multiplex ad idem Immaculatæ Conceptionis Miſterium demonſtrandum argumentum; ipſa eſt enim ſolium exceſſum, quod tot ſæculis a mortalium oculis fuit abſconſum; ipſa ſedes a Deo perfecta, & completa, ac ſubinde velo protectionis obtecta, ne aut ab inimico deſtrueretur, aut ab aliqua macula inficeretur; ipſa eſt tam formoſa vultu, & decora aſpectu (*quam pulcra es, & quam decora cariſſima*;) vt Deus eius vultum habere glorietur; ipſa eſt tandem

Beda. *Cant 7.*

imago cęleſtis, quam terrenus ille homo non infecit. Et ſi vultis amplius, ampliora adhuc ad totius Encomij exaltationem, ex eiſdem verbis adducam. Parum abeſt, vt dicam, ſic Deum vultum ſui ſolij per Prophetam tenere deſcribi, ſicut Amantes ſuarum amaſiarum vultum, aut faciem in cubiculo pictam tenere conſueuerunt. Solent huius ſæculi amatores, qui alicuius Perſonæ amore ſuccenſi ſunt, quamdiu ſuæ amaſiæ præſentiam habere non poſſunt, vultum, & faciem illius apud ſe ipſos in ſecretiori ſui cubiculi loco depictam tenere, eamque inſuper, ob maiorem venerationem, aliquo velo obtegere, plerumque etiam abeuntes, ſecum portare (vtinam cuiuſpiam Sancti, vel Sanctæ vultus, & imago exiſteret) parum, inquam, abeſt, vt dicam, Deum cum Virgine, quam ab ęterno ſumme dilexit, amantium huiuſmodi more ſic ſegeſſiſſe: cum enim ante mundi conſtitutionem præſentem Virginis perſonam in ſuo proprio genere minimè habere valuerit, vultum tamen eius, & faciem intra ſacrarium Regni cæleſtis mire depictam tenere, eamque Angelorum ipſorum conſpectibus obtegere voluit; id enim importat; *qui tenet vultum ſolij ſui*; hoc eſt, qui ſuæ amantiſſimæ faciem intra ſacrarium Regni Cæleſtis apud ſe retinet. Et quidem non vultum, aut Imaginem aliqua peccati macula infectam, atqui iuſtitiæ originalis dono decoratam, & ornatam, qualem vtiquè diſcribit S. Ambroſius lib. 6. exame. c. 7. quæ pictura precioſa reful- S. Amb.
get; ipſe enim Deus, qui eam Imaginem tenere, ac portare voluit, talem profectò diuina arte pixit, vt tota cæleſtis eſſet, digna plane, quam Deus ipſe geſtaret; ſed quæ eſt iſta imago tam præclare picta; *illa anima*, inquit Ambroſius, *a Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendoremque pietatis, illa anima bene picta eſt, in qua elucet diuinæ operationis effigies, illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ*; nulla autem in ſtatu naturæ deſtitutæ eſt talis anima, talis imago inuenitur, niſi illa ſola Virgo, cuius vultum, & Imaginem Deus ipſe tenere, ac portare dignatus eſt, *ſecũdum hanc Imaginem*, concludit Ambroſius, *quæ refulget pictura precioſa fuit Adam ante lapſum, ſed vbi lapſus eſt depoſuit Imaginem Cæleſtis, ſumpſit tereſtris effigiem* ſic S. Ambroſ. cum autem, vt grauiter S. Leo. Ser. 1. de ieiunio S. Leo.
decimi menſis aduertit, Deus humanum genus diligendo ad priſtinam illam ſui Imaginem reparet; *diligendo itaque*, verba S. Leonis, *nos Deus ad Imaginem ſuam nos reparat*, quanto vtique maior fuit Dei amor in matrem, tanto reparatio longe excellentior: & noſtram quidem reparat, dum lapſos reſtituit; Matris verò, dum ne labatur, præſeruat; vnde ſi eatenus Deus nos ad ſui Imaginem condidit, vt illius imitatores eſſemus, quod

his

his verbis ibidem idem S. Pontifex erudite expreſſit; *ſi fideliter dilectiſſimi, atque ſapienter noſtræ creationis exordium intelligamus, inueniemus, hominem ideo ad Imaginem Dei conditum, vt imitator ſui eſſet auctoris, & hanc eſſe naturalem noſtri generis dignitatem; ſi in nobis, quaſi in quodam ſpeculo diuinæ benignitatis forma reſplendeat, ad quam quotidie nos vtique reparat gratia ſaluatoris, dum quod cecidit in Adam primo erigitur in ſecundo*, qualem putabimus Matris fuiſſe Imaginem, quæ omniũ perfectiſſime filij imitatrix fuit, in qua tanquam in lucidiſſimo ſpeculo, ſineque macula Dei benignitatis forma reſplenduit, quæ ita ab inſtanti Conceptionis lucidiſſima virtutis Dei nube obumbrata fuit, vt nullas prorſus tenebras pati valuerit; quod igitur in Adam primo natura perdidit, totum merito ſecundi in Maria inuenit, quæ tantopere fuit erecta, vt ſolium excelſum ab ortus ſui exordio extiterit; hanc porro Imaginem toto cordis affectu in Maria plene reformatam videre cupiebat Dauid, adeo vt hanc vnam ſibi in tanta humani generis, quod in primo parente ab illa cæleſti Imagine, ac ſimilitudine defecerat, calamitate, ſatietatem ſupereſſe exclamans fateretur, *ſatiabor cum apparuerit gloria tua*, Pſ. 16. ſeù, vt ex hebræo legit Agellius, *cum euigilauero ſimilitudine tua*, vel vt alij apud Lorinum, *cum euigilare feceris ſimilitudinem tuam* ſeù vt alij apud eundem, *cum euigilauerit gloria vultus tui*; quanquam verò locum iſtum aliqui, & quidem ſatis congrue, de ſatietate illa in regno Beatitudinis perfruenda Dauidem loquutũ eſſe interpretentur, Agellius tamen hunc litteralem ſenſum minimè eſſe inſinuat: litteralem porro ipſe exiſtimat, vt de comparendo in templo Domini ad offerenda laudis ſacrificia intelligatur; Dauid enim in his ſuam ſatietatem collocabat; vt ante faciem Dei ad offerenda ſacrificia in templo compareret, *dicit autem gloriã*, ſubdit Agellius, *vel Maieſtatem illam interioris tabernaculi, vel, quod parum diſtat, Arcam Dei interiore illo tabernaculo ſeptam; vnde cum capta eſſet Arca*, 1. Reg. 4. *id exprimere volens Scriptura: translata eſt*, inquit, *Gloria de Iſrael, quia capta eſt Arca Dei*. ſequitur verò idem Auctor oſtendere tam ex S. Hieronimo, quàm ex ſeptuaginta interpretibus gloriam recte etiam verti vultum, Imaginem ac ſimilitudinem; gloriam quippe Domini eius Imaginem, ac ſimilitudinem intelligunt; cum eadem vox Hebræa recte gloria, & ſimilitudo traducatur: vnde apparet, ſenſum eſſe; *complebor cum apparuerit imago & ſimilitudo tua*; quare & Apoſtolus. 1. Corinth. 11. mulierem gloriam viri, & virum gloriam Dei, id eſt Imaginem vocat; quin etiam Chriſtum Dei gloriam hoc eſt Imaginem appellat hæc ex Agellio longius adducere libuit, Ex quibus ad rem noſtram illud eruimus: cum in Arca fœderis Maria

Marginalia: *Pſ.* / *Agel.* / *Lori.* / 1. *Reg.* / 1. *Cor.*

ria Virgo præſignata fuerit, quæ eſt comuniſſima Patrum omnium, ac totius Eccleſiæ ſententia, vnde etiam ipſius Domini gloria inter omnes puras creaturas extitit; gloriam Domini conuenientiſſime ipſam Beatam Virginem poſſe intelligi; atque de ea in Spiritu Prophetam eſſe loquutum: cum enim ab humano Genere gloria illa, quam cæleſtis imago, & ſimilitudo diuinitatis impreſſa ei conferebat, per peccatum ablata eſſet; Viri Sancti id videntes anguſtiabantur, enixeque a Deo precibus exorabant, vt hanc eandem gloriam, Imaginem reformando, reſtituere dignaretur; quod cum Dauid a Domino in ſcripturis Sanctis ſub varijs vmbris, & figuris promiſſum, ac prænunciatum eſſe prænoſceret, id quod ſub vmbra figuratum non apparentium Prophetiæ oculo prænoſcebat, in luce veritatis apparere, ſummoque deſiderio figuras adimpleri cupiebat, & clamabat: ſatiabor, cum apparuerit gloria tua, ſiue gloria vultus tui, ſiue cum euigilare feceris gloriam tuam, hoc eſt cum Imaginem illam, ac ſimilitudinem in homine primo per peccatum conſopitam, ac pene emortuam euigilare, conſurgere, ac clare apparere feceris. Nos igitur Deo gratias agamus: Beati enim oculi noſtri, qui quod multi Reges, & Prophetæ videre cupierunt, & non viderunt, videre meruerunt; gratias, inquam agamus Deo, qui in Arca Dei Maria hanc cæleſtem Imaginem, quæ gloria vultus illius eſt, ita euigilare fecit, complereque ac perficere dignatus eſt, vt ipſe eandem tenere, ac portare voluerit.

Maria Virgo ex Deo nata.

Explicatur alius ad Virginis Encomium dilatandum locus. Qui natus eſt ex Deo non peccat. 1. Io. 5. C. 19.

Dilectus Chriſti Ieſu Ioannes in quinto ſuæ prioris epiſtolæ capitulo valdè obſcuram, atque difficilem prima facie viſus eſt protuliſſe ſententiam; dicens: *ſcimus autem, quod omnis, qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum;* vèl enim loquitur Ioannes de vera, ac naturali natiuitate; vel de ſpirituali: ſi de naturali: cum vnus tantum ſit, ac vnigenitus filius ex Deo Patre natus; ſuperfluum planè videtur terminum vniuerſalem ad vnam, ſingularemque perſonam explicandam vſurpare; & ſi quidem de naturali natiuitate ſermo eſſet, omni procul dubio quiſquis ex Deo natus eſt, non peccat, quoniam qui ex Patre natus eſt Deus de Deo omnino impeccabilis perſeuerat. cæterum ſicut littera non obſcure oſtendit; hoc in allegatis verbis Ioannis propoſitum minimè fuit; quo circa de ſpirituali generatione; qua homines ſpiritualiter naſcuntur

filij

filij Dei; accipienda eſſe Ioannis verba communiter Doctores affirmant: in hac autem expoſitione rurſum valde ambiguum eſt, quemadmodum præfata ſententia ſubſiſtere valeat, cum maxime idem ipſe Apoſtolus alio loco affirmet; *ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*: quod attendens S. Auguſtinus contra Pelagianos, & habetur in. 3. diſt. 3. apud Magiſtrum, exclamat dicens: *ſi omnes illos Sanctos, & Sanctas, qui in ſcripturis Sanctis non modo non peccaſſe, verum etiam iuſte vixiſſe referuntur cum hic viuerent, congregare poſſemus, & interrogare, vtrum eſſent ſine peccato? quid fuiſſe reſponſuros putamus? quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi interrogari potuiſſent, vna voce clamaſſent illud, quod ait Ioannes Apoſtolus: ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. quid plura? conſtantiſſimum eſt vtique, multos ex Deo natos, & ad filiorum adoptionem per gratiam ſemel receptos iterum ad peccati vomitum fuiſſe reuerſos; ex quibus omnibus liquidò apparet, difficillimum eſſe germanum ad præfata Ioannis verba apponere ſenſum: ſunt qui putent, non de quocumque peccato; ſed de peccato odij in præſentiarum haberi ſermonem, vt ſit ſenſus. qui natus eſt ex Deo non peccat, ſubintellige, peccato odij; quia enim Deus charitas eſt, propterea eum, qui ex Deo natus eſt, contra charitatem agere non poſſe arbitrantur; verùm hæc itidem gloſſa ſuam non minus patitur calumniam; quoniam non rarò multi ex Deo nati ad execrandum odij peccatum tranſire cernuntur.

S. Aug.

S. Bern.

Porrò Sanctus Bernardus Serm. 2. de triplici cohærentia, ait, hoc loco, non peccare, tantum valere, quantum in peccato non perſeuerare; perinde eſt igitur; qui ex Deo natus eſt non peccat, ac, non perſeuerat in peccato, ſed tandem generatio Dei conſeruat eum. Hęc ſanè Bernar. expoſitio ſatis probabilis eſt, cæteriſque probabilior; filius enim Dei ex Deo natus tandem aliquandò ad filij hæreditatem perueniat neceſſarium eſt; implicat enim; aliquem eſſe ex Deo natum, & in peccato ad vltimum vitæ detineri: quo pariter ſenſu dictum ab Apoſtolo fuiſſe reperio, per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtitutos eſſe multos. Romanorum. 5. *ſicut enim per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi*. ſed cur dicit multi, & non potius omnes; cum plane conſtet, peccatum per vnum hominem in hunc mundum intraſſe, atque ita in omnes pertranſiſſe, in quo omnes peccauerunt, vt Paulo ante idem Apoſtolus affirmarat his verbis. *ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes pertranſijt, in quo omnes peccauerunt: ſi*

Rom.

omnes vno Adæ peccato peccaue-
runt, & mortui ſunt; cur ſubdit,
peccatores conſtituti ſunt multi,
quaſi non omnes: & ſi non omnes,
cur peccatum, & mortē per vnum
hominem ad omnes pertranſiſſe
affirmat? puto quia peccatum pri-
mū vice ſimpliciter pro culpa acci-
pit: a qua culpa nemo liber exti-
tit, niſi Agnus qui culpam tollere
venit, & ouis, quæ illum Immacu-
latum ſine labe originalis peccati
concepit: his inquam exceptis ad
alios omnes culpa verè pertran-
ſiit: at verò ſecunda vice pecca-
tum, per quod quis peccator con-
ſtituitur, appellat ęternam peccati
damnationem, quæ peccatori in
peccato vſque ad vltimum perſe-
ueranti, ac in eo morienti debe-
tur; cui opponitur ibidem ab Apo-
ſtolo iuſtitia, quæ confert vitam
æternam, quæ eſt perſeuerantia
vſque ad finem: hi igitur ex Deo
nati ſunt, quia ſunt filij Dei, quod
ſi filij & hæredes; illi verò & ſi per
fidem, & Baptiſmum ad gratiam
Chriſti perueniunt, non ſunt nati
ex Deo, quia non ſunt filij Dei; qui
tandem per culpam ab hæreditatē
regni cæleſtis cadunt: ideo etiam
idem Apoſtolus, & Euangeliſta
Io. Io. in primo ſui Euangelij capitu-
lo ait datam eſſe a Chriſto poteſta
tem quotquot eum receperunt fi-
lios Dei fieri: ſed quomodo dediſ-
ſe aſſeritur poteſtatem filios Dei
fieri: cum quotquot actu Chriſtū,
ac Chriſti gratiam recipiunt, actū
ſint filij Dei, non ſolum poteſta-
te puto quia non omnes, qui gra-
tiam Chriſti per Baptiſmum, aut
pœnitentiam recipiunt, mox fi-
lij Dei, hoc eſt regni cęleſtis hæ-
redes ſunt, aut erunt: ſed qui ita
ſunt filij, vt non ex ſanguinibus,
neque ex voluntate carnis, neque
ex voluntatē viri, ſed ex Deo ita
nati ſunt, vt in peccato non mo-
riantur: dedit igitur omnibus po-
teſtatem filios Dei fieri per perſe-
uerantiam in bono: non tamen
omnes, etiam cum gratiam Chri-
ſti receperunt in gratia perſeue-
rant, ideo non omnes ſunt filij Dei,
hæredes ſcilicet regni: verum ij
tantum, qui non ex ſanguinibus,
ſed ex Deo nati ſunt: quare opti-
me monet Theofilactus hic, ne *Theofi.*
gloriemur quod Chriſtum recepe-
rimus: vigilare enim oportet, vt
in gratia vſque ad finem perſiſta-
mus: ſcimus enim quia quod na-
tum eſt ex Deo ita vt filius ſit, &
hæres non peccat, hoc eſt in pec-
cato non perſeuerat, in culpa non
moritur: licet autem (vt eo reuer-
tamur, vnde digreſſi ſumus) con-
grua ſit iſtæc Bernardi interpreta-
tio: ſi nilominus verba prout ſo-
nant ſimpliciter interpretari vo-
luerimus, non erit contraria ſcrip-
turæ huiuſmodi intelligentia. Ar-
bitror ego itaque peccare pro eo-
dem accipi poſſe, ac ſimpliciter
non committere, aut contrahere pec
catum: vt ſit ſenſus, quod natum
eſt ex Deo non facit, nec contra-
hit peccatum: vnde aptiſſime
Euangeliſta dixit, *non peccat*: quo
verbo vtrumque peccatum origi-
nale, & actuale in ſcripturis expri-
mitur

mitur. Sed quærendum nobis eſt, quis ille ſit, qui ex Deo ſic natus eſſe perhibetur, vt nec faciat, nec contrahat peccatum, & verò ſuppoſitis iſs, quæ in capitibus proximè præcedentibus adnotata ſunt, quemadmodum nempe Chriſtus de Cęlo cęleſtis eſſe, ac deſcēdiſse dicatur, &c. haud quaquam explicatu difficile iudico, quis hoc loco ex Deo ita natus eſſe a Io. feratur, vt non peccet: huius quippe ſententiæ enigma cum illis prioribus vnum, & idem eſt: eatenus igitur hoc loco quis ex Deo natus eſſe dicitur, quatenus de ſurſum venit, & de Cœlo deſcendit: hoceſt de altitudine humanæ naturæ ante peccatum; hic vtique ex Deo natus eſt, non a ſtatu peccati, aut damnationis, ſed ſimpliciter ad ſtatum filiationis ante peccatum: quod autem ſic natum eſt ex Deo, *ſcimus quia non peccat, ſed generatio Dei conſeruat illum*, hoceſt conſeruat, ne peccet, conſeruat ita, vt nedum à malo tangatur, conſeruat, inquam à peccato, a culpa: qui enim ita ex Deo natus eſt ab ipſa generatione diuina ſeruatur in principio a culpa naturæ & originali, ſeruatur in medio, & fine à peccato perſonæ & actuali: vndè abſolutè, & vniuerſim vera eſt Ioannis ſententia: quod omnis, qui ex Deo natus eſt, Dei operante virtute, à principio ſuæ Conceptionis non peccat; quæ ſententia quia in facto vera eſt, nec fruſtrà à Spiritu Sancto per os Ioānis prolata, neceſſariò fatendum eſt, in Eccleſia aliquos eſſe ex Deo natos, qui non peccant; hi autem, cum ſint plures, iuxta terminum vniuerſalem, alij eſſe non poſſunt, quam Chriſtus, & Maria: quia ambo ex Deo nati ſunt: & ſcimus, quia nullus eorum peccat: ſed Chriſtus non peccat per naturam, in quantum ex Deo per naturalem generationem naſcens generatur, Maria verò non peccat per gratiam, quia ex Deo per gratiam hoc modo naſcitur, quam propterea generatio iſta gratuita adeo ſeruat, vt eam malignus non attingat, vt malum ad eam non accedat.

Illuſtratur ad extremum Immaculatæ Virginis Encomium argumentis à Philoſophia, & Theologia acceptis. Cap. 20.

Cong uum fuiſſe B. V. ab omni labe peccati immunem ſeruari.
Sect. 1.

EXpeditis vtcumque potioribus in hac re argumentis: quæ diuinis nituntur authoritatibus, cęterum eſt, vt ad maiorem veritatis confirmationem aliqua etiam ex philoſophicis, & Theologicis diſciplinis petantur: vt ab omni prorſus ſcientia, humana pariter, & diuina, ſcholaſtica, & poſi

tiua hoc noſtrum Immaculatæ Virginis Conceptionis laudis encomium teſtimonium accipiat; & ſi enim in re tam graui, & abſtruſa, aliqua demonſtratio haberi non poſſit; nilominus ſyllogiſmus probabilis, ac etiam valde efficaciter concludens ſuis innixus fundamentis minimè de erit, congruum ſiquidem ac ſumme dignum fuiſſe reor, vt Deigenitricis Conceptio puriſſima eſſet, & primò de congruentia verba faciens trigenam, vt alias ſileam, congruentiam interuenire reperio; alteram ex parte Dei: alteram ex parte ipſius Virginis: alteram ex parte noſtri: & ad ſecundam quod attinet, duplex rurſum congruentiæ ratio mihi in præſentiarum occurrit; cum enim Beata Virgo ſumma inter omnes puras creaturas, quantum ad vſum gratiæ, & iuſtitiæ ſpectat, vere extiterit; congruum fuit, vt omnium aliarum Creaturarum dona, virtutes, & priuilegia in ſeipſa cohiberet, *ſummum etenim in aliquo genere, vt,* commune fert Philoſoforum adagiũ, de quo nos vbertim in noſtra Summa dialect. lib. 3. cap. 4. *continet omnes perfectiones illius generis*: ita vt in ſummo, verbi gratia in indiuiduo omnes generum, ſpecierum, & differentiarum perfectiones reperiantur, ſi ergo Beata Virgo ſumma omnium creaturarum, ſiuè terreſtrium, ſiuè cæleſtium fuit, omnium profectò Angelorum, hominumque perfectiones, & dona in ſe vna cohibuit; ergo & originalem innocentiam; & hoc eſt illud, quod nos ſuperius commonſtrauimus explicantes maximè locum Pſalmi, & Apocalipſis, vbi in ædificatione Ciuitatis Hieruſalem, quidquid in omnibus hominibus, & Angelis quocumque tempore diſperſum fuit, à Deo colligendum, totumque in ea collocandum fuiſſe aſſeritur: vt deinde corona ſtellarum duodecim, ſcilicet gratiarum omnium ad Caput præcincta appareret; vnde & omnibus tam viuis, quam mortuis, nec non & abortiuis, ſeu non dum natis iure merito fuit prælata. ac ſuper aromata conſtituta, Diuini numinis ſuffitui aſſimilata.

Præterea cũ Beata Virgo fuerit in cauſa, vt ſalus, iuſtitia, & innocẽtia per Chriſtum humano generi impertiretur, ſicut & ſancti Patres ferè communiter teſtantur, & innuere videtur S. Mater Eccleſia, quæ celebrem illam antiphonam ad præclara Virginis natalitia recenſenda decantat: *Conceptio tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit vniuerſo mundo;* non quia ipſa immeditate mundo ſucurrerit perdito; ſed quatenus, quia Chriſtum pariens mundi reparatorem, mediate noſtræ ſalutis, gaudij, & iuſtitiæ cauſa fuit, vnde & ab eadem Eccleſia in Litanijs pleno ore, *cauſa noſtræ lætitiæ interpellatur;* ipſa vtique per alijs huius gaudij iuſtitiæ, & ſalutis particeps eſſe debuit: ſecundum illud aliud philoſophorum pronunciatum, de quo nos pariter eodem loco plura edidi-

In feſto Concep. Ad Veſp.

edidimus, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: ſi ergo Beata Virgo cauſa fuit, vt alij iuſtitiā, & ſalutem acciperent, ipſa magis eiuſdem ſalutis, & iuſtitiæ particeps eſſe debuit ergo decuit, Mariam præ omnibus miro modo, & excellentiori à Chriſto fuiſſe redemptam; ergo tandem decuit, ipſam ab omni labe peccati fuiſſe immunem, & hoc eſt, quod indicare voluit Sanctus Hieronimus ſuperius à nobis allatus, ſic ſcribens, *de Abraam, Iſaac, & Iacob ſtirpe Chriſtus aſcendit; quibus peccatum nō fuit dominatum, ideo verè fuerunt liberi, ex quibus nata eſt virgo liberior S. Maria nullum habens fruticem, nullum germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florem*: Sed quæſo totum hoc argumentum mirè in forma confectum è ſcriptis S. Ioannis Damaſceni requiramus; ſic ergo ille ſcribit Oratione ſecunda de dormitione B. Mariæ, & habetur in Sermone, qui publice in feſto Aſſumptionis Virginis Sanctiſs. per omnes orbis Eccleſias legitur, *hodie Virgo Immaculata, quæ nullis terrenis inquinata eſt affectibus, ſed cœleſtibus educata cogitationibus non in terram reuerſa eſt*: *ſed cum eſſet animatum Cęlum in cęleſtibus tabernaculis collocatur, ex qua enim omnibus vera vita manauit*: *quo modo illa mortem guſtaret?* hactenus ille. ex quibus ſic ad rem noſtram mox ipſe ſubinfero, ex qua enim verà vita gratiæ & iuſtitiæ manauit, quomodo illa mortem peccati guſtaret? *genus humanum liberas,*

S.Hier.

S.Dam.

cantat in illa ſua Beatæ Virginis laude numero. 6. S. Bon. *ergo*, idem mox infert, *plus bearis*: Beata tu ergo Maria quia per te fructum uitæ comunicauimus: neque enim nos fructum vitæ, & benedictionis per te participaremus; niſi tu quodammodo omnis vitę, & benedictionis gratia frueretis, & hęc pauca de congruentia ex parte Virginis, ſi illud addatur, huc pariter facere, quod Chriſto ad reparandum genus humanum in adiutorium fuerit effecta adeo, vt Deus redempturus genus humanum vniuerſum precium in Mariam conferret, quia ipſa prima omniū fuit ſingulari modo redempta, vt ſimul cum Chriſto aliorum redemptioni cooperaretur: vnde ſuo modo principium, & radix iuſtitiæ, & gratiæ fuit, quia cum Chriſto de Cęlo cæleſtis extitit. Præterea ex parte Dei decuit Diuinam Sapientiam Beatam Virginem in Conceptione ab omni fœditate, & turpitudine ſeruare immunem; ſi enim in Conceptione actiua, quando Verbum Dei in vtero Virginali concepit, ob reuerentiam tantæ matris noluit, eam ex coniunctione viri aliquomodo deturpari: quod certe ſine vlla vel minima peccati macula fieri potuiſſet, nam actus maritalis Sanctus eſt, licitus, & honeſtus, ſi inquam noluit, eam ſuſcepto ſemine, ex viri coniunctione ob quandam indecētiam; quam actus ille, licet alioqui honeſtus, habet annexam, & nilominus potuiſſet Deus facere, vt

S.Bon.

vt B. Maria Verbum Dei etiam ex coniunctione viri, partu ab omni macula ſeruato conciperet, ſi nempe in vtroque parente prius naturam ſanaſſet, ſic enim intelligo quod docet S. Bona. in. 3. diſt. 12. q. vlti. quanto magis ob reuerentiam tantæ Matris Diuinam Sapientiam decuit ipſam Beatam Virginem in ſui Conceptione paſſiua omnis maculæ ſeruare exortem, ſi Deus in Conceptione actiua abſque neceſſitate, verum ex ſola condecentia tantum miraculum operatus eſt, ne Chriſti Conceptio aliquam ſaperet indecentiam: *decebat enim*, inquit Anſelmus de Conceptu Virginali c. 18. *vt Chriſti Conceptio de matre puriſſima fieret.* quantò magis decuit Deum facere miraculum, vbi neceſſitas exigebat: breuiter, huius cardò argumenti in eo vertitur, quod ſcilicet magis decuit Sapientiam Dei patrare miraculum ad ſeruandam Virginem à peccati macula immunem, quandò concepta fuit, quam à corruptione carnis, quandò concepit: ratio eſt, quia magis dedecet tantam mulierem, & magis Dei maieſtatem offendit, Matrem ſuam peccati maculæ, quam carnis corruptioni eſſe obnoxiam: ergo magis decuit Dei Sapientiam in paſſiua Virginis Conceptione ad ſeruandam eam ab omni macula peccati immunem, quam in Conceptione actiua ad vitandam indecentiam actus maritalis, qui potuit eſſe ſine peccato tam ex parte concipientis, quam partus concepti, vt inquit Sanctus Bonauentura vbi ſupra, patrare miraculum; ſed Deus pro reuerentia tantæ matris, & dignitate tanti filij tantum, ac tale miraculum ſupra ordinem naturæ ibi operatus eſt: ergo multo magis pro eadem reuerentia Matris, & filij hic quoque operari debuit; vbi enim maior neceſſitas eſt, maior ad miracula perpetranda, quæ ſine cauſa, & neceſſitate, iuxtà commune Theologorum aſſertum, minimè ſunt facienda, cõgruentia percurrit: Huc pari ratione, parique modo pariter facit, quod idẽ Deus ob reuerentiam tantæ Matris, ac talis filij eam ſordibus puerperij minimè paſſus eſt fuiſſe abnoxiam, non quia ſordes puerperij cum Matris integritate, aut Virginitate ſtare non poſſint, aut quia aliquam peccati maculam adnexam neceſſario habeant, atqui ſolùm ob indecentiam quamdam, quam huiuſmodi ſordes matri parienti, ac proli genitæ inurere videntur, ideo ob tanti filij dignitatem, & Matris puritatem eam, ſupernaturali Dei virtute operante, ab huiuſmodi ſordibus immunem cuſtodire expedire cenſuit; vt ex D. Tho. q. 35. a. 6. & alijs ferè Patribus innumeris iuniores Theologi, quibus in præſentiarum diſputationis ſegetem præripere non expedit, longius demonſtrare proſequuntur; multo igitur magis expediens fuiſſe putandum eſt, vt ad eam à ſordibus culpæ originalis præſeruandam,

S. Bona.

Anſel.

S. Tho.

dam, quæ vtique ampliori iniuria tum filium, tum matrem afficeret, ſupra naturæ curſum miraculum perpetraret, ſed enim mihi altiori quodam myſterio aliud quid diuinius ad hanc cõgruentiam roborandam occurrit; Deus enim nil; quod ad perfectionem huius ſacerrimæ fœminæ excogitari potuit, quin in eam largiſſime conferret, prætermiſit: hanc propterea in matrimonium iungi, cum abſq; uiri conſortio concipere, ac parere deberet, diuina quadam prouidentia diſpenſauit. Multas ſanè huius coniugij cauſas ex Sanctis Patribus adducunt Theologi, in quibus Sanctus Tho. Angelico ſtilo 3.p.q.29.a.1. duodecim connumerauit: ego verò non eam huiuſce diſſueti coniugij poſtremam fuiſſe putarim, quod id nempè ad omnimodam Virginis perfectionem attinere comprobatur: cum enim, vt ex verbis ipſius Domini Geneſi.2. conſtàt, bonum non ſit, hominem eſſe ſolum: ſubinde ad bonitatem ipſius ſpectat ſociam habere fœminam, & vxorem: multo magis bonum non eſſet fœminam eſſe ſolam: quippè, vt ait Philoſophus, ſic fœmina marem, ſicut materia appetit formam, materia autem appetit formam, in quantum non eſt bonum, materiam eſſe ſolam, ad cuius bonitatem complendam forma naturali appetitu expetitur, ita vt fœmina ſine viro ſibi in maritum copulato bona non exiſtat, ſicut non exiſtit materia ſine forma, nam bonum ex integra cauſa conſurgit; ne igitur hæc vna Mariæ bonitas deeſſet, quam Deus ex omni capite bonam facere deſignabat, deſponſari voluit, quamquam matrimonium ad prolem concipiendam nil ei prodeſſe poſſet: immo hinc vis argumenti augetur, cum enim bonitas illa, quæ viro ex matrimonio cum fœmina inito, & è contra adiungitur, tota in ordine ad prolem concipiendam à doctoribus accipiatur, in quantum vir non niſi ex conſortio mulieris ad prolem concipiendam ſufficienter aptus inuenitur: nilominus Deus Mariam deſponſari voluit, ne aliqua ei ſolum in hominum extimationem bonitas deeſſe videretur, ità vt videntes eam filiæ Sion optimam agnoſcerent, & prædicarent; quod ſi Beatus Paulus ad Corinth. ſcribens, bonum quidem eſſe Virginem matrimonio iungere; at verò melius non iungere proteſtatur: ex quo loco, vt alios ſileam, Catholici ſtatum cęlibatus matrimonij conditioni præferendum eſſe deducunt, id tamen de eo matrimonio, quod virginalem pudicitiam rumpit, mulierem à cogitationibus Domini diſtrahit, cor coniugatorum diuidit, ac omnino coniugatos à perfecto Dei ſeruitio diſiungit; non de eo, quod Virginitatem cuſtodit, vxorem à diuinis cogitationibus non impedit, coniugatos non diuidit, mundi ſollicitudinem non aduehit: ac, vt verbo dicam, coniugatos à Dei ſeruitio, & obſequio non diſtrahit,

S.Tho.

Gen.

1.Corinth.7.

ſtrahit, at qui potius hæc omnia adiuuat, & perficit, intelligendum eſt, vt etiam ipſa Beati Pauli verba demonſtrant, & nos vberius demonſtrauimus. 2. p. Sum. Philoſ. l. 3. trac. 1. q. 3. quare, cum huiuſmodi fuerit matrimonium inter cęleſtes ſponſos Ioſephum, & Mariam, & eo amplius bonitatem illam, qua Dei ipſius voce ſolus homo, ac multo magis ſola mulier caret; obtinuerit, abſque vlla dubitatione ſtatus coniugij in his Beatis ſponſis melior, ac perfectior fuit, quam conditio cuiuſcumque cælibatus extiterit, aut exiſtere potuerit; hæc enim ſunt, quæ maximam, ac omnimodam Mariæ bonitatem, ac perfectionem exaltant, vt ſicut fuit Mater & Virgo, ita pariter eſſet Virgo, & ſponſa: ſponſa inquam à ſollicitudine ſponſæ aliena, tota in Deum intenta, diuinis cogitationibus adicta: ſi igitur (ad concluſionem nunc eruendam me conuerto) ſi igitur ea fuit erga Virginem Matrem Dei ſollicitudo, & cura, vt, nè humanis quidem oculis, ac Imaginationibus bona videri non poſſet: eam in matrimonium iungi voluit, *ne fortaſſe diceretur, quod conceperat ex adulterio*, ait S. Ambroſius ſuper Lucam c. 1. quippè omni eam bonitate, etiam naturali carere dignum, ac congruum non iudicauit: quanto magis putabimus ſollicitum fuiſſe, ne aliqua morali bonitate ac perfectione careret? ſanè quidem ſicut primus homo innocens creatus bonus erat, ſic poſtea omnis qui in peccato concipitur, malus: bonum enim ex integra cauſa; ergo qui eam in matrimonium ad bonitatis naturalis conplementum, ne ei quidquam de eſſet, iungi voluit, multò magis ab omni labe peccati ad moralis bonitatis abſolutionem immunem ſemper ſollicite cuſtodiſſe, nè aliqua vel minima bonitate morali vacua eſſet, exiſtimandum eſt. Denique ex parte noſtri præclara hæc congruentiæ ratio conſideranda occurrit, quod nempe ad deuotionem erga Virginem Matrem declarandam omnem ei gloriam, & honorem exhibere debemus, quem poſſumus, non quia ipſa noſtri laude, & honore egeat, quæ vt ſuperius ex D. Damaſceno retulimus, tam laudabilis, & Glorioſa a Deo fuit effecta, vt in ſe laudabiliſſima, ac Glorioſiſſima exiſtat: ſed vt ex eius gloria, & honore nobis ipſis gloriam conſequamur, ſicut idem S. Damaſcenus hiſce verbis teſtatus eſt: *Ecquis igitur iuſtitiæ fonti, ac Sanctitatis theſauro laudem non adhibeat, non vt ei gloriam afferat, verum vt ipſe gloriam ſempiternam conſequatur*: cum igitur hanc Virgini laudem, & honorem cõferre valeamus: vt ab omni peccati ignominia eam alienam prorſus faciamus: eam vtique quolibet iure conferre debemus: vt hinc ipſi eius pia interceſſione gloriam ſempiternam conſequamur: quod ſi Seraphicus ille pater meus Seraphici profecto Spiritus lumine illuſtratus tãtam in Sacer

S. Amb.

S. Dam.

dotes

dotes noui Teſtamenti reuerentiam exhibendam eſſe putauit, vt nullam in eis culpam ſe conſiderare, nedum peccati reos facere velle teſtatus fuerit, propterea quia Dei filium in his intuebatur, atque ob eam cauſam tantam erga eos reuerentiam haberi voluit & putauit, quod nil in præſenti ſeculo Altiſſimi filij Dei, quam Sanctiſſimum eius corpus, & ſanguinem videret, quorum myſteria ſolis ijſdem Sacerdotibus in altari Conſacrare, ſumere, ac alijs diſtribuere licitum eſt ſecundum illud, *ſic ſacrificium iſtud inſtituit, cuius officium comitti voluit ſolis præſbiteris, quibus ſic conguit, vt ſumant, & dent cęteris*, quanto minus fas erit, vt aliquam peccati maculam in ea conſideremus, quæ ſacroſanctum Corpus, & Sanguinem filij Dei ex proprijs ſanguinibus Sancte, & Sacre cõcepit, carne induit, in vtero portauit, ac tandem carne indutum toti mundo videndum, & adorandum e caſtiſſimis viſceribus effudit; o verè dignam Seraphici Patris ſententiam: quæ clare, & aperte Virginis Innocentiam ab omnibus ob reuerentiam tantæ Matris amplectendam & prædicandam declarat, qua propterea argumenta hinc a congruentia ducta ſigillare libuit.

Beatam Virginem ſeruandam fuiſſe ab omni labe immunem, vt Sanctitatem, & iuſtitiam ex vi Conceptionis ad filium transfundere valeret Sect. 2.

DE Maria ſemper Virgine natum eſſe Ieſum, qui vocatur Chriſtus, teſtatur S. Mattheus in Euangelio, quod Sancta Mater Ecclesia in feſto Cõceptionis Beatæ Virginis Glorioſæ decantat, & quidem non ſine magno Miſterio: hinc quippe Beatã Virginem ab omni originalis culpæ contagione ſeruatam fuiſſe immunem validiſſimum ſumi poſſe argumentum exiſtimo, ac præcipue vt inde hæc puritas & innocentia ad Ieſum filium eius naturaliter, & ex vi Conceptionis transfundi valeret, quæ eſt res in propoſito noſtro maxima conſideratione digna; in cuius propterea intelligentiã quædã prænotãda ſunt. Et primo, non ſufficere ad hoc vt partus humani ex humana propagatione generati abſque peccato originali concipiantur, ſi parentes à culpa originali per gratiam iuſtificantem animæ inhærentem mundentur; quod patet in omnibus filijs Chriſtianorum, quos in peccato originali concipi fides affirmat, & ſi iam per baptiſmum originalis culpæ macula à parentibus fuerit ſublata, huius porrò rei ratio duplex poteſt adduci; primo, quia in fœditate contracta eſt reperire pœnam, & culpam, vt docet S. Bon. in 2. d. 30.

Mat. 1.

S. Bon.

a. 2. q. 1. culpa tranſit per baptiſmum, ſed remanet pęna nõ tam in parentem, quam in prolem redundans: huius igitur peccati pœna originalis in filios modo ſuperius explicato transfunditur; deindè quia, vt idem Sanctus Bonauentura q. 1. & 2. eiuſdem diſt. cum D. Tho. in 3. d. 3. q. 1. a. 1. q. 1. & 4. contra gentes. c. 52. & 3. p. q. 27. a. 2. ad 4. affirmat: peccatum originale eſt peccatum naturæ, & peccatum perſonę; quod perſonę abo letur per baptiſmum, adhuc tamen remanet quod naturæ; at verò Sanctificatio parẽtum in filios transfundi non poteſt, niſi in eis non modo id quod perſonæ, verum etiam id quod naturæ, in quantum huiuſmodi, curetur, vt grauiter ibi notauit Angelicus.

S Bon. S. Tho.

Notandum eſt prætereà; & ſi quidem Spirtus Sanctus miraculosè operatus eſt in Virginem ad concipiendum, in quantum nimirum quod mulier ſine ſemine à viro accepto naturaliter concipere nequit, non tamen operatum eſſe miraculosè, vt partus ex Virgine generatus à culpa originali immunis conciperetur (iam enim innocentia Christi ex Virgine Matre naturalis non eſſet, ſed gratioſa, cum tamen ex natura, non ex ſola gratia Chriſto homini innocentia conueniat, & caro Chriſti non tam à natura quam à gratia puta, & Immaculata foret, cum tamen puritas ei ex ipſa natura, non ex ſola gratia debeatur.) totum ergo, quod in ea Conceptione Spiritus Sanctus miraculosè operatus eſt, fuit ſolum in ordine ad modum concipiendi, & pariendi, quatenus nempè Beata Virgo abſque ſemine viri, & ſine vlla Virginalis pudicitiæ labefactatione concipere, ac parere poſſet, ſicque fieret, vt & in concipiendo Virgo, & in pariendo integra, & incorrupta permaneret; non in ordine ad partum, in quantum videlicet abſque peccati macula conciperetur: atque id ipſamet Mariæ petitio Angelo Myſterium annuncianti facta, ſi rite attendatur, in ſumma continebat, cui Angeli reſponſio correſpondens erat; nunciauit Angelus; quod pareret; modum huius partus Maria quæſiuit; cum enim virum non ignoſceret, ac Virginitatem profiteretur adhuc ignara Myſterij modũ, quo ſine Virginalis eius pudicitiæ labefactatione id fieret, ardens requiſiuit; Reſp. Angelus faciendum diuina virtute; & modo extraordinario; quia & filius cõcipiendus extraordinarius erat, totum itaque Mariæ, & Angeli colloquium de modo, quo ipſa permanens Virgo pareret, non quo partus Sanctus, & Immaculatus exiret, fuit: quare quod dictum eſt, de illa Spiritus Sãcti operatione, qua tunc operatus eſt in Virginem, vt pareret, intelligendum modo; quippe quod Beata Virgo partum Immaculatum gigneret eadem Spiritus Sancti virtus quidem effecit; ſed tunc; cum eam a labe originalis culpæ in pri

mo

mo ſuæ Conceptionis inſtanti præſeruando idoneam conſtituit; quę ſuo tempore natura, & vi Conceptionis parcum Immaculatum concipere poſſet; ſic autem operatus eſt in Virginem, vt ad propoſitum redeamus, vt neque aliquid extrinſecum per creationem apponeret, cum Chriſtum Dominum ex ſolis puriſſimus Virginis ſanguinibus conceptum fuiſſe omnia oracula ſcripturarum proclament; neque naturalem Virginis concipiendi facultatem, & potentiam excluderet; quippe Virgo naturali virtute, quæ illi cum alijs fœminis ad concipiendum communis erat, concepit, & naturali virtute à Spiritu Sancto adiuta atque miraculoſe ad actum in inſtanti redactā peperit: in quam ſententiam præclara ſunt, & conſideratione digna, quæ eruditiſſimus vir Franciſcus Sixtus in ſuo de genealogia Chriſti libello, his verbis, ſcripta reliquit? *quod ex vtero naſceretur materno*, loquitur ibi de Chriſto, *hoc nobiſcum commune habuit, quod abſque ſolitis naturæ generationis morulis, & modis, ex Virgine prodierit ſupra nos obtinuit*; ac ſubinde, *hæc potentia generandi in Maria naturalis erat, ſecundum quam naturaliter fæcunda erat, & ad prolis productionem idonea, propter quam potentiam naturalem, qua Virgo operabatur, naturalis Dei mater dicta eſt, & fuit; neque huic veritati tantiſper interuerſat, quod de hac generatione communiter dicitur, nempè fuiſſe miraculoſam, hoc enim etiam certiſſimum eſt propter modum reducendi naturalem Mariæ potentiam ad actum, quæ naturaliter non niſi à cauſa naturali, ſcilicet vi actiua uiri reduci poteſt*; ſic ille ſequutus, Seraphicum, & Angelicum, qui vterque rem hanc iam ante digeſſerat S. Bona. in 3. diſt. 4. a. 3. q. 2 & D. Tho. 3. p. q. 35. a. 3. ad. 2. referens etiam S. Damaſcenū l. 3. orthodoxæ fidei c. 7. Maria igitur naturalis ſimul, ac miraculoſa Dei Mater extitit; naturalis quoad rem, miraculoſa quoad modum; nàm quod ex vtero conceperit materno, hoc cum alijs mulieribus à natura commune habuit, quod ſine viri conſortio, ac Virginitatis detrimento, & in inſtanti, hoc ſuper alias mulieres à gratia Spiritus Sancti obtinuit. Porrò rem hanc ad clariorem, & dilucidiorem rei veritatem hoc vno exemplo ex Doctoribus Seraphico, & Angelico excerpto, ſtrictim illuſtrare non grauabor: ſit oculus, qui noctis tempore, cum cuncta plena ſunt tenebris, & rebus color ad mouendum oculum ſufficienter diſpoſitus deeſt, qui tamen à Deo ad actum viſionis exercendum adiuuetur, haud dubie oculus ille in tenebris poſitus miraculosè ſimul, & naturaliter videbit; naturaliter, quia naturali ſua virtute, miraculosè; quia non ſine miraculo obiectum noctis tempore, & in tenebris mortalium oculos, & obtutus mouere poteſt. Seraphicus in 4. diſt. 12. p. 1. a. 2 q. 3. & ad rem noſtram mirè Angelicus eadem tertia

Fran. Six.

S Bon. D. *Tho.*

tia parte quæſtione trigeſima tertia art. quarto.

Illud autem circa hoc notandum adijciendum putamus, innocentiam Chriſto homini duplici ex capite fuiſſe naturalem, tum ex vnione humanæ, & diuinæ naturæ in diuina perſona, tum ex vi Conceptionis ex puriſſimis Virginis carnibus, & Matre innocentiſſima: cum itaque dicimus, Mariam Virginem ab omni culpa fuiſſe purgandam, vt partus naturaliter ex ea naſci poſſet Immaculatus, non ità accipiendum eſt, quaſi Chriſtus alio ex capite à culpa liber naſci non valeret; ſola quippè coniunctio humanitatis ad diuinitatem, vt quibuſdam grauiſſimis Theologis placet, in cauſa eſſe potuit, vt Chriſtus ab omni culpa naſceretur immunis; nàm culpa tam longe à diuina natura exiſtit, vt nullo ei modo, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens cõiungi, aut vniri poſſit; verum hoc dicimus, ex vi generationis ipſius; ex vi porro generationis à Matre immunda partus naſci non poteſt naturaliter mundus, ſed prorſus immundus: At verò Chriſtus mundiſſimus ex Matre mundiſſima naturaliter prodijt, ac ſubindè naturalis Dei filius Sanctus, & innocens natus eſt; naturalis, inquam, non ex eo ſolum, quod ab æterno de Patris ſubſtantia ſacerrimè genitus, verum etiã ex eo quod de Virg. Matre in ſæculo Sanctiſſimè natus: vnde ipſe ſingulariter Sanctus naſciturus perhibetur ad differentiam filiorum adoptiuorum, qui in peccato generati per lauacrum regenerationis Sancti effici, ac filij Dei fieri promerentur: quod indicare voluit Sanctus Tho. 3. p. q. 32. a. 1, inquiens, ſic Chriſtum per Spiritum Sanctum in Sanctitate, & iuſtitia fuiſſe generatum, vt naturalis Dei filius exiſteret: ſicut alij per eumdem Spiritum ſpiritaliter Sanctificantur, vt filij adoptiui effici mereantur: ſed euidentius, & vberius hancce inter Chriſtum, & alios Sanctos Sanctitatis differentiam ex illis Lucæ verbis, *quod ex te naſcetur Sanctum vocabitur filius Dei*, conſiderauit, ac ingenioſe ſimul ſubintulit Venerabilis Beda, ſic in ſuis Commentarijs ad præfata Lucę verba profatus: *ad diſtinctionem noſtræ Sanctitatis Ieſus ſingulariter Sanctus naſciturus aſſeritur, nos quippè, & ſi Sancti efficimur, non tamen naſcimur, ille autem ſolus veraciter Sanctus eſt, qui ex commixtione carnalis copulę conceptus non eſt.* Hactenus Venerabilis: quibus ergo illud adijciendum putarem, quod ad memoratũ Euangelici textus locum aliqui ex interpretibus adnotarunt, nempè voculam illam, *Sanctum*, vim potius aduerbij, quã nominis importare: *Sanctum*, videlicet Sanctè; ſed vt verum fatear, aptius, & congruentius vterque ſenſus nominis, & aduerbij ſuſtinetur: Chriſtus enim non ſolum Sanctè, quia Spiritus Sancti virtute abſq; vlla carnalis copulæ commixtione: verum etiam Sanctus, quia Immaculatus ex puriſſimis

S. Tho.

Luc. 1.

Beda.

Virginis ſanguinibus generatus: in quo pariter diſcrimen Sanctitatis filij Dei à Sanctitate Virginis Matris mirè denotatur; nam Beata Virgo Sancta quidem fuit concepta, quia Immaculate, non tamen vſque adeò Sancte, quia ex carnalis copulæ commixtione; ideò Chriſtus natus fuit Sanctus, & Sancte; Maria verò Sancta, ſed non vſquequaque Sanctè, perbellè propterea canitur quod, *naſcetur ex te Sanctum*, & Sancte (eſt autem ſermo de natiuitate in vtero videlicet ex Conceptione; vt citrà omnem ambiguitatem omnes expoſitores interpretantur) nec alio profectò Sanctitatis titulo Chriſtus omnibus Sanctitatem allaturus adueniens ex vtero virginali concipi debuit, quippè naturaliter in eſſe debet *quod*, alijs communicatur: & ideò meritò S. Cirillus Alexandrinus lib. 6. Dialogorum de Trinitate, vtrumque in Chriſto copulauit, naturalem ſcilicet Sanctitatem, ac Sanctitatis diffuſionem, Sanctum eum ſecundum naturam, & omnis creaturæ Sãtificatorem appellans, & quia punctus iſte maximè ponderationis eſt, vt pote in quo tanquam in cardine ex vna parte argumentum poſthac peragendum conuertitur, operæ precium erit adhuc clarius eundem explicare; Chriſtum igitur ex Matre puriſſima via propagationis Sanctum, & innocentem eatenus conceptũ fuiſſe aſſerrimus; quatenus Maria Virgo ſic Sanctitatem, & innocentiam via propagationis & naturæ in filium ſuum dulciſſimum Ieſum transfudit, quemadmodum, iuxta doctrinam, & ſententiam SS. Doctorum Seraphici, & Angelici alibi in hoc opere fuſius explicatam, parentes in ſtatu naturæ inſtitutæ originalem iuſtitiam via propagationis ex vi Conceptionis traduxiſſent; & quemadmodum nunc in ſtatu culpæ originale peccatum ex vi Conceptionis natura tranſmittunt; vnde Adam in ſtatu illo permanente omnes nati eſſemus natura filij Dei, & innocentes: ſicut nunc naſcimur filij iræ, & peccatores, quamobrem Chriſtus Ieſus dicere poteſt, ecce in Sanctitate conceptus ſum, & in innocentia concepit me Mater mea; ſicut ille alius contra affirmauit: *ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me Mater mea*, Pſ. 50. non dicit ſolum *in iniquitatibus conceptus, ſum*, ſed in ſuper, *in peccatis concepit me Mater mea*, vt oſtendat, peccata ipſa a Matre in ipſum vi Conceptionis natura fuiſſe transfuſa, quia verè originalis culpa, quæ radix eſt aliorum peccatorum, natura a parentibus in filios transfunditur; ſic pariter Sanctitas, & iuſtitia a Matre in Chriſtum ex vi Conceptionis, & natura fuit tranſmiſſa; id enim ſonat illud, *quod ex te naſcetur Sanctum, & cęt.* hoc eſt ex te naſcetur in Sanctitate; quanquam verò hic modus transfuſionis naturalis, & ex vi Conceptionis dicatur, quia nimirum iuſtitia ſimul

S.Ciril.

Pſ.

cum natura in eo ſtatu data fuiſſet; proxime tamen ipſa iuſtitia a Deo infuſa fuiſſet, vt optime poſt alios expendit Pererius in Gen. l. 5. de ſecunda excellentia ſtatus innocentiæ q. 3. vnde ex vno capite naturalis, ex alio verò ſupernaturalis fuiſſet, vt ex ipſo S. Tho. alias adnotauimus.

Perer.

Quamobrem illud circa hoc notabile ad dilucidiorem rei veritatem adijciendum putamus: propterea hoc originalis iuſtitiæ donum naturale cenſeri, quia à Deo, exigente natura, infundendum erat, eo prope modo, quo animam rationalem formam naturalem appellamus, ac eius productionem naturalem dicimus; non quia naturaliter a natura vi ſeminis producatur, quippe a ſolo Deo proxime creatur & infunditur: ſed quia non creatur a Deo mere libere, ſed quaſi neceſſario, neceſſitate inquam immutabilitatis a parte Dei, & neceſſitate materiæ diſpoſitæ a parte naturæ ſic eadem exigente natura, prout rem hanc latius explicauimus in noſtra Sum. Philoſ. p. 2. l. 3. trac. 1. q. 9. numero 5. ſic igitur donum originalis iuſtitiæ naturale cenſetur, & eius transfuſio naturalis ex vi Conceptionis dicitur, non quia a parente in prolem naturaliter vi, aut poteſtate ſeminis iuſtitia producatur, hoc enim impoſſibile eſt, ſed quia a Deo quaſi neceſſario, neceſſitate, inquam, pacti immutabilis a parte Dei cum humana natura in primo homine initi, & neceſſitate materiæ diſpoſitæ a parte naturæ, cui tale donum debebatur, tunc animæ infundenda erat, cum ipſa anima corpori ex ſemine mundo præparato conſereretur; quia ergo Deus ex pacto ſe obligarat infundere animæ originalem iuſtitiam, cum ipſam animam corpori, exigente natura crearet, ac corpori conſereret, ideo donum originalis iuſtitiæ natura, & ex vi conceptionis a parente in prolem transfundi dicebatur: quia vero vlterius pactum erat eiuſmodi, vt Deus ſe obligaret omnibus ab Ada deſcendentibus originalem iuſtitiam communicare, dum tamen Adam ipſe in eo ſtatu iuſtitiæ, & innocentiæ perſiſteret, factum eſt, vt, peccante Ada, ſemen in illo immundum effectum fuerit, ac ſubinde prolem ex ſemine immundo originalis culpæ noxiam gignat; Sanctus igitur Chriſtus a Matre vi conceptionis, & natura fuit conceptus: atque in eo ipſius Mariæ, ac Chriſti conceptio diſterminata, quod Chriſti conceptio ex Matre vi Conceptionis, & natura Sancta fuit, non verò Conceptio Mariæ; quippe ex vi Conceptionis a Matre non fuit in eam iuſtitia transfuſa, ſed ex gratia diuinitus conceſſa.

Notandum tertio, & ſi Sanctus Pater, ac Doctor Angelicus, & alij plerique Theologi negent, peccatum originale ratione fæminæ materialiter tantum, & paſſiuè in Conceptione ſe habentis, at qui ſolum ex parte viri ſemen vitia-

tum adminiſtrantis transfundi, difficillimè tamen percipi poſſe, quemadmodum, id eueniat nam, cum omnis caro per propagationem ab Adam deriuata, ſiuè ſit mulieris, ſiuè hominis feditati ſubiecta, & æque in omnibus vitiata, & corrupta eſſe cognoſcatur, non video cur fætus ex carne, & ſanguine ſolius mulieris ab Adam deriuantis conceptus poſſit eſſe mundus, ſi enim tam ſemen viri, quam caro, & ſanguis mulieris ex eadem maſſa carnis vitiatæ originem trahunt, quippè vno modo ab Adam deriuantur, cur non omnis fætus ex illa carne formatus, loquendo naturaliter, non erit immundus? non eo inficias, quod, interueniente virtute diuina, fætum miraculosè purificante, aut carnē, ex qua formādus eſt, mūdante, fætus ipſe naſci non poſſit mūdus, exempli cau ſaſi Deus nunc miraculosè purificaret carnem alicuius viri, & mulieris vtique operante natura, partus exilis oriretur mundus; è contra verò, quomodocunque fætus ex carne immunda formetur, ſiuè naturaliter, ſiuè miraculosè ſemper fætus immundus erit; itaque ſi nunc Deus Diuina ſua miraculosè operante virtute, operaretur, vt ex ſemine viri, ac mulieris partus in inſtanti conciperetur, partus ille vtique immundus adhuc egrederetur: quod enim in inſtanti Diuina virtute concipiatur non obſtat, quominus ex ſemine vitiato, & ſanguine immundo generetur: ex immundo autem ſemine formari non poteſt aliquid mundum; niſi fortaſſe virtus illa Diuina ſemen prius purgaret; aut partum ab immunditia præſeruaret; declaro rem exemplo, & exemplo duplici; veluti ſi ſit aliqua primæ materiæ maſſa; ſit materia illa tota, vt exempum vtroque decurrat pede, a Deo in principio mundi informis creata; quæ materia, vt docet Philoſophus eſt omnia virtute, & potentia, ſicut ſemen ſuo modo eſt totum corpus, & omnia membra poteſtate; cum autem materia illa ſit radix corruptionis, vt exempli gratia nunc ſuppono; de radice enim coruptionis egi ex inſtituto in Philoſophia, vtique omnia, quæ ex illa materia aut a Deo creante in principio facta fuerunt: aut poſtmodum a natura ſucceſſiue, & per motū fient, erunt neceſſario, & ex natura corruptioni obnoxia; impoſſibile eſt enim fieri aliquid ex natura incorruptibile ex materia, quæ eſt radix corruptionis: neque hic attenditur modus productionis, quod ſcilicet fiat miraculosè ſine motu, & in inſtanti, aut fiat ſucceſſiue per motum: quomodolibet enim fiat neceſſarium eſt contrahere corruptionem ex natura, quod ex materia huiuſmodi generatur aut producitur: dico ex natura, nam aliquid fieri, quod ex gratia corruptionis expers exiſtat, nulla repugnantia apparet; cum ergo ſemen, & ſanguis Adæ totus vitiatus, & corruptus exiſtat quidquid ex eo quomodo libet

fiat, ſiue naturaliter, & ſucceſiue, ſiue miraculosè, & in inſtanti, ex natura vitiatum erit, ac fœditati obnoxium: neque putandum eſt, pactum a Deo cum humano genere in Ada conſtitutum illud fuiſſe, vt illi, qui ex ſanguine, aut ſemine immundo naturaliter tantum deſcendiſſent originale peccatum contraherent: contra vero qui ex ſemine mundo naturaliter orti fuiſſent originale non contraherent: pactum enim non fuit cum modo, ſed cum ſemine, ita vt omnes filij Adæ ab eius ſemine deſcendentes aut iuſtitiam originalem, aut culpam contraherent, iuſtitiam quidem ſi ex ſemine mundo in ſtatu innocentiæ, culpam verò, ſi ex ſemine immundo in ſtatu peccati: ita vt tandem corpori ex ſemine mundo, & ante peccatum in ſtatu innocentiæ organizato (ſiue via ſupernaturali, & in inſtanti per Dei virtutem, ſiue via naturali, & per ſucceſſionem) Deus animam originalis iuſtitiæ dono refertam, contra verò corpori ex ſemine immundo, & ſtatus peccati organizato animam, ſine dono illo infunderet: atque id eſt ex natura & vi Conceptionis originalem culpam aut iuſtitiam contrahere: quippe vt optime docuit S. Tho. 3. p. q. 14. a. 3. *in verbo contrahendi intelligitur ordo effectus ad cauſam, vt ſcilicet illud dicatur contrahi, quod ſimul cum ſua cauſa ex neceſſitate trahitur*: trahitur ergò neceſſario originale peccatum cum ſemine in Adam vitiato, & corrupto, ſeu potius cum corpore ex ſemine huiuſmodi organizato: nam huiuſmodi corpus neceſſitate materiæ diſpoſitæ trahit animam, & culpam, inquantum Deus quadam neceſſitate tenetur corpori præparato animam creando infundere abſque dono tamen originalis iuſtitiæ, ſic pariter exigente corpore ex ſemine vitiato organizato traheretur ſimiliter neceſſario originalis iuſtitia cum ſemine mundo, ſeù potius cum corpore ex ſemine non vitiato, & corrupto organizato: inquantum corpori eiuſmodi Deus quadam neceſitate animam originalis iuſtitiæ dono ornatam infundere deberet, & de primo exemplo hactenus. Modo accipite alterum exemplum, ſit aliqua argenti maſſa tota rubiginoſa, certum eſt, omnia vaſa ex illo argento rubiginoſo formata, aut formanda, quomodolibet tandem formentur, futura pariter rubiginoſa: quod ſi Artifex aliquam illius argenti partem purgaret, antequam vas ex eo efficeret, eo caſu ablata rubigine ab argento vas purum egredietur: ſimiliter ſi in vaſis productione Artifex aliquo modo operaretur, & vas, dum effingitur, ab illa rubigine præſeruatur, hoc etiam caſu vas purũ exiret cum hac differentia, quod primum ab argento iam purgato purum ex natura exiret: ſecundum verò non item: quippe ab immundo naturaliter mundum egredinequit, ſed immundum: quod autem de argento ex quo vas efficitur dictum

S. Tho.

ctum eſt, idem proportionaliter de manu artificis argentum ad vaſis productionem mouentis aſſerendum eſt: nam ſi manus artificis eſſet rubiginoſa ita vt argento rubiginem inurere poſſet, vas vtique ab ea manu formatum rubiginoſum exiret: niſi aut prius manum a rubigine purgaret, quam argentum contrectaret, aut ita ageret, vt vas aliquo modo in ipſa ſui productione a manus rubigine preſeruaretur: ad rem noſtram itaque cum omnem ſemen, & ſanguis in Adam vitiatus exiſtat, ſiue actiue generationem moueat, ſiue paſſiue concurrat, neceſſario omnis fœtus ab his, & ex his egredietur immundus: ſed quid dicit ſcriptura, *aufer rubiginem ab argento, & vas puriſſimum egredietur*, Prouer 25. vas iſtud puriſſimum eſt B. Virgo, ait S. Bon. in ſpeculo lec. 13. puriſſimum vtique, quia ab omni rubigine, & macula peccati in ipſo egreſſu prodijt, vnde & ſuperius ex D. Ambroſio vas de Cælo, per quod Chriſtus deſcenderet, appellata fuit: itaque Argentum, ex quo vas iſtud egreſſum fuit, erit ſemen ab Adam vſque Ioachin, & Annam, quod totum fuit rubiginoſum, donec organizato in vtero Annę ſacerrimo Beatę Virginis corpuſculo in ipſo inſtanti, quo anima a Deo eidem fuit infuſa, ex dono a rubigine purgatum fuit per virtutem Spiritus Sancti eidem conceptui mire obumbranti, ac ſubinde ablata rubigine egreſſum eſt vas puriſſimum ab omni peccati rubigine mundatum: atque id innuere voluit S. Ciprianus alio loco citatus illis verbis, *Spiritu Sancto obumbrante originale incendium extinctum eſt*, & cæt. Vas ſimiliter puriſſimum dicere poſſumus Chriſtum, argentum ſemen ab Adam vſque ad Virginem, quod totum fuit rubiginoſum: at verò in ipſa Virgine ante Diuini Verbi Conceptionem ab omni rubigine mundatum fuit, atque adeo vas puriſſimum ex puriſſimis Virginis ſanguinibus ex ipſa vi Conceptionis, & natura egreſſum fuit: Chriſtus itaque vas puriſſimum, totumque Spirituale ex Maria natura exijt, Maria verò vas puriſſimum, totumque Spirituale ex Ioachin, & Anna ex Dei priuilegio egreſſa eſt: Vt ergo Chriſtus naturaliter ſine peccato ex carne Virginis, & ſanguine concipi poſſit; ipſa Virginis caro per particularem gratiam ab omni fœditate & macula immunis ſeruanda fuit, vnde benè dicitur, carnem Chriſti ex puriſſimis carnibus, & ſanguinibus B. Virginis fuiſſe Immaculate conceptam: huiuſce totius argumenti confirmationem accipite à D. Bernardo hom. 2. ſuper Miſſus eſt: qui querens, cur de Virgine Chriſtus naſci voluit, ſic reſpondet: *voluit itaque eſſe Virginem, de qua Immaculata Immaculatus procederet omnium maculas purgaturus*; tunc ſic arguite, ſi voluit de Virgine naſci, vt de Immaculata Immaculatus procederet omnium maculas purgaturus, multo

Prouer. *S.Bon.* *D.Am.* *S.Cip.* *S.Ber.*

plus voluit eſſe innocentem, vt de innocenti innocens conciperetur, eadem quippè vtrobique, immò fortior hic ratio percurrit; neque enim Virginitas natura, & ex vi Conceptionis a parentibus in filios transfunditur; ſicut natura originalis iuſtitia, aut culpa traducitur; maiorem propterea in re noſtra vim argumenti in verbis illis attendite, *de qua Immaculata Immaculatus procederet & cęt.* quaſi S. Doctor aſſerere vellet, neque enim Immaculatus à Matre maculata natura procedere poſſet.

Spiritus Sanctus ſuperuenit in Virginem obumbrans ei in hora Conceptionis præſeruando eam ab omni peccato, de qua Chriſtus ſine peccato originali erat naſciturus.

Perurgetur vis argumenti in calce præcedentis ſectionis poſiti ex verbis Beati Auguſtini. Inde ſcimus plus gratiæ ei collatum eſſe ad vincendum ex omni parte peccatum, quod concipere meruit eam, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum Sect. 3.

VErum enimuero quo totius huiuſce noſtri argumenti vis, & efficacia magis, magiſque comprobetur, operæ precium fuerit doctrinam Angelici ſuperius à nobis attinctam in medium proferre, & aliquantò ſollicitius, heraclioque, vt dicitur, lapide in præſentiarum conſiderare: is igitur q. 81. 1. 2. & cap. 52. 4. contra gentes, peccatum originale in filios Adæ eatenus transfundi aſſeuerat, quatenus ab eodem Adam, à quo deriuantur, generationis motu mouentur; ita vt filij non ipſorum voluntate, atqui voluntate primi eorum parentis omnes ab eo deriuantes generationis motu mouentis peccatum originis cõtrahunt; ſicut & innuit Seraph. in 2. d. 30. a. 1. q. 2. ad vlt. ſic ſi quidem ex peccato primi parentis in poſteros originalis culpa traducitur, ſicut ex voluntate animæ membrum aliquod mouentis actuale ipſius membri peccatum in ipſum membrum voluntate permotum refunditur. Sanè quidem idem S. Doctor, quemadmodum poſteri motu generationis ab Adam moueantur exponens, id non niſi per actiuam ſeminis virtutem in generatione diffuſam euenire affirmat: Ex quo fundamento primò deducit, illos omnes, ac ſolos peccato originis commaculari, qui per actiuam ſeminis virtutem originaliter ab Adam in generatione deriuatam deſcendunt. Colligit ſecundò, Æua peccante, dum tamen Adam in innocentia perſtitiſſet, neminem ex eorum filijs peccato originis futurum fuiſſe obnoxium. Mox verò tertio ſubinfert, fore nempe, vt ſi quis, diuina S. Tho. S. Bon.

vir-

virtute, ex humana carne procrea retur, peccatum originis minimè contraheret; quippe ab Adam per actiuam ſeminis virtutem, vt manifeſtum eſt, non deſcenderet; eo pariter modo, quo actus manus ad peccatum hominis, ſi manus non à voluntate hominis, ſed ab aliquo extrinſeco moueretur, minimè attineret.

Porro totam hancce Magiſtri doctrinam cõmentario exornans Caietanus, primus eiuſdem S. Doctoris à Thomiſtis Dominicanis habitus, ſup. art. primum citatæ quæſt. conuenientiam filiorum ad Adam, & manus ad voluntatem in eo eſſe cõſtitutam aſſeuerat; quod ſicut manus inſtrumentum voluntatis ad actum peccaminoſum efficitur, ſic filius, & filij in generatione ab Adam in eo conſtituuntur, vt membrum Adæ tanquam capitis exiſtant: quo fit, vt ſicut eo ipſo, quod manus culpæ capax voluntatis inſtrumentum effecta peccati particeps redditur; ita eo ipſo, quod filius membrum Adæ exiſtit, & capax eſt culpæ, eo, inquã, ipſo particeps eiuſdem culpæ efficitur, inquantum ratione ſeminis ab Adam generatur: & ſiquidem aliter conciperetur, aut generaretur, membrum Adæ non eſſet, ac ſubinde culpæ particeps minimè fieret.

S. Tho. Caiet. Quoniam verò idem S. Tho. tam in Summa, quam in Libris ſent. vt idem Caiet. ſubtiliter aduertit, animam ex carne, quæ eſt pars geniti, infici concedit, cuius contrarium in toto prælibato diſcurſu edocuit, idem Caietanus ad contradictionem cauendam, carnem multifarie poſſe vſurpari præmittit: quo fundamento præmiſſo, ait verũ quidem eſſe, animam ex carne infici, non tamen per ſe, ſed per accidens, inquantum videlicet ſub actiuo inficiati ſeminis principio exiſtit, atque ſeminis huiuſmodi actioni ſubijcitur: & id eſt, quod innuere voluit S. Tho. inquiens, animam ex carne quidem infici, verùm magis ex ſemine; quoniam verè caro non inficit vt huiuſmodi, verùm vt ſemini vitiato ſubigitur, atque hinc fætum diuina quadam virtute ex carne, ac ſanguine humano formatum originis culpam contrahere minimè poſse. Hæc ex doctrina Angelici prælibare libuit.

Videamus nos modò Vtrum, hoc doctrinali fundamento perſiſtente, fieri poſſit, vt partus ex ſolis mulieris ſanguinibus, etiam diuina virtute formatus, à culpa originis natura, & ex vi Conceptionis, concipi poſſit immunis: hic enim nodus, hic ſaltus eſt: dico autem natura; nam non dubium, quin ex dono, & gratia non ſolum ex ſanguine fæminæ, verùm etiam ex ipſo vitiato maſculi ſemine ab Adam deriuante partus ab omni culpa alienus efformari poſſit (quid quod enim impedit, quominus Deus in ipſo Conceptionis inſtanti iuſtitiam, innocentiam, & gratiam animę infundere queat?) ſanè verò ſi fęmina actiuè, & effi-

 cien-

cienter, & non tantum paſſiuè, & materialiter ad fœtum efficiendum concurreret, in hac ſuppoſitione extra omnem videretur eſſe dubietatem, partum huiuſmodi haud ſecus culpæ originalis participem fore, ac ſi ex ſemine maſculi progigneretur: id quod ex fundamento nedum, verùm etiam ex toto Angelici diſcurſu tam euidenter videtur poſſe deduci, vt aliud à quopiam comminiſci nefas putarim: quo circa cum plurimi exiſtant, qui fœminam actiue & efficienter ad actum generationis conuenire arbitrantur, fit, vt ſaltem ea probabilitate, qua præfata ſententia (quæ vtique multorum, ac grauium Doctorum eſt) circumfertur, Chriſtus ex Virgine originem trahens, à culpa originis immunis naturaliter concipi minimè potuerit, quin prius ipſa B. Virgo effecta fuerit munda; Cumque eodem Angelico, nec non & Seraphico teſte, vt innocentia Virg. Matris in Chriſtum Filium transfundi valeret, non modò id quod perſonæ, verùm etiam id quod naturæ in Virgine Matre purgare oporteret: inde clarè conſequitur, non ſolum perſonam B. Virginis per gratiam ſanctificantem in vtero ſanctificatam, ſed etiam naturam per originalem iuſtitiam, & innocentiam ab omni labe originali fuiſſe purgatam. Libeat mihi modò, antequam ad vlteriora extendam ſermonem, in hanc formam ordinare rationem: Certiſſimum eſt (longè enim hinc omnis opinio, nedum ſuſpicio eliminanda) certiſſimum, inquam, eſt omnibuſque confeſſum, Chriſtum naturaliter & ex ipſa vi conceptionis de puriſſimis virgineis carnibus ab omni originis labe immunem fuiſſe conceptum: ergo pariter conſtantiſſimum, Virginem concipientem in ea idoneitate, ac diſpoſitione à Spi. Sancto fuiſſe conſtitutam, vt partum huiuſmodi concipere poſſet (huc enim mirè facit illa B. Thomæ. 3. p.q. 27.a.4. cœleſtis doctrina, qua is Virginem Matrem ab omni culpa tam veniali, quam mortali actuali fuiſſe alienam, eleganter oſtendit): tunc ſubſumo: ſed ſi B. Virgo ab originali præuenta non fuit, non vtique certiſſimum, non vnicuique confeſſum, neque certum, atqui ſolùm probabile redditur, Virg. Matrem filium eius Ieſum ex vi conceptionis ab omni labe Mundo immunem effudiſſe: probabile, inquam, ea probabilitate, qua probabile eſt, paſſiuè tantum ad ſui partus conceptionem concurriſſe: Ergo tandem ad omnem opinionem, & ſuſpicionem circa naturalem Filij Dei ex Virg. Matre innocentiam remouendā, atque ad ſtabiliendum, Virg. Matrem Chriſtum filium ab omni labe, ex vi Conceptionis, Mundo immunem effudiſſe; eandem Virginem prius ab omni labe naturæ fuiſſe purgatam putandum eſt: Id quod edicere voluit S. Auguſtinus, cuius ea ſunt apud Magiſtrum in 3. diſt. 3. verba in titulo ſectio-

S. Tho

Mag.
S. Aug.

ſectionis poſita: *Inde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum ſit ad vincendum ex omni parte peccatum, quod concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum:* quæ ſanè verba tanti omnes Theologi æſtimarunt, vt nullus ferè eorum ſit, qui ad remouendam omnem à Maria culpam ſiue actualem, ſiue originalem eiſdem tanquam valido argumento reſpectiuè non vtatur; ſed cum præcipuè Minorum Familia, & Eccleſia ad myſterium Conceptionis extollendum adhibeat, quænam in eis vis reſideat (quantum ad noſtrum argumentum attinet) contuendum eſt. Preme igitur primò voculam illam, *inde, inde enim ſcimus;* vnde quæſo? *quòd concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum:* ac ſi patentius dixiſſet; inde nobis ſcitum ac cognitum eſt, B. Virgini ſoli inter omnes alios Sanctos, & Sanctas plus gratiæ collatum fuiſſe ad vincendum ex omni parte peccatum; quia ſcimus ipſam præ alijs à Deo eſſe electam, vt Chriſtum, qui ab omni prorſus peccato immunis extitit, conciperet ac pareret. Quare, ſi benè attendatur, hoc eſt argumentum ab effectu ad cauſam ingenioſe ab Auguſt. in hanc formam confectum, vbi à notis proceditur ad ignota: Conſtat vtique, Chriſtum a Maria conceptum nullum ab ea contraxiſſe peccatum; ergo hinc pariter ſcimus & inferimus, Mariæ ex ſpeciali priuilegio inter omnes Sanctos, & Sanctas plus inde gratiæ collatum eſſe ad vincendum ex omni parte peccatum: tunc autem profectò hæc ſpecialis gratia collata fuit ad vincendum, quando pugnauit; pugnauit autem in die belli cum originali peccato, ſeu naturæ (quippe cum actuali nullum luctamen habuit, ex quo omnis in ea fomes extinctus, aut ligatus fuit) in quo die belli, & in qua pugna virtus ſalutis Dei obumbrauit ſuper caput ipſius, plus ei gratiæ conferendo, vt peccatum ex omni parte ſuperaret. Nil ergo aliud S. Auguſt. innuere voluit, quàm patenter indicare, vt Chriſtus ex Virg. Matre peccatum natura non contraheret, ipſam Virginem ab omni culpa fuiſſe præſeruandam, & non ſolum ab actuali, & perſonæ, quę ad prolem non tranſit, verum etiam ab originali, & naturæ, quæ natura ad prolem traducitur. Quid porro tandem ſit, à labe naturæ matrem fuiſſe præſeruandam, vt proles ſine labe concipi queat; eſt purgari carnem & ſemen, ex quibus proles eſt concipienda: nam ratione carnis & ſeminis originalis culpa natura traducitur; ſicut ratione carnis & ſeminis originalis iuſtitia transfunditur: Id quod ex verbis D. Thomæ 3.p.q.27. ſæpius citata a.2. ad 4. non obſcurè deducitur. Sed adhuc amplius extendamus rationem, & ad hanc formam protrahamus diſcurſum: Clamat Beatiſs. Apoſt. Paulus Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum:* ex quo loco

S.Tho.

S. Paul.

loco Angelicus, a. 5. citatæ quæſt. deducit, Æua peccante, dum tamen Adam non peccaſſet, filios peccatum originis minimè contracturos: *ſi enim peccatum originis ex Æua ſimul, ac Adam in filios deſcenderet*, inquit Angelicus, *magis dicendum fuerat, quòd peccatum per duos vel potius per mulierem, quæ primò peccauit, intraſſet: non ergo peccatum originale deriuatur in filios à matre, ſed à patre*: ita ex verbis Apoſtoli concludit Angelicus. Sed pace tanti Doctoris, non vna & eadem de matre Eua, ac de alijs matribus ratio exiſtit; quod inde clarè demonſtro: Æua quidem ædificata fuit ex coſta viri adeò, vt ex hac parte ab Adam iure merito principium habuiſſe, aſſeri poſſit:
Act. Vnde & Apoſt. Paulus Act. 17. in illa tam celebri concione ad Athenienſes ſimul in Areopago coactos habita, Deum ex vno omne genus hominum ſuper terram inhabitare feciſſe affirmat: Euidentius verò Moyſes ſcriptum nobis
Gen. reliquit: *hæc*, idest Æua, *vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt*. Geneſ. 2. nondum tamen Adam ſibi, alijſque ab eo deſcendentibus peccati labem, ac notam inuſſerat; ideo verè peccante Æua, ſi Adam non peccaſſet (ſtantibus rebus, vt nunc per Scripturas habemus, peccatum ſcilicet per hominem Adam, non per mulierem Euam in Mundum intraſſe, & ad poſteros perueniſſe) vtique ſola Eua peccante, peccatum originis haud quaquam ad poſteros pertranſiſſet: quia & ſi Euæ ab Adam originem duxit, non tamen ab Adam in ſtatu naturæ lapſæ, verùm potius naturæ inſtitutæ: at verò omnes aliæ mulieres, & matres poſt peccatum ab Adam, & Eua deriuantes, haud ſecus quàm maſculi, & patres ab Adam via generationis, & ſecundum rationem ſeminalem deriuari feruntur: quo fit, vt, etiam ſi peccatum originis ad filios deriuari dicatur à Matre, nullũ tamen vel minimum textui Beatiſſimi Pauli præiudicium afferatur: nam adhuc per vnum hominem Adam, & non per duos, aut per mulierem, peccatum in Mundum intraſſe, ac ad poſteros pertranſiſſe clarè dignoſcitur. Sit igitur firmum & ſtabile, per vnum hominem Adam peccatum in Mundum introiſſe, ac ad poſteros, in quo omnes peccauerunt, perueniſſe: ſic vt ille ſolus, & omnis qui ab Adam via originis deſcendit, peccato originis verè infici queat (quanquam S. Epiphanius *S. Epi.*
lib. 3. aduerſus hæreſes, hæreſi 78. ab Eua pariter mortem in Mundum introitum habuiſſe, his verbis affatus ſit: *Æua etiam mortis cauſa hominibus facta eſt; per ipſam enim mors ingreſſa eſt in Mundum*) & non ſolum mortis & pęnę, verùm etiam peccati & culpæ cauſa extitit; quo pariter modo plerique alij Sancti Patres, & Doctores loquuntur; qui tamen omnes hanc interpretationem congruè recipere poſſunt, vt eatenus videlicet Euam mortis, & culpæ cau-

ſam

ſam extitiſſe aſſerant, quatenus virum ad conſenſum ſuum malum perduxit. Stet igitur fundamentum, per vnum hominem Adam peccatum, & mortem in Mundum habuiſſe ingreſſum.

Ego verò ex fundamento ſtatim ita deduco: quælibet mulier, & fæmina ab Adam via originis deriuatur: vnde & quælibet, ſicut Fides docet, inficitur: ergo quicquid mulier quomodolibet ad actum generationis ſubminiſtrat, haud ſecus quàm quod ſuppeditat maſculus, ab Adam primo via originis, & ſecundum ſeminalem rationem deſcendit: & hucuſque res nullam mihi videtur perpeti poſſe difficultatem: quòd faceſſit negotium eſt, Vtrum id quod à fęmina in Adam vitiata via originis deſcendit, infici poſſit? Ego ſanè repugnantem rationem, aut ſcripturam reluctantem non video: ſcriptura quidem peccatum originis ab Adam in poſteros transfundi aſſeuerat, ſed modum transfuſionis, vtrum ſcilicet ex ſolo ſemine, an verò etiam ex carne vitiata, ſcriptura non refert. Illud certiſſimum eſt, naturam non tam in maſculo, quam in fæmina fuiſſe, & eſſe vitiatam: omnes enim naſcimur natura filij iræ, & non ſolum viri, ſed etiam fęminæ Certiſſimum itidem, totum quod ſuppeditat fæmina haud ſecus quàm quod ſubminiſtrat maſculus, ab Adam originem ducere: ſicut enim ex ſemine, & ratione ſeminali concipitur maſculus; ita ex eodem ſemine, & ratione ſeminali concipitur fęmina: ni fortè velimus aſſerere, tunc concipi fęminam, cum fęmina operatur, non maſculus; tunc maſculum, cum maſculus, non fęmina; quod ſanè eſt abſurdiſſimum, ac nunquàm à ſęculo auditum; nam ęquè ad conceptionem fęminæ vis actiua, ac ſemen viri, ſanguiniſque fęminæ excogitatur; ſicut vtrunque etiam ad conceptionem maſculi deſideratur; tum ſic arguo: Quicquid ex ſemine Adam ſecundum rationem ſeminalem via generationis ducit originem, fęditati & corruptioni obnoxium efficitur, ac eiuſdem Adæ fœditatis & culpæ redditur particeps: ergo quicquid via originis à fęmina prout à fęmina, ex ſemine vitiato concepta generatur, fęditatis eiuſdem fæminæ particeps erit; ſicut nunc partus à viro, & fæmina generatus non ſolum ex parte ſeminis maſculi, verùm etiam ex parte ſanguinis fęminæ communis egreditur; quod ſubinde communi illa S. Thomę doctrina, & ratione nuper allata confirmo: Non tantum maſculus, verùm etiam fęmina generationis motu mouetur, ipſa etenim ſimul cum maſculo ab aliquo moueatur priori principio neceſſarium eſt, & non ab alio vtique, quàm ab illo eodem, à quo mouetur maſculus: & maſculus quidem actiuè, fęmina verò paſſiuè (eſto): ſed quicquid via generationis ab Adam tanquam inſtrumentum, & membrum eius mouetur,

tur, peccatum transfundit; ergo ſola fœmina in Adam vitiata peccatum originis in filios transfundere poteſt, & ſi tandem paſſiuè tantum concurrere, ſubminiſtrare, & moueri perhibeatur. Quare ſi ex commixtione ſeminis viri in innocentia conſtituti, ſanguinis verò fœminæ in Adam vitiatæ, vel contra ex ſanguine fœminæ in innocentia conſtitutæ, & ex ſemine viri in Adam vitiati partus conciperetur, partus ille vtique ex vi conceptionis appareret immundus; nam commixtio alicuius maculati à natura cum alio alioqui immaculato ſatis ſuperque eſt, vt totum maculatum efficiat: quippe bonum ex integra, malum verò ex quacunque cauſa conſurgit vnde

S.Paul. & Paulus: *neſcitis, quia modicum fermenti totam maſſam corrumpit*: ſin verò vtrinque, & ex parte ſeminis, & ſanguinis totum mundum diuinitus poneretur; haud dubiò partus vtrinque à culpa alienus appareret, quia ad Adam neutra via referretur.

Mater ergo Maria ab omni peccati macula mundari debuit, ne originis culpam in Filium eius dulciſſimum Ieſum transfunderet, verùm potius immaculatum ex vi Conceptionis progigneret;

S.Bona quam mundationem S. Bonau. in 3.d.3.p.1.a.1.q.2. Sanctificationem appellat; Sanctificationem, in quam, naturæ, nedum perſonæ, quippe Sanctificatio perſonæ, vt ex eodem S. Doctore colligitur; &

S.Tho. apertiſſimè S.Tho. ea q.27.a.2. ad 4. teſtatur, *ad prolem non tranſit, quia talis Sanctificatio non reſpicit carnem, ſed mentem*: ratione igitur carnis, & ſeminis, culpa ſeu iuſtitia natura, & ex vi Conceptionis modo alias explicato traducitur.

Conſtat itaque Sanctitatem in Maria debuiſſe præcedere, vt partum Immaculatum ex ſua carne, & Sanguine cōcipere poſſet: quod iam ante diſertis verbis expreſſerat Riccardus S.Vict. ſic fatus, lib. Riccar. Vict.

2. de Emmanuel, cap. 16. *Terra erat Maria, quando ab Angelo audiebat: Aue gratia plena: vnde hoc ergo illi tali terræ talem fructum facere poſſe? ſed conſtat pro certo, quia niſi ad plenum purgata fuiſſet, fructum talem, itaque ſublimem facere non poſſet*. Sic ille, quaſi dicere voluiſſet: Chriſtus erat totus cęleſtis, ac omni prorſus culpę innoxius; vnde ergo Maria, quæ erat terra, hunc fructum cęleſtem producere potuit? conſtat vtique, quòd talem fructum non faceret, niſi priùs ipſa cęleſtis purgationis donum in ſe acciperet. Sed quid opus eſt meo commento? ipſe ſe ipſum perſequens argumentum his alijs verbis declarat: *quod diximus dicamus apertius; niſi ab omni vitiorum contagione penitus purgata fuiſſet, Deum Dei filium generare non poſſet: vt enim Virgo conciperet, Virgo pareret, ſumma Sanctitate, ſumma puritate opus habebat*: quid clarius? Cum itaque, vt ſemel atque iterum tactum eſt, ad hoc vt Sanctitas Matris ad Filium naturaliter, ex vi Conceptionis, tranſmitti

queat,

queat, opus ſit vt non ſolum id quod perſonæ & mens, verùm etiā id quod naturæ & caro in ea purgetur: quippe eſt donum à Deo infuſum, exigente natura, non perſona: clarè inde conijcitur, Spiritum Sanctum ſuperueniſſe in Virginem eam ab omni labe purgantem; de qua Chriſtus abſque labe culpæ originalis erat naſciturus: atque id citra vllam ambiguitatem verba illa ſonant, *ab omni vitiorum contagione penitus purgatam*, *&c.*

Vt igitur ad ſermonis orbitam reuertamur, & ex principio concluſionem iam tandem eruamus, in eo noſtri ſtat ſumma diſcurſus; à radice, ſemine, & ſanguine in Adam vitiatis, via originis, aliquid mundum, & à vitio & fœditate alienum naturaliter traduci non poteſt: ſed ex Maria Virg. tanquam ex propria radice, & ex eius ſanguinibus, originis via, filius eius dulciſſimus Ieſus Chriſtus Dom. noſter innocens conceptus eſt: ergo verè Maria Virgo à labe originis facta fuit immunis.

Confirmatur adhuc propoſitum argumentum: atque ex doctrina D. Pauli, principijſque S. Thomæ, Mariam ab originali peccato præſeruandam fuiſſe demonſtratur. Sect. 4.

VErùm enim ad priorem argumenti partem perurgeri me ſentio, ac ita magis ac magis diſcurſum compelli poſſe ſuſpicio; ſi Virginem Matrem abſolutè in Conceptione Filij Dei ſemen ſubminiſtraſſe, atque ſubinde actiue, & ſecundum ſeminalem rationem cooperatam fuiſſe probare valuero. Quò igitur vtrinque (ſiue paſſiuè tantum, ſiue etiam actiuè ad prolem concipiendam Mater concurrat) totius diſcurſus robur magis appareat, ad hanc partum tuendam me totum conuerto. Relictis verò omnibus illis rationibus, quibus non modò hanc Sanctiſſimam Fęminam in Conceptione Verbi Dei, atqui omnes alias indiſcriminatè in ſuorum procreatione filiorum actiuè cooperari, Philoſophi, Medici, ac Theologi probare conſueuerunt, quorum longam peripheriam in Tertia noſtrę Summę Phil. par. ad lib. de Ani. contexuimus, alias huiuſce myſterij proprias ſacris innixas Scripturis in medium afferamus.

Chriſtum Ieſum, vt hinc à cæleſtibus auſpicemur, ex ſemine Dauid, & Abrahæ factum fuiſſe Sacra diuinorum hiſtoria percenſet: propterea quippe S. Apoſt. & Euang. Matthæus genealogiæ ſeriem diſponens à Dauid, & Abraham vſque ad S. Ioſeph virum Mariæ eam perduxit, ſic fatus: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham*: Immo S. Lucas vlterius vſque ad Adam generationis ſeriem tranſuexit: vt etiam notauit Angelicus, 3. p. q. 4. a. 6. verè etenim principium humanæ in Chriſto generationis multò ante Dauid, & Abraham extitit: quan- *Matth. 1.* *Luc. 2.* *S. Tho.*

quam

quam Euang. Matthæus ab hiſce duobus Patribus genealogiæ principium fecit: quia, vt optimè poſt D. Hieronymum notauit Angelicus, 3. p. q. 31. a. 3. ad hos præcipuè repromiſſio de Chriſto facta eſt: Ex hoc autem Euangeliſtarum progreſſu manifeſtè datur intelligi, tam Chriſtum, quam cęteros in genealogiæ ordine deſcriptos carnem traxiſſe ex ſemine Adam, generationis via deriuatam: id quod de more DD. Theologi pluribus declarare, & comprobare aggrediuntur: ſed & B. Apoſt. Paulus ſub initio Epiſt. ad Romanos, Chriſtum Ieſum ex ſemine Dauid ſecundum carnem factum fuiſſe apertiſſimè teſtatus eſt; *Paulus*, inquiens, *ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus ſegregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis Sanctis de Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem*: & ad Hebręos, 2. ſcribens, Verbum Patris ſemen Abrahæ apprehendiſſe confeſſus eſt.

D. Hie.

Rom.

Heb.

Adijciendum præterea, quod & præmiſſis ſatis quidem conſonum eſt, Chriſtum filium Ioſeph, ſi propriam filiationis rationem ſpectemus, haud quaquam fuiſſe; nam ex Ioſeph generatus nō fuit: fuiſſe tamen filium Dauid, & Abrahæ, cum non ſolum ex ſemine Abrahæ, & Dauid factus, verùm etiam eorundem filius fuiſſe legatur Hoc autem totum pulchrè indicauit S. Lucas, quippè qui genealogiam Chriſti contexens, ac de S. Ioſeph verba faciens ait; *vt putabatur filius Ioſeph*, ac ſubinde, *qui fuit*, &c. mentem adhibe ad diuerſam illam fandi rationem, *vt putabatur, qui fuit*, ibi dicitur, *putabatur*, hic dicitur, *fuit*; fuit enim filius Dauid, & Abraham non ſolum putatiuus, ſed verus, Ioſeph verò putatiuus dumtaxat. Id ipſum & S. Matthęus; qui enim in tota genealogiæ ſerie vbique ſemper verbum, *genuit*, vſurpauit dicens, *Abraham genuit Iſaac*, &c. veniens ad Ioſeph iam non amplius poſuit, *genuit*, ſed dixit, *virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*: vbi vides propriam, & accuratam Euangeliſtarum dicendi rationem: huius autem rei ratio poteſt adduci; quòd nempe Chriſtus Ieſus ex ſemine Dauid & Abraham, non autem ex ſemine Ioſeph carnem aſſumpſit; ſic autem fuit filius Dauid, & Abrahæ, vt ab ipſis immediatè generatus non fuerit: quippe ex ſolis ſanguinibus Beatiſſimæ Virginis, Spiritu Sancto cooperante, conceptus; quandoquidem, teſte D. Athanaſio, *Ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & ex ſubſtantia Matris in ſęculo natus*: atque, vt inquit S. Auguſt. Serm. 13. de Natiu. Dom. eſtque communiſſima, eaq; certiſſima omnium Theologorum, immo Scholaſticorum, & orthodoxorum ſententia, nullus vir operatus eſt in Virginem, de qua natus eſt Chriſtus: quia verò Sanguines B. Mariæ, immo tota ipſa B. Maria ex ſemine Dauid, & progenie

D. Ath.
S. Aug.

genit Abrahæ fuit exorta: id quod & docent Theologi, & tradunt Scripturæ, & Sancta ipſa Mater Eccleſia glorioſè decantat dicés: *Conceptio, Natiuitas Glorioſæ Virg. Mariæ ex ſemine Abrahę, ortę de tribu Juda, clara ex Stirpe David.* Idcirco Christus à primo ad vltimum ſic logicè diſcurrendo, ex ſemine David ſecundum carnem factus eſſe deuincitur, ex ſemine Abrahæ deſcendit Iſaac, ex Iſaac Iacob, ex Iacob Phares, &c vſque ad Mariam, de qua natus eſt Chriſtus: Ergo à primo ad vltimum Chriſtus ex ſemine Abrahæ, & David factus fuiſſe deducitur.

Ex his verò omnibus, vno eodemque modo Chriſtum ex ſemine Abrahæ, & David factum fuiſſe, quo omnes in genealogia numerati, vnus ab alio ſucceſſione generationis, clarè conuincitur: hęc eſt enim vis illationis ex generationis connexione producta; ex qua pariter ſequitur, eodem modo Chriſtum in his Patribus vſque ad Adam incluſiue ſecundùm carnem præceſſiſſe, quo pariter alij præceſſerunt, vnus in alio amuſſitate: quare cum caro Chriſti in hiſce Patribus peccato abnoxia fuerit (neque enim in Adam, aut Abraham, aut David aliquid peculiare diſtinctiuum à peccato immune conſiderandum eſt, quod vſque ad Chriſtum via originis deſcenderit, ex quo Chriſtus in vtero Virginis formatus fuerit, vt quidam ſomniarunt, quos Sancti DD. Angelicus, & Seraphicus, ille q. 31. 3. p. a. 6. hic in 3 d. 32. a. 2. q. 1. ac omnes ſubinde Theologi mirè confutarunt; verùm carnem de ipſa tota maſſa in Adam vitiata, & damnata aſſumpſit, ita tamen, vt caro illa quæ in Patribus damnata & vitiata aſſeritur, in ipſo Chriſto ab omni labe aliena fuerit) ideò perbellè caro illa Chriſti non in ipſo Chriſto, ſed in Ada, & alijs conſiderata pecca to abnoxia fuiſſe perhibetur; vt ex S. Tho. a. 7. non obſcurè colligitur. *S. Tho.*

His omnibus veluti quibuſdam iſagogijs pręmiſſis, ad eruendam concluſionem me conuerto, ac geminam rationem ſub hac forma, & figura contexo: Chriſtus Ieſus via originis ex ſemine Abrahę, & David factus fuiſſe aſſeritur: ergo ſemen David & Abraham via originis ad Chriſtum peruenit: tum ſubſumo, ſed Chriſtus, Doct. Ang. teſte, a. 7. citato, nonniſi mediante B. Virgine, ad hos Patres refertur; *S. Tho.* nec hi Patres, niſi eadem Virg. Glorioſa mediante, ſemen ad Chriſtum proximè traduxerunt: ergo B. Virgo ſemen verum ad prolem concipiendam actiuè ſubminiſtrauit, atque ideo caro illa, quam Dei filius ex Virgine ſumpſit, in Ada, Abraham, & David ſicut in actiuo ſeminis principio, extitit. Pręterea Chriſtus Ieſus in hiſce Patribus vitiatus, ac corruptioni obnoxius fuit; ergo ab hiſce Patribus ſecundùm rationem ſeminalem deſcendit; id quippe vox ſeminis, cuius ſemper Scriptura aduritur, ſonat: & clarius S. Thomæ

mę illatio concludit, nam id quod ab Adam ſecundum rationem ſeminalem non deſcendit, culpam, ac corruptionem minimè contrahit: tunc denique concludo: Chriſtus ſecundum rationem ſeminalem ab Adam, Abraham, & Dauid mediante B. Virgine ſemen Patrum deferente deſcendit: ergo ex vi Conceptionis ex Virgine Matre culpam contraxit: quod abſit: ſicut enim Chriſtum ex ſemine Abrahæ factum fuiſſe confiteri Chriſtiana veritate compellimur, ita in peccato originali conceptum dicere Catholica Religione prohibemur: & paris periculi malum eſt, ſi illi aut ex ſemine Abrahæ carnis denegetur aſſumptio, aut originalis culpæ imputetur contractio: vt igitur & veritas aſſumptæ carnis ex ſemine Abrahæ, & innocentiæ puritas, ex vi Conceptionis, ſalua ſubſiſtat, Dicendum vtique, Beatam Vir. ſuperueniente Spiritu Sancto, ab omni labe naturæ fuiſſe purgatam; ac ſubinde ſemen mundum ſubminiſtraſſe, ac denique carnem Chriſti non tantum in ipſo Chriſto per naturam fuiſſe à culpa alienam, verùm in ipſa B. Virgine per innocentiæ donum naturæ ſuperadditum, fuiſſe mundatam.

Soluitur quædam occurrens obiectio, ac propoſiti vis argumenti roboratur. Sect. 5.

Video planè huiuſce vim argumenti duplici via poſſe deludi: Primò, ſi ſatis fuiſſe dicatur, vt, ſuperueniente Spiritu Sancto, B. Virgo à fœditate naturæ tunc tandem purgaretur, quando partum concepit, vel, vt ſummùm, poſt eius natiuitatem in vtero: id quippe plures Sancti ac Patres, quorum hic longum catalogum deſcribere ſuperfluum puto, videntur innuere, è quibus S. Anſelmus cap. 18. & 19. de Conceptu Virg. ait, Chriſtum ex muliere peccatrice concipi, ac naſci potuiſſe, quod dictum declarans idem S. Anſelmus, in ſenſu diuiſo, non compoſito (vt ſcholaſticè loquar) accipi debere his verbis conſpicuè inſinuauit: *etiam ſi in tota Virginis eſſentia peccatum eſſet, tamen ad huiuſmodi Conceptionis munditiam per ſidem munda fieri potuit*. Sic ille, ex quibus liquidò colligi poſſe videtur, debuiſſe quidem B. Virginem ante Diuini Verbi conceptum purgari ad hoc, vt filium eius innocentem, ac ſine macula peccati concipere poſſet: hanc autem pleniſſimam purgationem in ipſo ſuę Conceptionis inſtanti minimè faciendam fuiſſe: quippe & à muliere peccatrice, hoc eſt, in peccato concepta, priùs tamen per fidem, ac Spiritus Sancti virtutem purgata mundiſſima Verbi conceptio citra vllam maculæ originalis contractionem fieri valuiſſet. Quin amplius Victorinus eo cap. 26. 2. lib. de Emmanuel, eam pleniſſimam purgationem ante Verbi Conceptionem Mariæ per Angelum promiſſam fuiſſe affirmat: quan-

S. Anſ.

Victor.

quando interroganti, *quomodo fiet iſtud*, Spiritum Sanctum in eam ſuperuenturum reſpondit, *Credenti itaque*, verba Victorini, *Virgini, ſed modum, quo fieret, quærenti rectè ab Angelo reſpondetur: Spiritus S. ſuperueniet in te ac ſi apertè dicat ei: vt ad tantum Sacramentum efficiaris digna, & inueniaris idonea, virtus Altiſſimi obumbrabit tibi tam ad omnem concupiſcentiam extinguendam, quàm ad omnem ignorantiam illuminandam*: atque huc pariter ſpectare videntur quæ priſci illi Patres, ac Theologi de ſecunda Sanctificatione Mariæ in ordine ad prolem concipiendam; quam etiam Sanctificationem naturæ appellant, ſcripta liquerunt. Sed enim ad colloquium Angeli circa modum futuræ Conceptionis, eiuſdemque Angeli promiſſum, quòd nempe per ſuperuenientem Spiritus Sancti virtutem faciendum erat, ſpectat; iam ſuperiùs in ordine ad ipſam Virginis integritatem, quatenùs virum non agnoſcens concipere poſſet, ad prolem ſine culpa concipiendam totum fuiſſe, ex ipſa verborum ſerie demonſtrauimus: vnde virtus Altiſſimi ſuperueniens Mariæ, eique obumbrans nil aliud egit, quàm operari in Virginem, vt ſine viri conſortio abſque Virginitatis detrimento, atque in inſtanti prolem conciperet, ac ſimul Mater & Virgo exiſteret.

Vict.

Occurrit præterea Modernus quidam Salazar, cap. 41. ſic ſcribens: *Quoties Virginem Matrem vel ſemel in ipſo Conceptionis inſtanti originis culpa infectam fuiſſe aſſerimus, etiam ſi ſubinde ab ea per infuſionem gratiæ purgata & expiata foret, nullam inde eius proles à peccato immunitatem acciperet; nam & aliæ Matres quamuis per baptiſmalem gratiam originalis culpæ ſordes abluant, nõ propterea filios innocentes gignunt; quippe transfuſio peccati originalis à parentibus in filios non pendet ex eo, quòd parentes actu cum generant, culpæ illi obnoxij exiſtant, ſed ex eo quod habuerint, cum ipſi geniti ſunt: quare vt Chriſtus innocens ex Matre concipi queat, neceſſe eſt dicere Matrem ea prorſus macula caruiſſe.* Sic ille reſpondet, ſed ſanè argumenti vim non excludit; quippe cauſa, cur parentes baptiſmalem gratiam recipientes filios innocentes non gignunt, eſt, quia Baptiſmus purgat quod perſonæ, non quod naturæ; vt optimè in forma S. Tho. 4. contra Gent. cap. 52. n. 11. & colligitur ex doctrina etiam S. Bon. ſuperius allata, quæ omnium Theologorum pariter eſt communis. At verò in Virgine poſt Conceptionem etiam quod naturæ elui potuit. Concedamus igitur id fieri potuiſſe, & aliter obiectioni occurremus; Deum enim in Virgine non plus quàm quod ſatis eſt, operatum fuiſſe, aſſerere, non eſt de Deo in bonitate ſentire. Quis igitur, quæſo, facile credat Deum ſuæ Sacratiſſimæ Matri in hoc dumtaxat parcum fuiſſe, vt ei non amplius, quàm quod ſimpliciter ſatis eſt, tribuere voluerit? cùm

Salaz.

S. Tho.

maximè in alijs omnibus ſe tam munificentem ac liberalem, ne dicam prodigum in Virginem Matrem exhibuiſſe legatur, vt eidem totius gratiæ plenitudinem largiſſimè infuderit. Et ſi quidem (vt argumentum clarè euincit) caro Virginis Matris ab omni Adæ, & naturæ labe & fœditate efficiunda erat aliena, cur non potius in vtero, quando concepta, quando ipſa caro eius propagata, ac Spiritus carni infuſus per iuſtitiam originalem, quam alio tempore præſtitiſſe putandum eſt? quanquam verè & hoc magnum miraculum, ac ſingulare Mariæ, totiuſque humanæ naturæ priuilegium fuiſſet, vt ad iuſtitiam originalem, & innocentiam naturæ ante partum Filij eius reſtitueretur; & quod in Adam humana natura miſerabiliter perdiderat, in Maria aliquando miſericorditer reperiret.

Eſſet quidem, fateor, adhuc ſingulare Virginis priuilegium, multò tamen ampliùs tantæ Matri, ac tali Filio debebatur. Cum enim, S.Tho. teſte B. Tho. 3. p. q. 27. a. 4. Deus ad aliquod miniſterium perſonam aliquam eligens, eo ipſo eiuſmodi miniſterio adimplendo aptam & idoneam efficiat, dicendum planè, Mariam ad hoc ſummum miniſterium æternaliter à Deo præelectam, vt nempe Genitrix Vnigeniti filij ſui diceretur, & eſſet, eis profectò opignorandam fuiſſe muneribus, quæ eam Immaculatæ proli, ex vi Conceptionis progignendæ idoneam redderent; in quibus illud eſt, vt ab omni prorſus naturæ labe aliena prodiret. Potiſſimum autem ita ſentiendum eſſe video, ſi mentem adhibeamus & animum, B. Virginis creationem ad hoc vt Verbum Dei Chriſtum Ieſum filium ſuum ex vi Conceptionis Sanctũ, & immaculatum gigneret, ordinatam fuiſſe. Huc enim accinit præclarum illud Idiotæ proloquium: *Tota pulchra es in Conceptione, quia ad hoc ſolum effecta, vt templum eſſes Dei altiſſimi*; ex quibus verbis licèt Moderni quidam non contemnendi illud inferri poſſe exiſtiment, nempe Virginem Glorioſam ob eum ſolum finem ſic fuiſſe effectam, vt omni alio prorſus fine eius effectio careret. Ego autem nunquam mihimet ipſi in animum inducere potui, eam fuiſſe Idiotæ intentionem, vt Virginem in id ſolum à Deo eſſe creatam, vt Dei genitrix eſſet, exiſtimarit. Duo ergo in Maria conſiderãda obueniunt, alterum, quòd ſit Creatura rationalis, quod eſt ei commune cum alijs: alterum, quòd ſit Dei Genitrix, quod eſt illi ſuper alias rationales creaturas Angelicas, & humanas proprium & peculiare. Si conſideremus Mariam vt communem fœminam communibus rationalis naturæ dotibus ornatam, communem vtique finem ſuæ creationis obtinuit, nempe vt Deum amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur; ac proinde ratione huius communis finis non talis effe-

cta

ĉta eſt Maria, vt tota in eius Conceptione pulchra appareret. At verò ſi vt Matrem Dei eam contemplemur, ob hunc ſolum finem tota pulchra in Conceptione fuit effecta, quia mox Mater Dei erat futura. Ita vt tota hæc Mariæ pulchritudo, quam in Conceptione obtinuiſſe Idiota affirmat, ob id ſolum ei tributa fuerit, vt ipſa Immaculata prodiens Immaculatam prolem ex ſuis puriſſimis ſanguinibus, ex vi Conceptionis progignere poſſet: Vnde & geminam in Maria prædeſtinationem gemino huic fini correſpondentem alias explicauimus.

Quare hæc eſt vis illationis ex illo antecedenti ſatis probato clarè deducta: Deus B. Virginem ad hunc finem, vt eiuſdem Filij ſui Mater eſſet, eundemque filium innocentem & immaculatum concipere poſſet, effecit: ergo totam pulchram in ipſa ſua Conceptione eſſe voluit. Cum enim, ex trito Philoſophorum adagio, finis imponat neceſſitatem eorum quæ ſunt ad finem, peculiariſque creationis Mariæ finis is in mente Dei ab æterno extiterit, vt templum eſſet Dei altiſſimi; eundemque Deum Sanctum & immaculatum immaculatè conciperet, ob id ſolum totam pulchram, ab omni ſcilicet fęditate perſonæ & naturæ immunem fecit, vt ſic Filium ſuum ex vi Conceptionis innocentem concipere, ac parere poſſet. Hæc itaque ratio ex verbis Idiotę deſumpta non eò ſolum ſpectat, vt nimirum ignominioſum & infame eſſe videatur à peccatore originem trahere; neque eò ſolum pertinet, vt patris, ac matris ignominia & infamia in filios, ac natos ciuili lege redundet, vt quidam non ſatis conſideratè arbitrati ſunt; immo vis rationis in eo eſt conſtituta, vt nempe talis fieret Maria, tota ſcilicet in Conceptione pulchra, qualis, reſpectu finis, fieri congruum ac dignum erat; vt videlicet Dei Filium ex ipſo Conceptionis ordine immaculatum immaculatè effunderet. Ad quod quidem haud ſatis erat gratia perſonam Sanctificans, verùm exigebatur donum ſanans & purgans naturam. Ad hoc igitur ſolum tota pulchra effecta fuit Maria, quoniam Dei altiſſimi templum & habitaculum præparabatur: Cuius vtique ea fuit figura, quæ de templo illo Salomonico miraculis pleno, pleno prodigijs, mortalium oculos ac mentem in admirationem trahentibus, legitur 1. Paralip. 29. *non enim homini, ſed Deo habitatio præparatur*; tanquam ſi apertius dictum fuiſſet: Ne miremini tale opus, tam ſplendidum, opulentum, magnificum; finem attendite, attendite cuinam in habitaculum pręparetur? tantæ enim pulchritudinis, ſplendoris, & magnificentiæ ratio vobis ſtatim obuia erit: talis quippe eſſe debet habitatio, vt habitatori apta & idonea inueniatur. Sed vt eò reuertamur, vnde digreſſi ſumus. *Paralip.*

Ne profectò id de Deo ſentire videamur, vt ipſum nempe erga Mariam Matrem illiberalem efficiamus; quippe durum nimis videtur, atq; à Diuinabonitatealienum aſſerere, nō plus quàm quod ſimpliciter ſatis erat, Matri voluiſſe concedere à qua carnem aſſumere & accipere voluit: cùm enim certiſſimum ſit, Deum Mariam Virginem ſuper omnes alias creaturas dilexiſſe, non eſt vtique veroſimile, nil amplius quàm quod ſufficiens erat, tribuere voluiſſe; Et mihi quidem illud hic exclamari poſſe videtur, quod alij de copioſa Chriſti redemptione exclamant & dicunt: *Quod ſufficiebat redemptioni, non ſufficiebat amori*; quod perinde eſt ac dicere: licèt ad redimendum humanum genus vna ſanguinis guttula ſufficiens erat, non erat tamen ſufficiens amori Redemptoris, qui ob vehementiam amoris erga humanum genus totum ſanguinem effundere voluit; quia enim amor liberalis erat, de quo accipi poteſt illud: *ignis nunquam dicit, ſufficit*; ideo copioſam redemptionem facere voluit: Ita ergo ad rem noſtram, licèt ad concipiendum Vnigenitum Dei ex natura innocentem Deo ſufficiens erat, vt Mariā Matrem ante prolis Conceptionem purgaret; non tamen ſufficiens erat amori, qui talis ac tantus erga Virg. Matrem extitit, vt eam potius præſeruare debuerit, antequam culpam contraheret, quàm purgare, poſtquàm contraxit. Sed, eſto, tunc Maria à contagione vitiorum fuerit purgata, quando ab Angelo fuit annunciata; adhuc tamen per præſeruationem ante peccatum factum fuiſſe aſſerimus. Illud itaque, amabo, ad memoriam reuocetur, menſque in illud, obſecro, intendatur, quod ſuperius ex D. Bernardo, ſatiſque probabili Scripturæ textu comprobauimus; eo nimirum quo ſerpens à Diabolo miſſus eſt ad Æuam, vt venenum per aures illius effunderet, eo inquam ipſo miſſum pariter Angelum à Deo ad Mariam, qui remedium paratæ, ac imminentis ruinæ, nondum verò conſummatæ, & medicinam veneno iam à ſerpente in Mulierem effuſo, nondum tamen ad genus ſeu naturam transfuſo, annunciaret; quod cum ibidem ſatis fuerit comprobatum, illud ſolum hoc loco conſiderandum relinquitur, quod ſanè maximam Dei erga genus humanum ſollicitudinem, ac prouidentiam declarat, atque in rem noſtram mirabiliter quadrat, ordo nimirum perditionis, ac reparationis; neque enim tanta fuit Diaboli vigilantia ad perdendū, quanta Dei cura ad ſanandum; nec prius fuit naturæ perditio, quàm reparatio; immo priùs medicina & remedium paratum, quàm venenum transfuſum: priùs precium redemptionis annunciatum, quàm debitum factum; primò enim formatis à Deo ſacris hiſce ſuis imaginibus Adam, & Æua acceſſit ſerpens tortuoſus

miſ-

miſſus à Diabolo ad Euam, eámq; quã ſuo venenoſo afflatu infecit, nondum tamen (quod certè Diabolus præcipuè intendebat) genus humanum in ſua radice vitiauerat: Eua enim peccante, dum Adã non peccaſſet, natura originalis culpæ contagione nullatenus fuiſſet perfuſa: quid interim Deus ſua bonitate? *cogitat*, inquit Bernard. eodem Serm. 2. Pentecoſ. *cogitationes pacis, vt mitteret nobis illum, qui eſt pax noſtra: ſed iſta bonitas, quæ in Deo erat multò nimis latebat in corde Patris, cumulata quandoque ſuper genus filiorum Adam tempore opportuno*, non tardat remedium, non expectat ruinam; antequam Eua venenum à ſerpente in ipſam effuſum ad virum transfundat; de medicina agit, de remedio cogitat, remedium annunciat. Itaque antequam peccatum & culpa ad naturam traducatur, ipſi naturæ remedium parat; plus enim Deus intentus erat remedio, quã Diabolus ruinæ; plus Deus reparationi, quàm Diabolus perditioni: ita vt inter peccatum Euæ, in quo genus nondum vitiatum erat, & peccatum Adæ, in quo genus fuit infectum, media fuerit redẽptio, Agni occiſio, eiuſdem in medio terræ, hoc eſt, in vtero Virginali conceptio, ac tandẽ pariter Angeli ad Mariam annunciatio; ideo ſerpente per Diabolum ad ruinam intentandam miſſo, mox à Deo Angelus in oppoſito ad remedium annunciandum mittitur; quaſi Deus ad Diabolum diceret; ſicut tu operi meo ruinam paras, & perditionem intentas? ei a ego, antequam ruina iam inchoata, nondum verò conſummata ſequatur, remedium apponam; atque in hoc Deus noſter ſimilitudinem ſtrenui Ducis expreſſiſſe viſus eſt, qui de ſalute exercitus ſollicitè curam gerens, mox vt præuidit à Duce aduerſario milites qui caſtra expugnent, in campo armatos mitti; totidem ipſe qui in oppoſito ſtent, obuios deſtinat. Eo igitur ipſo, quo ſerpens ad intentandam ruinam generis humani à Diabolo ad Euam miſſus eſt, eo ipſo incunctanter ſine mora, aut expectatione ruinæ, Deus Angelum ad Mariam mittit, qui ruinæ reparationem annunciet; non expectat Deus, vt aduerſarius ruinam in genus tranſmittat, ſed prius remedium parat, quàm ruina ſequatur: quo fit; vt prius quam venenum ſerpentis ad Adam, & inde conſequenter ad naturam fuiſſet tranſfuſum, iam Maria ab Angelo diuinitus annunciata foret, ac ſubinde eo interim ab omni contagione præſeruata: id namque in ſubſtantia eſt, quod de præſeruatione à culpa originali diuinitùs in Mariã operata aſſerimus, Mariam ſcilicet præſeruatam fuiſſe, ne venenum ſerpentis in Adam, ac per ipſum ad omnes deſcendentes transfuſum ad ipſam pertingeret, aut accederet: vnde Deus eam diuinitùs elegit, & per Angelum annunciauit, antequam natura ſit Adam infectã eſſet; vt eſſet derit,

S.Bern.

ſe eam ab illa infectione ſimul cũ Chriſto velle excipere, Mariam quidem ex gratia, Chriſtum verò etiam ex natura: quare licet Chriſtus & Maria ſecundum naturam ab Adam quidem deſcendunt, non deſcendunt tamen ſecundùm culpam, quia prius Maria in Chriſto fuit redempta, quàm ab Adam infecta; ſicut Chriſtus prius annunciatus, quàm Adam vitiatus; & hoc fuit diuinum pactum, vt nimirum Chriſtus, & Maria ab Adam via propagationis deſcenderet (quippe vniuerſum hominum genus ab vno homine, & principio, ſicut omnes arboris rami ab vno ſtipite & trunco, non pluribus in Mundum inducere congruum erat) ſed neuter eius culpæ particeps foret. Quare dato etiam, Mariam tempore Annunciationis ea puritate fuiſſe diuinitus ornatam; id fuit ante peccatum per præſeruationem; quippe in æterna Dei prædeſtinatione, ante fuit concepta & annunciata, quàm natura in Adam fuiſſet corrupta ſiue infecta.

Alia itaque via argumenti vim euadere poſſe putarunt alij in Theologicis diſciplinis plurimum verſati aientes nempe, Chriſtum non ſecundum ſeminalem rationem, atqui ſolum ſecundum corpulentam ſubſtantiam in Patribus, ac Virgine Matre fuiſſe, ac ab ipſis prodijſſe; hoc enim ferè vnicum ac potiſſimum fuit priſcorum Theologorum reſponſum. Verùm illud mihi hoc loco exclamari poſſe videtur, quod ait Philoſophus: nempe, dato vno inconuenienti, non eſſe mirum ſubinde alia multa concedi; cum enim hi Sacri Theologi vtrunque ſimul cohærere non poſſe putarent, Chriſtũ ſcilicet ex ſemine Abrahę & Dauid, ſecundùm rationem ſeminalę ex Virgine fuiſſe generatum, ac pariter abſque vlla originis culpa ex vi Conceptionis à Matre fuiſſę conceptum Chriſtum in Adam ſecundum corpulẽtam ſubſtantiam dumtaxat, & non ſecundùm ſeminis rationem præfuiſſe affirmarunt; ac ſubinde ab eo, & alijs Patribus via ſeminis deſcendiſſe negarunt: ſi enim Chriſtus in Adam & alijs Patribus, ſecundùm rationem ſeminalem fuiſſet, ac ab eis ſecundum rationem ſeminalem deſcendiſſet, vtique peccatum originis natura contraxiſſet: ſed videant, amabo, ne, dum Chriſtum Ieſum ab originali culpa nimio zelo vendicare geſtiunt, ſenſum ſcripturæ extorqueant, ac ſimul eidem Domino Ieſu iuſtitiam & innocentiam ex vi Conceptionis à Matre debitam inconſideratè ſurripiãt, ac demum Mariam Virginem nequaquam Sanctitatem & innocentiam ex vi Conceptionis in eundem natum transfudiſſe incautè concedant; quod ſanè nõ minoris periculi malum eſt, & fortaſſis error peior priore; ſiquidem quemadmodum nefas eſt credere, Chriſtũ hominem in peccatis à Matre fuiſſe conceptũ; ſic illicitum eſt tenere, eundẽ Sanctũ ex Matre non

fuiſſe generatum; vtrunque autem eadem prorſus ratione ex eodem Theologiæ principio conſequitur: ſicut enim in ſtatu naturæ deſtitutæ, & culpæ originale peccatum ex vi Conceptionis via propagationis à parentibus in filios natura traducitur, adeò vt ij omnes & ſoli originis culpam à parentibus contrahant, qui ſecundùm rationem ſeminalem ab Adam via propagationis deſcendunt; pari ratione in ſtatu naturæ inſtitutæ, & innocentiæ originalis iuſtitia via propagationis ex vi conceptionis à parentibus in filios natura fuiſſet transfuſa in tantum, vt ij omnes & ſoli originis iuſtitiam à parentibus contraxiſſent, qui via propagationis ab Adam ſecundum rationem ſeminalem ortum duxiſſent; vti ijdem Theologi profitentur: nam ſicut ſe habet propoſitum ad propoſitum, ita oppoſitum ad oppoſitum. Ex hoc ergo ſtabili fundamento clarè colligitur, omnino neceſſarium eſſe aſſerere, Chriſtum Ieſum ſecundum rationem ſeminalem via propagationis à Virgine Matre deſcendiſſe, quia alioqui Sanctus & innocens ex Matre via propagationis, ex vi Conceptionis & natura natus minimè fuiſſet: vnde ea ratione quà illi dicunt Chriſtum ſecundùm rationem ſeminalem à Patribus per Virginem minimè deſcendiſſe, quia peccatum originis contraxiſſet; eadem ego verè ſecundùm rationem ſeminalem via propagationis à Patribus per Matrem natum eſſe affirmo; quòd alioqui Sanctitatem & iuſtitiam ex Matre, vi Conceptionis & natura, non contraxiſſet: atque ratio iſta maxima eſt conſideratione digna. Libeat mihi nunc ex prædictis in hunc modum argumentari: Maria Virgo, ex vi Conceptionis & natura, Sanctitatem & iuſtitiam in piam prolem transfudit, ergo eadem ſecundum rationem ſeminalem concepit; tunc iterum ſubſumere liceat; Maria ſecundum rationem ſeminalem via propagationis, Sanctitatem & innocentiam in Filium tranſmiſit, ergo ipſa innocens & Immaculata fuit: duo namque iſta, ſecundum communem illorum Theologorum doctrinam, in parente ad hoc vt ex vi Conceptionis, via propagationis, iuſtitiam in prolem transfundere queat, requiruntur; vt nempe parens ipſe in ſtatu naturæ inſtitutæ, & innocentiæ exiſtat, ac prolem ſecundum rationem ſeminalem via propagationis concipiat. Porro cum totus huiuſce diſputationis neruus gemino fundamento innitatur; vni nimirum, quòd B. Virgo Sanctitatem ex vi Conceptionis & natura in Filium transfuderit: alteri, quòd ſecundùm verum ſemen, ac rationem ſeminalem eundem conceperit; quorum vnum & ſi alteri, vt ex dictis patet, conſequens eſt, vtrunque tamen firmius adhuc ſtabilire non abſque re fore exiſtimamus quanquam verò ad ſecundum quòd attinet, quæ hactenus à nobis dicta

ſunt, ac illud præcipuè, quòd nonniſi ſecundùm rationem ſeminalem ab Adam deſcendens Sanctitatem ex vi Conceptionis contrahere poteſt, ſicut pariter nonniſi ſecundùm rationem ſeminalem deſcendens contrahere poteſt culpam: quanquam, inquam, hæc ſatis ſuperque eſſe valeant; tamen nil obſtat, quominus alijs adhuc rationibus iſtuc ipſum oſtendamus: Vbi primum illud mihi monendum eſſe video, quod ex Titelmano viro vtique grauiſſimo in alio ſimili monuit Lorinus ad Pſ. 92. verſ. 16. *non debere nos ab aliqua vnâ ſcripturæ interpretatione retardari, quòd veteres Doctores eam non indicauerint: proficere enim novis Eccleſiam ſubinde, temporiſque ſucceſſu illuminationibus*: Cum itaque totus diſputationis ſcopus de congrua Scripturæ interpretatione exiſtat, nobis vtique irreuerentiæ notæ aſcribendum non erit, ſi, vt Scripturam ac Theologiam ſequamur, Scripturales ac Theologos hac vice deſeramus, eo vel maximè quod Patres illi Theologi in hac eorū interpretatione aſtruenda ſuper alijs fundamentis ſenſus ſtructuram impoſuerunt: quibus pro clariori veritatis illuſtratione mutatis, reliquum pariter ædificij mutetur, vtique mirandum, aut magnum non eſt: Sanequidem ex ipſis Theologiæ principijs, regulisque Sacræ Scripturæ interpretandæ grauiter, ac indeſinenter ſtudimur, accommodandam magis Diuinæ Scripturæ opinionem ac interpretationem, quàm Scripturam opinioni & interpretationi: pari firmiter Theologicis præceptis inſtruimur, quoties propria verborum ſignificatio poteſt conuenienter haberi, ab ea in exponendo recedendum minimè eſſe; & ſi quidem ad ſaluandam ſcripturæ veritatem, ac ſenſus iuris communis correctionem vitandam à rigoroſa verborum interpretatione nonnunquam exorbitari poſſe in re conceditur, multò magis in ipſa verborum proprietate, quæ veritatem, iuſque commune tuetur, ſtandum omnino eſſe eodem iure cauetur: Vt quid igitur Patres illi, ac Theologi à propria verbi iſtius, *ſemen*, quo ſcriptura vtitur, hac vice recedendum putarunt? an quia abſurdum illud inde ſequi formidarunt, quòd nimirum Chriſtus in ea rigoroſa verbi interpretatione peccati originalis reus efficeretur? ita ſanè; ceterùm nōn ita prorſus fiet; quin immo in propria ac rigoroſa verbi ſignificatione & Filij innocentia ex vi Conceptionis à Matre transfuſa, & Matris iuſtitia, quæ eam in prolem transfundere potuit & debuit, mirè comprobatur. Cum igitur Scriptura vbique ſemper Chriſtum Ieſum ex ſemine Dauid ſecundùm carnem factum fuiſſe affirmet, ſeminis nomine verum vtique ſemen ſecundùm rationem ſeminalem, non corpulenta ſubſtantia debet intelligi; quod vtique Sacer Euangeliſta, genealogiam Chri-

Titel. *Lorin.*

Chriſti texens, ſatis apertè indicauit: nam Abraham genuiſſe Iſaac ſecundum veram & propriam ſeminis rationem, & Iſaac ex Abraham ſecundum rationem ſeminalem deſcendiſſe certo certius exiſtit; cum præcipuè virum nō aliud quàm ſemen in generatione adminiſtrare apud omnes ſit receptiſſimum; aut ergo ſemen Abrahæ & Dauid ad Chriſtum via propagationis peruenit, aut non: ſi non peruenit, aut id fuit, quia ſeminis nomine toties in ſcriptura repetiti aliud quàm verum ſemen intelligitur, aut quia ſemen in Maria ſtetit, & ad Chriſtum per eam minimè tranſijt: primum eſt ſenſum centum & mille Scripturarum ſine cauſa extorquere: ſecundum eſt abſolutè negare, Chriſtum ex ſemine Dauid fuiſſe conceptum; ſemen enim, mediante generationum ſucceſſione, ab illis Patribus ad Mariam vſque peruenit, vt clarè fatetur S.Tho.a.6.ad 2. ſin verò mediante Maria vlterius ad Chriſtum non deſcendit; Chriſtus vtique ex ſemine illorum Patrum factus non fuit, vt nimis manifeſtè per ſe patet: quod enim idem S. Thomas poſt B. Anſelmum cap. 11. de conceptu Virg. ait, Chriſtum nempe eatenus ex ſemine Dauid, & Abrahæ factum fuiſſe, quatenus nimirum ex carne & ſanguine Mariæ, quæ ſecundùm verum ſemen & propriam ſeminis rationem ab hiſce Patribus ortum duxit, fuit generatus, difficultatem non tollit, textum ac ſenſum

S.Tho.
S.Anſ.

ſcripturæ non ſeruat: quippe hoc eſt Mariam, non Chriſtum ex ſemine Dauid fuiſſe generatum; ni fortaſſe per accidens, quia nimirum ex aliquo factus dicitur, quod ex ſemine Dauid originem duxit, cum tamen ex textu Scripturæ Chriſtum ipſum ex ſemine Dauid factum fuiſſe legamus; & eo planè modo, quo Dauid ex ſemine Abrahæ, & Abraham ex ſemine Adæ in genealogia factus fuiſſe narratur: cum ergo in tota ſerie genealogiæ ſeminis nomine verum ſemen ſecundum veram & propriam ſeminis rationem intelligatur; & eodem modo ſeries genealogiæ via propagationis ab Abraham vſque ad Chriſtum incluſiuè ab Euangeliſta deſcribatur, ſicut ex vero ſemine ſecundum rationem ſeminalem via propagationis ſine vlla ambiguitate omnes ac ſinguli vſque ad Chriſtum ſucceſſiuè facti fuiſſe creduntur; ſic pariter citra vllam dubitationem Chriſtus ipſe ex vero ſemine Dauid, & Abrahæ ſecundùm rationem ſeminalem via propagationis factus fuiſſe dicendus eſt: neque propterea timendum, quòd Chriſtus originalem culpam ab Adam via propagationis ex Matre contraxerit; quippe ſemen illud ex ſpeciali prærogatiua in Virgine Matre purgatum fuit: quod cum ex Scriptura, & principijs Theologiæ non obſcurè deducatur, nobis irreuerentiæ notæ minimè aſcribi debet ſi, vt Scripturam ac Theologiam ſequamur, à Patribus & Theologis

ſunt, ac illud præcipuè, quòd nonniſi ſecundùm rationem ſeminalem ab Adam deſcendens Sanctitatem ex vi Conceptionis contrahere poteſt, ſicut pariter nonniſi ſecundùm rationem ſeminalem deſcendens contrahere poteſt culpam: quanquam, inquam, hæc ſatis ſuperque eſſe valeant; tamen nil obſtat, quominus alijs adhuc rationibus iſtuc ipſum oſtendamus: Vbi primum illud mihi monendum eſſe video, quod ex Titelmano viro vtique grauiſſimo in alio ſimili monuit Lorinus ad Pſ. 92. verſ. 16. *non debere nos ab aliqua vna Scripturæ interpretatione retardari, quòd veteres Doctores eam non indicauerint: proficere enim nouis Ecclesiam ſubinde, temporiſque ſucceſſu illuminationibus*: Cum itaque totus diſputationis ſcopus de congrua Scripturæ interpretatione exiſtat, nobis vtique irreuerentiæ notæ aſcribendum non erit, ſi, vt Scripturam ac Theologiam ſequamur, Scripturales ac Theologos hac vice deſeramus, eo vel maximè quod Patres illi Theologi in hac eorũ interpretatione aſtruenda ſuper alijs fundamentis ſenſus ſtructuram impoſuerunt: quibus pro clariori veritatis illuſtratione mutatis, reliquum pariter ædificij mutetur, vtique mirandum, aut magnum non eſt: Sanequidem ex ipſis Theologiæ principijs, regulisque Sacræ Scripturæ interpretandæ grauiter, ac indeſinenter erudimur, accommodandam magis Diuinæ Scripturæ opinionem ac interpretationem, quàm Scripturam opinioni & interpretationi: pari ſirmiter Theologicis præceptis inſtruimur, quoties propria verborum ſignificatio poteſt conuenienter haberi, ab ea in exponendo recedendum minimè eſſe; & ſiquidem ad ſaluandam ſcripturæ veritatem, ac ſenſus iuris communis correctionem vitandam à rigoroſa verborum interpretatione nonnunquam exorbitari poſſe in re conceditur, multò magis in ipſa verborum proprietate, quæ veritatem, iuſque commune tuetur, ſtandum omnino eſſe eodem iure cauetur. Vt quid igitur Patres illi ac Theologi à propria verbi iſtius, *ſemen*, quo Scriptura vtitur, hac vice recedendum putarunt? an quia abſurdum illud inde ſequi formidarunt, quòd nimirum Chriſtus in ea rigoroſa verbi interpretatione peccati originalis reus efficeretur? ita ſanè; ceterùm non ita prorſus fiet; quin immo in propria ac rigoroſa verbi ſignificatione & Filij innocentia ex vi Conceptionis à Matre transfuſa, & Matris iuſtitia, quæ eam in prolem transfundere potuit & debuit, mirè comprobatur. Cum igitur Scriptura vbique ſemper Chriſtum Ieſum ex ſemine Dauid ſecundùm carnem factum fuiſſe affirmet, ſeminis nomine verum vtique ſemen ſecundùm rationem ſeminalem, non corpulenta ſubſtantia debet intelligi; quod vtique Sacer Euangeliſta, genealogiam

Titel.
Lorin.

Chriſti texens, ſatis apertè indicauit: nam Abraham genuiſſe Iſaac ſecundum veram & propriam ſeminis rationem, & Iſaac ex Abraham ſecundum rationem ſeminalem deſcendiſſe certo certius exiſtit; cum præcipuè virum nō aliud quàm ſemen in generatione adminiſtrare apud omnes ſit receptiſſimum; aut ergo ſemen Abrahæ & Dauid ad Chriſtum via propagationis peruenit, aut non: ſi non peruenit, aut id fuit, quia ſeminis nomine toties in ſcriptura repetiti aliud quàm verum ſemen intelligitur, aut quia ſemen in Maria ſtetit, & ad Chriſtum per eam minimè tranſijt: primum eſt ſenſum centum & mille Scripturarum ſine cauſa extorquere: ſecundum eſt abſolutè negare, Chriſtum ex ſemine Dauid fuiſſe conceptum; ſemen enim, mediante generationum ſucceſſione, ab illis Patribus ad Mariam vſque peruenit, vt clarè fatetur S. Tho. a. 6. ad 2. ſin verò mediante Maria vlterius ad Chriſtum non deſcendit, Chriſtus vtique ex ſemine illorum Patrum factus non fuit, vt nimis manifeſte per ſe patet: quod enim idem S. Thomas poſt B. Anſelmum cap. 11. de conceptu Virg. ait, Chriſtum nempe eatenus ex ſemine Dauid, & Abrahæ factum fuiſſe, quatenus nimirum ex carne & ſanguine Mariæ, quæ ſecundùm verum ſemen & propriam ſeminis rationem ab hiſce Patribus ortum duxit, fuit generatus, difficultatem non tollit, textum ac ſenſum

S. Tho.
S. Anſ.

ſcripturæ non ſeruat: quippe hoc eſt Mariam, non Chriſtum ex ſemine Dauid fuiſſe generatum; ni fortaſſe per accidens, quia nimirum ex aliquo factus dicitur, quod ex ſemine Dauid originem duxit, cum tamen ex textu Scripturæ Chriſtum ipſum ex ſemine Dauid factum fuiſſe legamus; & eo planè modo, quo Dauid ex ſemine Abrahæ, & Abraham ex ſemine Adæ in genealogia factus fuiſſe narratur; cum ergo in tota ſerie genealogiæ ſeminis nomine verum ſemen ſecundum veram & propriam ſeminis rationem intelligatur; & eodem modo ſeries genealogiæ via propagationis ab Abraham vſque ad Chriſtum incluſiuè ab Euangeliſta deſcribatur, ſicut ex vero ſemine ſecundum rationem ſeminalem via propagationis ſine vlla ambiguitate omnes ac ſinguli vſque ad Chriſtum ſucceſſiuè facti fuiſſe creduntur; ſic pariter citra vllam dubitationem Chriſtus ipſe ex vero ſemine Dauid, & Abrahæ ſecundùm rationem ſeminalem via propagationis factus fuiſſe dicendus eſt: neque propterea timendum, quòd Chriſtus originalem culpam ab Adam via propagationis ex Matre contraxerit; quippe ſemen illud ex ſpeciali prærogatiua in Virgine Matre purgatum fuit: quod cum ex Scriptura, & principijs Theologiæ non obſcurè deducatur, nobis irreuerentiæ notæ minimè aſcribi debet ſi, vt Scripturam ac Theologiam ſequamur, à Patribus & Theologis

hac vice recedamus; cum præcipuè, vt tactum eſt, aſſerere eatenus Chriſtum ex ſemine Dauid ſecundùm carnem factum fuiſſe, quatenus ex corpulenta Matris ſubſtantia, quæ ex ſemine Dauid originem duxit, ad ſaluandam veram & propriam genealogiæ rationem, ſimulque propriam Scripturarum phraſim ſartam tectam; vt decet, ſeruandam minimè ſufficiat: neque enim vt quis ex alicuius ſemine ſecundum carnem factus fuiſſe dicatur, ſatis eſt, ſi quomodolibet ab illo originem ducat; ſed neceſſariò requiritur, vt ſecundum propriam ſeminis rationem via propagationis deſcendat, ob quam cauſam prima mulier quamlibet de coſta viri ſumpta fuit, ac proinde Virago nuncupata, non propterea tamen ex ſemine viri facta fuiſſe cenſetur: & quid dico mulier, quæ Diuina virtute de coſta viri ſumpta fuit? filius ipſe qui à matre via propagationis deſcendit, nilominus ex ſemine matris minimè factus fuiſſe creditur, quia à matre ſecundum rationem ſeminalem non deſcendit (loquor illis, qui matrem non veram ſeminis rationem, atqui ſolam materiam paſſiuè ſubminiſtrare opinantur) quippe omnino oppoſito modo ſe habent fieri ex ſemine, & ex corpulenta dumtaxat ſubſtantia: præterea magis ad propoſitum filius ex ſemine Aui, aut proaui minimè factus fuiſſe dicetur, propterea quia ex ſemine Patris, qui ſecundùm rationem ſeminalem ex ſemine Aui factus fuiſſe dicitur, progignatur; niſi etiam filius ipſe eodem modo ex Patre ſecundum rationem ſeminalem originem ducat: nam ex ſemine Aui fieri, eſt fieri ex ſemine Patris ſecundùm veram propriamque ſeminis rationem, & non tantum ſecundum corpulentam ſubſtantiam; ratio enim ſeminalis in ſemine ab vno extremo ad aliud ſucceſſione generationis defertur per media eandem ſucceſſionis rationem continuantia, vt patet. Chriſtum igitur non eatenus ex ſemine Dauid factum dicimus; quia ex Maria, quæ ex ſemine Dauid ſecundùm rationem ſeminalem deſcendit; ſed quia ex Maria verum Dauidis ſemen via propagationis ſecundùm rationem ſeminalem deferente, ac ſecundùm propriam ſeminis rationem eundem concipiente. Poſtremò peto quid ſit iſta corpulenta ſubſtantia, ſecundum quam Chriſtus in lumbis Patrum fuiſſe, ab eiſque ortum duxiſſe aſſeritur? aliud ſanè eſſe non poteſt quàm id, in quo tanquam in radice tota natura, ſicut tota arbor in radice fundatur; ſed hoc eſt ſemen ſecundum propriam ſeminis rationem, non ſecundùm corpulentam ſubſtantiam: ergo tandem Chriſtus à Patribus ſecundùm veram ac propriam ſeminis rationem ad ipſum mediante propagationum ſucceſſione transfuſam factus fuiſſe dicendus eſt: atque ita tandem ex Virgine conceptus, vt Immaculatus

tus

tus ex Immaculata, ex vi Conceptionis & natura proceſſerit; quod erat alterum huius ædificij fundamentum ei potiſſimum Euangelico textui nixum, *quod ex te naſcetur Sanctum vocabitur filius Dei*: verè enim Chriſtus ex Matre ita Sanctus eſt natus, vt dicere poſſit: Ecce in Sanctitate conceptus ſum, & in iuſtitia ac innocentia concepit me Mater mea; cuius porro veritatis figura & vmbra ea, me iudice, fuit, quòd Dominus olim loquens Patribus in Propheta, Arcam de lignis ſethim ſibi fabricandam mandauit: *facient mihi Sanctuarium, & habitabo in medio eorum, Arcam de lignis Sethim compingite*, &c. Exodi 25. Arcam de lignis Sethim fabricatam ipſam B. Virginem quidam interpretantur, quæ vtique ideo rectè ex lignis Sethim facta fuiſſe perhibetur, quòd omnis corruptionis peccati expers fuit. Venerabilis Beda Arcam de lignis Sethim Chriſti Domini Incarnationem intellexit: *Arca de lignis Sethim ipſam Domini Saluatoris incarnationem deſignat*, inquit Beda lib. 1. de tabernaculo cap. 4. *quæ videlicet Arca bene de lignis Sethim compingi iubetur, ligna quippe Sethim leuis atque imputribilis naturæ eſſe feruntur: Arca ergò de lignis Sethim facta eſt, quia corpus Dominicum ex membris conſtabat omni vitiorum labe carentibus*: Sic ille, qui mirè hanc in prolem Sanctitatis transfuſionem à Matre Immaculata explicare viſus eſt: quia namque omnis Arcæ imputribilitas in eam à lignis, ex quibus compingitur, tranſmittitur: neque enim Arca imputribilis eſſet, niſi ligna ex quibus fabricatur, forent imputribilia; rectè propterea Arcam de lignis Sethim fabricatam aſſeritur, quia corpus Dominicum conſtabat membris omni vitiorum labe carentibus; hoc eſt, corpus Dominicum Sanctum & Immaculatum erat; quia ex Matre Sancta & Immaculata via propagationis fabricatum. Siue ergo Arcam Mariam Matrem, ſiue Filium interpretemur; ſic Matrem, ſicut & Filium Sanctam & Immaculatam fuiſſe concludimus, quæ Sanctitatem in Filium via propagationis transfundere potuit. Quare vtique ſine peccati labe concepta fuit, quæ Filium omni peccati labe immunem via propagationis effudit: quare etiam ſi concedamus, vt concedere debemus, Chriſtum ex Matre ſecundùm veram ac propriam ſeminis rationem deſcendiſſe. Non propterea tamen, vt iterum repetam, formidandum, Chriſtum ab Adam ſecundùm rationem ſeminalem deſcendentem peccato originis infectum prodijſſe; tum quia pactum factum ad Adam, Chriſtum qui ſub lege ac pacto non fuit, ſed ſupra omnem legem ac pactum, non comprehendebat; tum quia maximè ſemen illud in Adam quidem ac alijs Patribus vitioſum erat, & via originis ad Patres ſucceſſiuè vſque ad Mariam vitiatum delatum fuit; at vbi ad Mariam peruenit, ab omni

Luc. 2.

Exod.

Beda.

culpa & labe purificatum fuit; quod his verbis expreſſit S. Bernardus ſer. 2. Pentecoſ. tractans illud Iſa. 4. *Et erit germen Domini in magnificentia; germen Domini Ieſus Chriſtus ſolus de mundiſſimo conceptus ſemine, quia & ſi filius carnis Adæ, non tamen filius præuaricationis Adæ:* quod de corpulenta illa ſubſtantia ab Adam vſque ad Chriſtum Angelicus ipſe idem fatetur; in Adã enim, Abraham, & Dauid corpulenta illa ſuſtantia peccato obnoxia fuit; in Chriſto verò ab omni labe purificata, non quia in Chriſto ſolum purificata fuit, quæ naturaliter ex vi Conceptionis pura ad Chriſtum per Virginem aduenit, ſed quia purificata fuit in Virgine, in quam ſuperuenit Sp. Sanctus purgans eam, vt ab ea caro Immaculata ad filium transfundi valeret. Formidandum verò magis, dum Chriſtum ab Adam ſecundum rationem ſeminalem non deſcendiſſe aſſeritur, originalem iuſtitiam à Matre, ex vi conceptionis & natura, non contraxiſſe.

S. Bern.

En tandem concluſio; Chriſtus ex Virgine Matre, ex vi Conceptionis, Immaculatus Immaculatè fuit conceptus; hoc eſt antecedens omnis firmitatis certitudine munitum & roboratum, ex quo gemina hæc poteſt illatio deduci. Prima, ergo Chriſtus ſecundùm veram ſeminis rationem ab Adam, Dauid, & Virgine non deſcendit; quæ quidem illatio vulgaris fuit Angelico, & Seraphico, ſenſui tamen tum Scripturarum aduerſa, vbi Chriſtum non ſolum ex ſemine factum, verùm etiam ſemen apprehendiſſe clarè aſſeritur: *nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*, non quia ipſum ſemen in ſe, ſed ſemen in carnem ac ſanguinem vi generationis actiuæ mutatum apprehendit: tum naturali Sanctitatis, ac iuſtitiæ ex Virgine Matre in Chriſtum transfuſioni; quæ pariter ex Scripturis, & Patribus clarè colligitur, contraria. Secunda illatio; Ergo B. Virgo, ex cuius caſtiſſimis ſanguinibus Chriſtus fuit immediatè generatus, per ſuperuenientem Spiritum Sanctum fuit ab omni labe originalis culpæ mundata: & hæc illatio magis fauet Scripturæ, magis fauet Virgini, magis fauet Chriſto, qui non ſolum in ſe ipſo, verùm etiam in Matre Immaculatus fuit, & ab ea Immaculatus ex ipſa vi Conceptionis prodijt. Heb. 2.

Mihi autem hac vice illis Theologis alioqui de Theologia meritiſſimis accidiſſe videtur, quod in texenda Mundi generatione Ariſtoteli Philoſophorum Coriphæo euenit: Is enim cum ex eo antecedenti, nihil ſcilicet ex nihilo ab agente natura fieri poſſe, geminam hanc illationem inferre valuiſſet: Aut ergo Mundus æternus, aut à Superiori agente natura ex nihilo creatus; ipſe in eam priorem à vera differendi ratione longinquiorem præceps ruit; vt 2. p. Sum. Philoſ. contra Philoſophum diſputans clarè, vt puto, ipſe oſtendi; ad quem locum remittens Lecto-

ctorem, neque enim mihi eadem hic tranſcribere expedit, ad vlteriora procedo. Eodem pariter modo cum ex hoc antecedenti, Chriſtum nempe ex ſemine Dauid ſecundum carnem factum fuiſſe; biceps hæc concluſio deduci valeret: aut ergo nomine ſeminis non proprium ſemen, at qui magis corpulenta ſubſtantia intelligi debet; aut hoc ſemen in Virgine purificatum fuiſſe concedi: eam priorem potius Scripturæ repugnantem, quàm poſteriorem ſenſui quadrantem, ac Mariæ Conceptioni mirè fauentem, intulerunt; alterum enim ex eo ſequatur concludendum eſt.

Dicimus nos ergo, ſuperueniſſe Spiritum Sanctum in Virginem Matrem, purgantem eam ab omni fœditate carnis, & Spiritus; eamque in ſua Conceptione ab omni labe ſartam tectam ſeruantem, vt ſuo dein tempore eodem Sp. Sancto iterum ſuperueniente, Chriſtum Immaculatum ex ſuis Immaculatis, ac puriſſimis ſanguinibus Immaculatè conciperet. Vt iam non amplius Filium ob reuerentiam Matris duntaxat, eam ab omni labe præſeruaſſe dicamus, verum ob reuerentiam ſuimet, qui aliter ex vi Conceptionis à Matre Immaculatus concipi, & ex ſemine Dauid per Virginem naturaliter innocens generari non potuit; ac propterea non ſolum vt ſe naturalem Dei filium demonſtraret, Matrem à culpa immunem præſeruare debuit, verum etiam vt ſimpliciter naturalis hominis filius a culpa immunis naſci valeret; ſicuti retroactum argumentum concludit.

Maria Virgo puriſſimum lac conceptæ proli ſugendum obtulit; atque hinc ſuperioris argumenti vis dilatatur.

Sect. 6.

NEque ſolum vt B. Virgo Maria Ieſum Chriſtum Filium ſuum Sanctum, & Immaculatum ex ipſa vi Conceptionis concipere poſſet, verùm etiam vt candidi & Immaculati lactis ex ipſo lactationis ordine alere & paſcere valeret, ab omni prorſus perſonæ, ac naturæ labe in ipſo ſuæ Conceptionis inſtanti purgari ac ſanari debuit; quippe cum ex vno eodemque fonte ſecundum Phyſicos, ſanguis & lac emanare perhibeatur; ſic B. Virgo puriſſimum Sanginem ad Dei Filium Sanctè & Immaculatè concipiendum ſubminiſtrare debuit, ſicut eidem Filio Sanctè & Immaculatè paſcendo candidiſſimum lac ab vberibus ſugendum ſuppeditare; lactabat quidem Sacra Virgo Chriſtum Regem vbere de Cœlo pleno, ſicque lac totius doli, & corruptionis expers ad Sanctè nutriendum ſuppeditabat; ſicut Sanguinem ab omni corruptione naturæ purgatum ad Immaculatè concipiendum exhibebat; vnde propterea mulier illa Euangelica mirè Beatitudinem ventris concipientis, & vberis lactantis

con-

coniunxit, dicens: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti*; cuius mulieris atteſtationi veritas ipſa Chriſtus annuens, mulieris dictum ſua quoque auctoritate firmauit, ſubiungens: *Quinimmo Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*; ex quo Euangelij textu cum minimè deſint, qui immunitatem Virginis Matris ab omni originis labe demonſtrare nitantur; materia quidem argumenti placet, at verò forma minimè probatur: putarunt ipſi, inde à poſteriori ſingularem Virg. Matris ſuper alias fœminas innocentiam poſſe oſtendi, quòd nimirum cęterarum fœminarum in Adam peccantium minimè fuerit maledictioni obnoxia; Maria enim ſicut ſine dolore peperit, ita fœtum in ventre ſine grauedinę portauit, ac demum abſque omni prorſus anguſtia lactauit; fuit enim ſine grauedine grauida, & ſine dolore puerpera: ergo pręter ordinarium aliarum fęminarum ordinem, quibus dictum eſt, *in dolore paries*; iſtius Mulieris Beatus venter ſingulari dono, ſingulari prærogatiua ab omni fœditate naturæ fuit alienus, & vbera immunia; & hanc quidem potiſſimam huius argumenti virtutem eſſe exiſtimarunt. Ego verò parum roboris ex hac parte in hac arguendi forma ſuſpiciens, aliter totum argumentum in hanc prope formam extendi poſſe exiſtimo. Iſa. 7. legimus, Virginem fore, quæ filium conciperet & pareret; qui filius mox nomen Emmanuelis portaret, melque ad reprobandum malum, ac butyrum ad eligendum bonum manducaret: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. & vocabitur nomen eius Emmanuel, butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Non eſt autem propoſiti mei multas in præſentiarum, ac varias ad præfata Iſaiæ verba interpretanda Expoſitorum recenſere ſententias, reor ego Conceptionis, ac lactationis ſimul à Propheta habitam fuiſſe mentionem; ita vt Butyrum & mel ad realem filij virginaliter iam concepti, & generati lactationem hoc ferè modo attinęat: Hic filius qui à Virgine concipietur, & Emmanuel vocabitur (erit quippe Deus homo) ab eiuſdem Virginis vberibus mel, & Butyrum; ſeu, vt alij clarius legunt, lac ſuſcipiet & ſuget. Duo ſiquidem B. Virginis vbera lactanti filio à ſe concepto lac, & mel porrexerunt, ita vt in præfatis Iſaiæ verbis, Conceptionis, & lactationis ſimul ſeries, & ordo deſcribatur: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel; Butyrum, & mel comedet*; atque ita Riccard. Victorinus, lib. 2. de Emman cap. 21. & 22. huius Emmanuelis cibum butyrum, & mel fuiſſe, pluribus ijſque diſertis, ac mellifluis verbis oſtendit; Porro non eſt putandum vacare myſterio; butyri potius, quàm lactis nomen à Propheta fuiſſe expreſſum, cum paruulos, & lactentes ab vberibus matrum non butyrum, ſed lac ſugere

Luc. 11 Gen. 3. Iſa. Riccar. Vict.

gere

gere luce clarius exiſtat. Quid quod ergo Propheta de puero hoc à Virgine concepto, & parto iactat dicens, *Butyrum & mel comedet?* Quidem S. Bonau. Doct. Seraph. ad illa 8. Pſ. verba, ex ore infantium & lactentium, myſterium in præfata butyri vocula abſconſum, meo videri, non obſcurè indigitat, dum ipſe Seraphici luminis ductu, in lacte duo conſideranda eſſe aduertit, Butyrum nimirum, & caſeum, caſeus, inquit Seraphicus: peccatum & dolum ſignificat; Butyrum ex conſequenti innocentiam: vnde etiam D. Petrus hortatur fideles, vt tanquam modò geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcant. Preme illud, lac ſine dolo, & conijce à lacte dolum eſſe abſtrahendum, purumque lac, quod alio nomine rectius Butyrum nomenclatur, relicto caſeo eſſe concupiſcendum: ideo etiam ex Victorino vbi ſupra duo in butyro conſideranda veniunt, præcipuus videlicet candor, & eximius dulcor, quia eſt ſine nigrore candidum, & ſine amarore ſuaue. Vt igitur ad noſtri argumenti formam reuertamur, non ſine cauſa Filium ex vtero Virginali conceptum, ab eiuſdem Virginis vberibus non lac commixtè, ſed butyrum ſeorſim ſuxiſſe aſſeritur, vt oſtendatur, ſic Beatiſſimam Virginem puriſſimum lac ad lactandum ab vberibus filio exhibuiſſe, ſicut ad eundem Immaculatè concipiendum immaculatum ſanguinem ſubminiſtrauit: id quod Beatus Pater Cyprianus Serm. de Natiu. Chriſti, his verbis non obſcurè ſignificauit: *Paruulus ſugens vbera puro alimento vtebatur, & fons ſacri pectoris defæcatum edulium ori mundiſſimo infundebat.* Beatus igitur venter, quia ad filium Dei Immaculate concipiendum ſanguinem ab omni naturæ labe immunem exhibuit: Beata itidem vbera, quæ eidem filio ſine dolo lactando butyrum, lac videlicet candidiſſimum, ac omni prorſus corruptione naturæ defecatum obtulerunt; in quo mira Beata Virginis puritas & innocentia commendatur: Cum enim aliæ Matres ſanguinem immundum ſubminiſtrantes, filios ex vi Conceptionis immundos pariant, ac ſimul maculoſum lac paruulis iam natis offerentes, ex ipſa lactationis vi lactis maculas, & natiuas qualitates communicent (vt eſt communis Phyſicorum ſententia) Maria tamen filium ſuum Immaculatum Immaculatè concepit, ac inſuper candidiſſimo lacte ab omni prorſus macula, & praua conditione purgato nutriuit. Non mirandum propterea, ſi Sanctus Bernardus, Serm. illo de verbis Apocal miro ingenio, miro ordine, mira diſpoſitione ab eodem in laudem Virginis digeſto, ſingularem ſibi in Mariæ generatione, non ſecus ac in Angelica viſitatione,

S. Bon. *1 Petri.* *S Cypr.*

tione, Spiritus Sancti ſuperuen-tione, inenarrabili filij Dei Conceptione (id mihi apponere liceat) ac eiusſdem filij Dei miraculoſa lactatione fulgorem rutilare doceat. Vere namque generatio Mariæ ijs fuit irradiata fulgoribus, qui, tenebris culpæ fugatis, lucem gratiæ, ac deitatis lumen ingerunt. Sed audiamus Bernardum ſic de generatione Mariæ concinnè loquentem: *Mihi ſanè ſingularis rutilat fulgor; primò quidem in Mariæ generatione, ſecundò in Angelica viſitatione, tertiò in Spiritus ſuperuentione, quartò in inenarrabili filij Dei Conceptione; adde quintò, ſi lubet, in glorioſa filij Dei lactatione*: Et paucis interiectis, *Veſtræ*, inquit, *ſedulitatis erit ſingula quæque diligentius intueri; nos interim ſatis fuiſſe videbimur, ſi breuiter ea demonſtrare poterimus. Quid ergo ſydereum micat in generatione Mariæ? planè quòd ex Regibus orta, quod ex ſemine Abrahæ, quod generoſa ex ſtirpe Dauid: Si id parum videtur, adde quod generationi illi, ob ſingulare priuilegium Sanctitatis, diuinitùs noſcitur eſſe conceſſa; quòd longe ante ijſdem Patribus cælitus repromiſſa; quòd myſticis præfigurata miraculis; quòd oraculis prænunciata Propheticis*. Hæc, & his ſimilia Bernardus. In quibus illud præcipuè mihi ſemper conſideratione dignum viſum fuit; quòd nempe alia ad eius generationis fulgorem ſingularem indicandum tacitus prætereat; alijſque diligentiùs contemplanda relinquat; quaſi alia occultiora in Mariæ Conceptione maneant ſpeculanda: Et quidem non alia, quàm quòd fuerit generatio cæleſtis Spiritus Sancti irradiata ſplendoribus, culpæ originalis neſcia, innocentiæ dono prædita: hæc enim omnia generationi illi, ob ſingulare priuilegium ſanctitatis, Diuinitus cognoſcuntur eſſe conceſſa.

S.Ber.

Rediguntur ad formam ſyllogiſticam prædicta omnia argumenta, quo faciliùs & clarius eorum vis, & neruus cognoſcatur. Cap. vlt.

IAm ſic in longum diſtentis, quæ mihi validiora pro aſtruenda Immaculata Virginis Conceptione in Scripturis viſa ſunt argumenta, optimum fuerit; omnibuſque (meo iudicio) placidum & iucundum, ſi breuiuſculum cuncta ad formam ſyllogiſticam reducantur; quò magis vis eorum perſpiciatur. Miſſis itaque argumentis à Philoſophia, & Theologia acceptis, vt potè quæ ampliori, quam in ſerie narrationis, reſtrictione, aut declaratione non egeant, Primum ad hanc formam lubet reuocare.

1 Quod

1 Quod nunquam cecidit, nunquam peccauit: Sed Maria nunquam cecidit, nullam vnquam agnouit deiectionem, nullum agnouit caſum; ergo nunquam peccauit. Pro minore eſt textus Iſaiæ, iuncta gloſſa Bernardi: maior patet ex terminis; conſequentiæ omnes ſunt euidentes. Confirmatio: Maria non ſurrexit à culpa, ergo non perijt, ergo in peccato mortua non fuit. Conſequentia eſt certa, quia reſurrectio eſt mortuorum, non viuentium. Antecedens habetur in textu Euangelij, iuncta gloſſa Sancti Bernardini.

2 Quod ita excelſum eſt, vt nullum ad ipſum malum pertingat, à culpa immune & alienum eſt; ſed ad Mariam non acceſſit malum, ergo Maria à culpa immunis fuit. Maior eſt certa: minor patet ex Scriptura; conſequentiæ ſunt manifeſtæ.

3 Beata Virgo Maria fuit ſemper cum Deo, vnam cum eo habens voluntatem, perpetuam aſſociationem, ita vt ſecundùm Dei voluntatem à non eſſe ad eſſe in Conceptione deducta ſit, & cum magna gloria in baptiſmo ſuſcepta: ergo nunquam peccauit, ſed ſicut in vita, ita & in Conceptione Sancta, & Immaculata fuit. Totum argumentum eſt optimum, vt potè Scripturæ, ac Theologiæ principijs innixum. Confirmatio: Maria Virgo nunquam cum Patre ſubſtantiæ portionem diuiſit, ab eo nullo vnquam tempore receſſit, mandatum ipſius nunquam prætериuit; ergo partem cum eo, ac amicitiam perpetuò habuit, ergo nunquam in culpa, aut peccato fuit.

4 Sic Beata Virgo virtute Altiſſimi, in hora Conceptionis paſſiuæ, ſicut in hora Conceptionis actiuę diuinitus obumbrata fuit: Ergo ſicut actiuè concepit incorrupta, ita paſſiuè concepta fuit Immaculata. Totus diſcurſus patet.

5 Beata Virgo quaſi Eccleſiæ columna in fundamentis per lapidem prçcioſum angularem iuſtitiæ originalis ita ſtabilita eſt, vt ad ſtatum defluxionis & peccati cum terra, & inhabitantibus in ea non declinarit: Ergo & à peccato originali fuit præſeruata, & dono iuſtitiæ & innocentiæ munita. Totus diſcurſus euidens eſt.

6 Iuſtitia & innocentia Virginis per gratiam filij fructificantis ipſum candorem excelluit: ergo ab omni macula ſeiuncta fuit. Sequela patet: antecedens conſtat ex Scriptura.

7 Sic ingręſſus Virginis in Mundum per generationem, ſicut & egreſſus per corruptionem Diuina virtute ab omni malo cuſtoditus fuit, vt dicitur in Pſalmo; ergo & in Conceptione à peccato, & in morte à culpa Beata Virg. immunis fuit.

8 Beata Virgo in Conceptione

ne omnium gratiarum epilogum, ſiuè diuiſiones, & diſperſiones à largitore omnium Deo, qui ſibi eam in domum ædificauit, ſimul recepit: ergo & innocentiam: ergo innocenter, & Sanctè concepta; ergo ab omni peccato præſeruata. Antecedens patet ex Scriptura; conſequentiæ ſunt manifeſtæ.

9 Beata Virg. Maria nunquam fuit in tenebris, ſed ſemper in luce, quia ſemper Solis iuſtitię Dei, nullo vnquam peccati obice inter ipſam, & Solem poſito, lumen & gratiam recepit; ergo ab ipſo Conceptionis inſtanti Diuina gratia reſplenduit. Antecedens habetur in textu Scripturæ, iuxta gloſſam Sancti Hieronymi: conſequentia eſt per ſe manifeſta.

10 Beata Virg. Maria per merita filij ſui abſque tributo peccati inter omnes filios Iſrael, ſpeciali prærogatiua facta fuit, ergo merito filij ſui omni prorſus peccati ſeruitute caruit; ergo nullam vnquam peccati maculam contraxit: Totum enthymema eſt perſpicuum, & manifeſtum.

11 Beata Virgo needum viuentibus, & mortuis laudabilior, verùm etiam nec dum natis, & abortiuis beatior fuit: ergo non modò ab actuali viuentium, & mortuorum, verùm etiam ab originali abortiuorum peccato aliena fuit. Conſequentia patet ex textu Scripturæ, accedente Patrum expoſitione. Antecedens ſimiliter ex communi Patrum, & Theologorum ſententia eſt firmum.

12 Caro Virginis per puritatem, & ſtatum vitioſitatis expertem, non ſolum omnium Sanctorum puritatem tranſcendit, verùm etiam carnis Chriſti ſimilitudinem gerit; ergo caro Virginis nullius fœditatis, aut corruptionis conſcia fuit, ſed magis ſuaui originalis iuſtitiæ odore referta, ac pretioſa innocentiæ veſte induta: Totus diſcurſus patet ex Scriptura.

13 Beata Virg. non conſenſit Adæ pomum contra Dei pręceptum deguſtanti, quin potius illud cum vniuerſis Dei mandatis perpetuo ſeruauit: ergo nullo aut originali, aut actuali peccauit. Antecedens habetur ex ſcriptura: conſequentia manifeſta.

14 Beata Virg. Maria collum ad modum rectiſſimę turris Dauidicę ita erectum habuit, vt nunquam peccati iugum ad ipſum deprimendum eidem ſuperimpoſitum fuerit; ergo nullius vnquam peccati obliquitatem habuit, ſed innocentiæ rectitudinem geſſit. Antecedens patet ex Scriptura, ſimiliter & conſequentia.

15 Beata Virg. Maria in deſerto, ſeù Paradiſo, & montibus excelſis cum Angilis, & 99, ouibus iuſtis habitauit, dum genus humanum, & ouis centeſima

teſima in primo Parente peccando Paradiſum deſeruit, & errauit; ac ſubinde domus Dei tam munda fuit, vt nullius ſcopæ mundantis eguerit; Ergo cum humano genere non peccauit, Sed cum Angelis innocens, & iuſta ſemper permanſit; ergo a culpa originali immunis fuit: totum argumentum eſt euidens, & manifeſtum.

16 Maria Virgo ſplendor eſt luci comparatus, quia velut lux à corpore luminoſo nunquam fuit ſeparata; ergo nunquam à Deo per peccatum diſiuncta, ergo filio ſemper, ex dono iuſtitiæ, aſſociata: totus diſcurſus eſt ex ſe manifeſtus.

17 Beata Maria Virg. lunam pulchritudine vincit, caputque corona omnium Dei donorum contexta accingit; ergo nullam maculam habuit, & omnem etiam originalem innocentiam obtinuit.

18 Beata Virgo veluti cæleſtis Ciuitas de Cęlo deſcendit, quia ſingulari Dei gratia, miro quodam modo concepta fuit. Ergo in Conceptione à culpa originali immunis extitit.

19 Beatæ Virg imago cæleſtis, non terrena fuit; quam Chriſtus, non Adam portauit. Ergo non peccati originalis macula conſpurcata, ſed iuſtitię & innocentiæ colore illuſtrata.

20 Qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed Beata Virgo nata eſt ex Deo, ergo nulli peccato obnoxia. Et hæc quidem ſunt argumentorum capita, ex quibus alia quædam inter dicendum, vt in ipſa narrationis ſerie apparuit, fuere coaptata: de quibus omnibus hactenus. Ad laudem, gloriam, & honorem Summę & Indiuiduę Trinitatis; Beatæque ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ: totiuſque Curiæ Triunphantis; nec non & Eccleſiæ militantis: cuius nutui omnia in omnibus, & per omnia ſubiecta eſſe volo. Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

SECVNDVS

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

Primus numerus ſignificat Paginam, ſecundus, vbi adeſt, columnam.

Abortiuus dicitur vno modo necdum natus. pag. 97. col. 1

Adam, & Eua refugium Dei ad communicandam humano generi naturam, atq; iuſtitiam, & quomodo. 19. 1

Adam, & Eua propter culpam facti ſunt refugium Diaboli ad effundendam in poſteros originis culpam. ibid.

Adam omnes à ſeipſo deſcendentes mouet motu generationis, ideò ij ſoli, & omnes peccatum originale contrahunt, qui ab Adam originem ducunt, 183. 1. *Sicut ij ſoli, & omnes iuſtitiam, & innocentiam eadem ratione contraxiſſent, ſi Adam in innocentia permanſiſſet.* 189. 1

Adam non peccando, ſola verò peccante Eua, peccatum originale ad poſteros non fuiſſet transfuſum: Adam verò peccando, partus ex ſola fœmina ab Adam poſt peccatum deſcendente, conciperetur immundus: & quæ ratio diuerſitatis reſpectu Euæ, & aliarum fœminarum. 186. 1

Adam cur dictus primus homo terrenus, Chriſtus verò ſecundus homo cæleſtis. 147

Adam principium mortis, & culpæ; Chriſtus vitæ, & gratiæ. 153. 2

Amori Dei non ſufficit vnam guttulam

lam ſanguinis effundere in remiſſionem, licèt ſuffeciſſet ipſi redemptioni, quia amor Dei liberalis eſt. 196.1

Angeli vocantur ſolium excelſum, & eleuatum ex D. Bernardo, vbi pulchra de Angelorum excellentia. 2.2

Angeli boni ſtantes nomen Helion, ſiuè excelſi obtinere meruerunt; mali verò per ſuperbiam appetentes cadendo perdiderunt. 11.1

Angeli ad miniſterium Virginis plures delegati, atq; in his ipſemet magni Conſilij Angelus, qui peculiariter cuſtodiebant Mariam vbiq; in omnibus vijs in manibus eam portantes, ne vnquam in aliquam culpam incideret. 22.1

Angelorum gloria homini in præſenti vita inexplicabilis. 157.1

Angelis admiratio fuit quàm maxima intueri Mariam candidam, & innocentem de deſerto, ideſt, montibus excelſis aſcendentem. 125

Animarum ſaluti Deo cooperari maxim honoris eſt, ſicut maximi dedecoris Diabolo ad perditionem coniungi. 34.2

Animarum ſaluti cooperans Dei iumentum à iuuando appellatur, ſicut iumentum Diaboli cooperans Diabolo. ibid.

Anima cauſa totius pulchritudinis corporis. 124.2

Anima dicitur benè picta ratione virtutum, malè ratione vitiorum. 162.2

Animæ excellentia à parte imaginis quæ, & quanta ſit, collige ex multis, quæ habentur, ver. Imago.

Aſcendere de monte quid, cùm aſcenſio ſit ad montem, ſicut deſcenſio de monte. 173.2

Aſpis probabiliter aſſeritur fuiſſe ſerpens, qui Euam tentauit ex multis coniecturæ argumentis. 26.1

C

Charitatem maximam mundo Chriſtus attulit. 71.2

Chriſtus omnibus, tàm qui ante ipſum fuerunt, quam qui poſt, omnia bona obtinuit. 87.1

Chriſtus Diabolum humano generi inſultantem deuicit. ibid.

Chriſto vt in mundum veniret tria Pater maxima promiſſa fecit; ac in his, vt Mariam matrem ſuam ab omni peccato origina i, & actua li eximeret. ibid.c.2

Chriſtus venit liberare mundum à tributo peccati, & liberauit; Mariam tamen modo ſpeciali a tributo exemit. 91.2

Chriſtus ex natura immaculatus, & innocens, ideò candidus appellatus ad differentiam Matris, quæ ſic fuit candida, vt ſimul fuerit dealbata, quia ex gratia immaculata. 132.2

Chriſti prædeſtinatio. Vide Ver. Prædeſtinatio.

Chriſtus de Cælo, non quia carnem de Cæleſti materia aſſumpſerit, ſed quia ſic immaculatè conceptus fuit abſq; vlla conceptione peccati, ſicut ſi de Cæleſti materia prorſus incorruptibili genitus fuiſſet. 147. & deinceps.

Chriſtus quæ, & quanta mundo contulit

tulit

tulit merita. 152.2

Christi caro quomodò caro Mariæ, & Adæ: & contra Mariæ, & Adę caro quomodò Christi caro. 161.1

Christus ab Adam, & Patribus ſecundum veram ſeminis rationem, deferente Maria, deſcendit; quod tum ſcripturis conformius, tum ſanctitati Christi, & Mariæ conuenientius eſſe oſtenditur. 189. & *deinceps.*

Christum eatenus factum eſſe ex ſemine Dauid, quia ex corpulenta ſubſtantia, ſiuè quia ex Maria, quæ ex ſemine Dauid deſcendit, eſt aſſerere, Christum ſolum per accidens eſſe ex ſemine Dauid, quod non ità conuenit phraſi ſcripturæ. 201

Chriſtus verus filius Abrahæ, & Dauid, Ioſeph verò non, ſed putatiuus tantum, quia ex ſemine Ioſeph natus non fuit, ſed ex ſemine Abrahæ, & Dauid deferente Maria. 190.1

Chriſti caro in illis Patribus peccato fuit obnoxia, in Maria vero ab omni peccato per gratiam aliena; in ſeipſo verò etiam ex natura 191

Chriſti caro etiamſi dicatur ex ſemine Abrahæ ſecundum rationem ſeminalem fuiſſe genita, non indè tamen ſequitur contraxiſſe culpam, quia prius in Matre ex gratia purgata fuit, & naturaliter à Matre ad filium immaculatè transfuſa. 192.1

Christum negare ex ſemine Dauid fuiſſe conceptum ſecundum veram ſeminalem rationem, nè peccato originali ſubijciatur, eſt pariter negare, eundem à Matre ſanctum fuiſſe conceptum, quia ab vno, eodemq; principio culpa originalis, & iuſtitia traducitur: ſic vt autem nefas eſt credere in peccatis à Matre fuiſſe conceptum, ſic illicitum ſanctum, & in ſanctitate ab eadem non fuiſſe generatum. 198. & *deinceps.*

Christum deſcendiſſe à Patribus ſecundùm corpulentam ſubſtantiam, & non ſecundùm ſeminalem rationem implicat; quia in maſculo, & ex maſculo idem ſunt ſemen, & corpulenta ſubſtantia in ordine propagationis. 202.2

Christus ſolus domum ſibi ad inhabitandum ędificare potuit, quia ſolus abſq; peccato fuit. 78. & 79

Chriſtus diuerſa ratione in diuerſis perſonis figuratus, & qua ratione Dauid, & Salomon Christi typum geſſerint. ibid.

Chriſtus ex Patre, & Matre naſci potuiſſet, ità vt etiam originis culpam non contraheret, quia tam Pater, & Mater prius in natura ſanari potuiſſent, ex S. Bon. 170.1

Vndè etiam ex D. Anſ. ex peccatrice naſci potuiſſet, loquendo in ſenſu diuiſo. 192.2

Collum erectum, & rectum in Maria ſignificat rectitudinem, ſeu innocentiam originalem. 113. & *deinceps.*

Collum Mariæ propterea rectè Turri Dauidi ę comparatum, quia nunquam peccati iugo fuit ſuppoſitum, quo deprimeretur, aut obliquaretur. ibid.

Collum Mariæ, à quo toties pendere debe-

debebat Chriſtus vbera ſugens, quodue toties ab ipſo exoſculandum erat, indignum eſt aſſerere, peccati, aut Diaboli iugo fuiſſe depoſitum, aut depreſſum, ibid.
Columnæ domus ſapientiæ quæ. 32. 2
Columnæ duæ ante Templum Salomonis conſtitutæ typus Chriſti, & Mariæ, qui fuerunt duę principales Eccleſiæ columnę, ſicut illæ principales in Templo, aut Domo Salomonis. 58. & deinceps.
Columnæ illæ nomine differebant, non nominis ſignificatione; vnde etiam Chriſtus, & Maria, licèt nomine differant, tamen in iuſtitiæ firmitate analogicè conueniunt. ibid.
Columnæ illæ non tam ad ponderis ſuſtentationem, quàm ornamenti decorē erant; quod de Chriſto, & Maria ſuo pariter modo aſſeritur. ib.
Columna à ſtando dicta, quia erecta conſiſtit, & erectum ædificium ſuſtinet; vndè etiam typum principum gerit, quorum eſt ſuſtinere regna. 61. 2
Cum particula, coniunctionem importat, ideò ſoli iuſti cum Deo eſſe dicuntur, & Deus cum iuſtis propter concordiā voluntatis. 28. 1
Conceptionis actum mouet Adam, tam in fœmina, quam in maſculo, vndè etiam deſcendens ex ſola femina erit infectum. 187. 2
Conceptio dicitur hominis dextera, quia homo indè moueri incipit. 35. 2
Conceptio eſt quædam via, ſiuè motus, & eductio à non eſſe ad eſſe; & Conceptio Mariæ fuit eductio facta in Dei vol untate. 36. 1
Contrahi dicit ordinem effectus ad cauſam, ex S. Tho. 181. 1
Corpulenta ſubſtantia à parte viri uia propagationis eſt verum ſemen ſecundùm veram rationem ſeminalem. 201. 2
Conuenientia, ſeu conformitas quid, & quot modis duo inuicem conuenire, ſeu conformari valeant. 161. 1
Conuenientia vnius cum alio facit vtrumq; eſſe conformem. ibid.
Creatura quomodò aliquando poſſit eſſe refugium Dei. Vide Ver. Refugium.
Culpa vbi non adeſt, nec pœna, ſeu potius pœnæ debitum. 8. 1. & p. 21. 2
Culpa in quibuſdam habitat, ad quoſdam verò accedit, ſed non in eis habitat: in Maria verò nedum habitauit, ſed neq; ad eam acceſſit. 15. 2
Culpa originalis venenum transfuſum in genus humanum per aures mulieris Euæ. 19. 2. Quomodo dicatur venenum inſanabile. 26. 1
Culpa originalis quomodò contrahatur, ex D. Tho. & quomodò ſit voluntaria voluntate Adæ generationis motu mouentis; ſicut culpa actualis alicuius membri voluntate animæ membrum mouentis. 31. & 108. 1
Culpa originalis non prius contrahitur ab homine, quàm concipiatur; ideò non poteſt dici, quòd homines ab Adam deſcendentes peccauerint peccato originali, cum ipſe Adam peccauit; licèt benè dicatur, peccaſſe in Adam virtualiter; actu

verò contrahunt originale pecca-tum cum concipiuntur. ibid.

Culpa originalis eſt priuatio originalis iuſtitiæ, ſimulq; inordinata ſubiectio virium ſuperiorum, & animæ viribus inferioribus, & corpori; quæ inordinatio ſequitur cùm primò anima carni fœdæ, & vitiatæ infunditur; atq; hoc modo culpa originalis, ex S. Bon. contrahitur, quatenus inuertitur ordo, & rectitudo iuſtitiæ, vt quod ſuperius eſſe deberet inferiori miſerabiliter ſubijciatur. 32

Culpa originalis initiatiue, ſeu virtualiter quoad deſcendentes fuit in Adã, completiuè verò, ſiuè actuali ter in ipſis deſcẽdentibus: ideò rectè aſſimilatur radici infectæ, quę ſucceſſiuè ad omnes ramos ab ea prodeuntes infectionem tranſmittit. 33.1

Culpa originalis quoad præſentem iuſtitiam priuat hæreditate, quam Pater Cæleſtis dedit Adæ, atq; in eo omnibus ab ipſo deſcendentibus. 39.1

Culpa originalis totam ſtructuram, ac parietum compagem in humana natura diſrupit, vniuerſumq; genus confregit, ac ſparſit, priuans dono ſupernaturalis iuſtitiæ, quæ magnam inter vtramq; hominis ſubſtantiam, pacem, & concordiam efficiebat, omneſq; vires ſimul colligebat. 50. & deinceps.

Culpa originalis totum ſtatum immutauit, ac terram, omneſq; in ea inhabitantes liquefecit, atq; à firmitate iuſtitiæ ad liquidum iniquitatis deflexit, ideò quia culpa naturæ. 57

Culpa originalis humanum genus tributarium fecit, nec non & peccati; ac pœnarum indè deriuantium; cuius tributi ipſe Diabolus exactor fuit, ex quo collige ignobilitatem culpæ. 89

Culpa originalis occaſio multorum bonorum, atq; in his dignitatis Mariæ, eiuſq; innocentiæ, ac præſeruationis à peccato. 86.2

Culpa facit animam viduam, quia priuat eius Sponſo Deo, & Chriſto; eſtq; quædam fornicatio ſpiritualis. 91.1

Culpæ nil prorſus poſtponendum propter eius ſummam miſeriam. 93. & deinceps.

Culpa originalis iugum ſibi ſuper collum ab Adam impoſitum, ac ab ipſo deſcendentibus. 114.1

Culpa originalis in pedum ſordibus ex D. Ambr. expreſſa. 117

Culpa originalis propria, & non propria, & quomodo. 131.1

Culpa originalis culpa naturæ, & carnis, quia ex naturæ, & carnis propagatione. 103.1

Culpa originalis fregit ſigillum manu diuinitatis à principio homini impreſſum. 104.2

Culpa originalis mutauit imaginem cæleſtem in terrenam. 152. & deinceps.

Culpa pondus aggrauans peccatorem, à quo grauamine Chriſtus ſpeciali modo Mariam Matrem ſuam liberauit. 84.1

Culpa originalis inficit naturam, & perſonam, & per baptiſmum eluitur quod perſonæ, non quod naturæ. 174.1

Culpa originalis ex ſolà fœmina ab Adam deriuante contrahi poteſt, ſiuè actiue, ſiuè etiam ſolum paſſiuè generationi cooperetur. 179. 183

Culpa originalis contraheretur, etiamſi partus miraculosè in inſtanti generaretur, quia attenditur natura generationis ex ſemine, aut ſanguine vitiato, non modus. ibid.

Culpa originalis propriè dicitur contrahi, & cur. 180. 1

Culpa originalis etiam ſi à ſola fœmina transfundi dicatur, non tamen indè prçiudicium infertur dicto Apoſtoli, peccatum in mundum per vnum hominem Adam intraſſe aſſerentis. 186. 1

Culpæ originalis quomodò etiam Eua cauſa dicatur, cum per Adam peccatum in mundum intrauerit. ibid. 2

D

Delicta dicta a delinquendo, & cur. 55

Deſertus aliquandò in bonam, aliquandò in malam partem accipitur. 126

Deſertus ille, in quo Dominus 99. oues dereliquit, dum centeſimam quæreret, eſt Paradiſus, ſeu montes excelſi, & hortus deliciarum, locuſq; innocentiæ, atq; is eſt, vnde Salomon Mariam delicijs affluentem aſcendentem vidit. ibid.

Duodecim, & duodenarius numerus ſignificat vniuerſitatem. 141. 1

Duodecim Stellæ, ex quibus contexta erat corona Capiti Mariæ impoſita, ſignificat vniuerſitatem donorum in eam à Deo collatorum. ibid.

E

Eccleſia vna, & eadem ſub vtroq; teſtamento, licèt diuerſa præcepta pro temporis diuerſitate habuerit. 111. 1

Eccleſia eſt mulier illa corona Stellarum duodecim coronata, quod declarat abundantiam vitæ eidem à Chriſto collatæ. 141

Eccleſia militans de Cælo deſcendiſſe dititur, quatenus eſt exemplata triumphanti, cui per omnia ſe conformare debet. ibid.

Eccleſia militaris vallis lachrymarum plena doloribus, habens admixtos malos cum bonis, atq; ideò non eſt tota cœleſtis. 144. 1

Eſſe eſt melius ipſum, quàm non ipſum, & tamen melius eſt non eſſe, quam eſſe cum culpa. 93. 2

Excelſum quando dicitur de perſona, importat proprietatem in ſanctitate, quæ nullam culpam, aut caſum agnoſcit. 10. 2

Excelſa natura dicitur natura ante peccatum, quia non cecidit. 107. 2

F

Falſarij crimen commiſit ſerpens Diabolus frangens ſigillum manu diuinitatis homini à principio impreſſum. 104. 2

Filius iure hęreditario habet hęreditatem patris. 39. 1

Filius iunior, cui pater dedit portionem ſubſtantiæ, genus humanum, quod in Adam portionem conſumpſit. 40. 1

Filius ſenior cum patre ſemper permanens Angeli, ſeu iuſti omnes, & innocentes pænitentia non egentes. ibid.

Ad Filium ſeniorem pertinet Maria, non ad iuniorem, ideò innocens. ib.

Finis creationis Mariæ duplex, communis vnus, vt Deum ſcilicet cognoſceret, cognoſcendo amaret, &c. peculiaris alter, vt ſcilicet Deum pareret, & huius reſpectu tota immaculata à Deo prodijt. 194. 1

G

GLoria, & laus in ſola virtute. 95. 2

Gratiæ eſt ſtabilire cor, multò verò plus originalis iuſtitiæ. 51. 2

Gratiæ, & amicitiæ Dei nil præferendum, quia nil ea pretioſius. 93

Gratia efficit animam Paradyſum deliciarum Dei. 126

Gratiæ copia Eccleſiæ communicata deſignatur in corona illa duodecim Stellarum Capiti mulieris impoſita. Vide ver. Eccleſia.

Guſtus maximus eſt viris ſanctis, & Religioſis comparere in Templo ad laudandum Deum: ideò ſatietas appellatur. 163. 2

H

HOmo rectus à Deo creatus, ideſt in gratia, & iuſtitia. 112. 1

Homo ad Dei imaginem, & ſimilitudinem factus peccando ſimilitudinem amiſit, & imaginem deturpauit. 149. 2

I

IMago, ad quam factus homo, dicebatur imago cæleſtis, quia tota pulchra, & ſine macula; poſt vero per peccatum infecta dicitur terrena. 149. & deinceps.

Imago naturam, ſimilitudo iuſtitiam reſpicit: ideò imago non tollitur, ſed conſpurcatur, ſimilitudo verò etiam perditur. ibid.

Imago, ad quam factus homo, regia rectè explicatur in parabola de drachma perdita. 150. 1

Imaginem reformare venit Chriſtus, & reformauit initiatiuè in præſenti vita, plenè verò in alia, in qua primam illam imaginem cæleſtem, ſine qua nemo Paradyſum introibit homo recipiet. ibid.

Imago peccati, & terrena pertingit ad omnem hominem ex lege Adæ, ſicut cæleſtis, & innocentiæ ex gratia Chriſti. 152. 1

Imago eſt intus in anima, foris verò in facie erecta denotatur. 179. 2

Imago propriè dicitur conformitas cum ordine vnius ab altero, in propriè verò quæcunq; conformitas; vnde primo modo Filius Patris, mulier viri imago dicitur; ſecundo Pater Filij, & vir Mulieris. 160. 2

Imaginem creaturæ quomodo portare Deus dicatur. ibid.

Imaginem ſuam Deus in nos impreſſit,

vt

vt Deum imitemur. 163.1

Imago, & gloria pro eodem in ſcriptura. ibid.2

Imaginem in Adam emortuam, aut ſopitam, in Maria reſurgere, ſeu euigilare Dauid cupiebat. ibid.

Inimici hominis quatuor, tres perſonæ, quartus naturæ. 24.2

Inimicus Dei dicitur reſiſtendi voluntate, non natura. 28.2

Interpretatio Scripturæ accommodanda magis ipſi Scripturæ, quàm Scriptura interpretationi. 200.1

In interpretatione Scripturæ à propria verborum ſignificatione non recedendum: Eccleſiamque ſucceſſu temporis proficere. ibid.

Iugum maximum fuit peccatum, quod ſibi Adam, ſuis que deſcendentibus ſuper collum impoſuit. 114. & deinceps.

Iugum peccati Diabolus in ſignum victoriæ de homine reportatę eiuſdem collo impoſuit. ibid.

A Iugo peccati quomodò Chriſtus nos liberauerit, cum adhuc ſub iugo naſcamur, ac iugum portemus. 115

Iumentum Chriſti Maria, quia Chriſtum [illegible] ad ſalutem humanam [illegible] iumentum Diaboli [illegible] ad perditionem hominis [illegible]. 34.1

Iuſtitia originalis rectitudo rectum hominem faciens contra depreſſionem, & obliquitatem. 113.1

Iuſtitia originalis faciebat hominem eſſe in Paradiſo cum Angelis. 126

Iuſtitia originalis veſtis pretioſa, qua induit Dominus parentes noſtros, ità vt propriè nudi non eſſent. 103.2

Iuſtitia originalis ſigillum manu diuinitatis impreſſum reddens animam Deo ſimilem, pacemq; ac concordiam inter vtranq; ſubſtantiam conſeruans, quod ſigillum ſerpens Diabolus fregit, & falſificauit. 104.1

Iuſtitia originalis quædam ſubiectio virium inferiorum ad ſuperiores, & omnium ad Deum. 32.2. & 112

Iuſtitia originalis portio illa ſubſtantiæ, quam pater dedit filio iuniori, quamq; ipſe viuendo luxurioſe conſumpſit. 41.2

Iuſtitia originalis donum ſupernaturale additum naturæ ad conciliandas in homine contrarias vtriuſq; ſubſtantiæ affectiones, & motus. 50.1

Iuſtitia originalis donum non tam perſonæ, quàm naturæ, ideò cum natura eſſet transfuſa, ſicut nunc transfunditur culpa. ibid.

Iuſtitia originalis lapidi angulari comparatur, quia faciebat pacem, & vtraq; vnum, vbi ſimilitudo mirè illuſtratur. 51. & deinceps.

Iuſtitia originalis optimum ſtabilimentum ſtructuræ humanę naturæ. ibid.

Iuſtitia originalis quare non transfundatur in prolem à parentibus per gratiam Baptiſmi iam ſanctificatis. 173.2

Iuſtitia originalis Chriſto debebatur ex natura, non tantum ex gratia. 174.1

Iuſtitia originalis ex vno capite naturalis, ex alio ſupernaturalis dicta.

dicta. 178. 1

Iuſtitia originalis vt transfundatur in prolem, duo requiruntur; primò vt ſecundum rationem ſeminalem ab Adam deriuantem gignat; 2. vt vterq; parens innocens exiſtat. 199. 2

L

LAc duo continet, butirum, & caſeum, & quid vtrumq; moraliter importet. 207. 1

Lactare Maria ſola debuit Chriſtum, quia ſola lac candidiſſimum ori mundiſſimo infundere poterat. 208

Lapidis angularis duo munera, quæ mirè originalem iuſtitiam repræſentant. 52. & deinceps.

Lapis angularis typus principum, ac prælatorum, quorum eſt ſuſtinere regna. ibid.

Lazarus ſcopam ſignificat ex D. Bernardo, peccatum ex D. Auguſt. ideò nulla ipſius mentio habetur, vbi de Maria agitur. 128

Liquida ſymbolum peccatorum, & cur. 55. 1

Lunæ firmitati cur aſſimiletur thronus Dei, aut Mariæ, cum Luna mutabilis adeò exiſtat, vt ſtultus ſicut Luna mutetur. 139. 1

Luna ſub pedibus mulieris Apocalypſis quid. 141. 1

Lux, lumen, radius, & ſplendor quomodo differant. 136. 2

Lux cur Apoſtoli, Prædicatores, Doctores, prædicatio, doctrina Chriſti. ibid.

M

MAria ſolium excelſum, quia nunquam cecidit, eleuatum, quia ab innocentiæ originalis celſitudine altius ſubinde euecta eſt. 5

Maria thronus, in quo nullus vnquam præter Chriſtum ſedit, figurata in throno Salomonis, in quo nullus præter Salomonem ſediſſe fertur. 6. 1

Maria terra plena gloria Domini, quia de ipſa ab inſtanti Conceptionis factus eſt de medio omnis peccati ſenſus. 7. 2

In Maria remanſit pœna ex conditione naturæ, non debito culpæ, quæ nullam habuit. ibid.

Mariæ humilitas, & ſubiectio ſub Deo quanta. ibid.

Maria ab inſtanti conceptionis plures Angelos habuit, qui ei coronam faciebant. ibid.

Maria non ſolum ſolium excelſum, ſed & Domina excelſa, nomine excelſi ab Eccleſia decorata; quod nomen eius innocentiam declarat. 11. 1

Maria vbi de odioſis agitur, in ſcripturis nomine mulieris non venit, & cur. 12. 2

Maria inter natos mulierum maior Io: Baptiſta, quia ipſa non cecidit, vt ſurgeret, ſicut cecidit Ioannes. ibid.

Mariæ omnia tribui debent, quæ ad eius honorem faciunt, vbi aliud Eccleſiæ determinatio non ordinat. 14. 2

Mariæ plura accommodantur in ſcripturis

turis ea ratione S. Aug. quod alijs conuenire nequeunt. 15.2

Maria ſicut ſolium excelſum, ſic refugium altiſſimum, ſeu excelſum habitaculum; quomodoue dicatur refugium Dei. 18. & deinceps.

Maria conculcauit non tam tres inimicos perſonæ, quàm quartum naturæ; ideò nec actualiter, nec originaliter peccauit, & hoc fuit in ſignum perfectæ victoriæ. 24

Maria Chriſto in adiutorium effecta ad reformandum genus humanum. ibid.

Mariæ innocentia fuit cardo ſpei totius humani generis, & quomodo. ibid.

Mariam ſimul cum Chriſto noſtræ reparationi vacare congruum fuit, vt bonum Chriſtum non eſſe ſolum ad reparandum genus humanum. 20. 1

Maria martyrum Regina, ità tamen, vt ad ipſam flagella minime appropinquarint; quia flagellum, propriè loquendo, eſt pœna propter culpam inflicta. ibid.

Maria in omnibus vijs ſuis ab Angelis, & Domino Ieſu magni conſilij Angelo cuſtodita, quæ uia ſunt Conceptio, Natiuitas, & mors: ideò immaculatè concepta, ſanctiſſimè nata, & glorioſiſſimè defuncta. ibid.

Maria fortis contra Diabolum, & contra peccatum, quia ipſa eſt, ex qua Deus omnem ſpem noſtram pendere voluit. 27. 1

Mariæ humilitas, quæ ſe ad nihilum in Dei conſpectum redegit. 29. 2

Maria iumentum manſuetiſſimum, in quo Chriſtus ſedere voluit, quaq; ipſi Chriſto ad ſalutem humani generis operandam aſſociata fuit. 30 & deinceps.

Maria non ſibi ſoli facta, ſed vt totius orbis ſalutis cum Deo miniſtra eſſet. 31. 1

Maria ſemper cum Deo fuit, quia nunquam ab eo fuit per culpam diſſociata, aut ab eius voluntate diſiuncta. ibid.

Mariæ conceptio dextera rectè appellatur, quam Deus tenuit, nè ſiniſtra per culpam ſubigeretur. 35

Maria in Conceptione deducta fuit à non eſſe ad eſſe in voluntate Dei eam Conceptionem benignè mouente, non in voluntate Adæ, ideò immaculata fuit. 36. 1

Maria in ipſo Conceptionis inſtanti à Deo baptizata, & ab ipſo quaſi patrini officio fungente in manu glorioſè ſuſcepta. 36. 2

Mariæ pars quomodò Deus, cum Deus nullius pars ſit, eſſet enim minus toto. 37

In Maria nullam vnquam aut Diabolus, aut culpa partem habuit, ſed ſemper Deus, ideò ſemper Deo cara, & amica. ibid. 2

Maria ad eum filium ſeniorem, qui à patre nunquam receſſit, mandatum eius nunquam præteriuit, & c. pertinet, ex quo eius innocentia declaratur. 41. 2

Mariæ gratiam vnam extra omnes fratres ſuos iure Deus pater exhibuit, ob maiora obſequia ab ea filio eius exhibita: & hæc gratia eſt iuſtitia originalis, dicta gratia ſuper gra-

gratiam. 42
Mariam de ſua ſalute nunquam dubitaſſe, ſed fuiſſe certiſſimam ex maxima ipſius cum Deo familiaritate colligit S. Bon, 46.1
Mariæ dies belli fuit inſtans Conceptionis, extra quod nullum bellum cum aliquo hoſte habuit, in quo die mirè a Dei virtute obumbrata fuit, 47
Mariæ dies Conceptionis actiue, quandò Verbum concepit, fuit dies ſummæ pacis, non belli: dies verò Conceptionis paſſiuæ ſolum dies belli; ideò dicitur dies, & belli in ſingulari, quia vnum fuit bellum Mariæ, inſtans videlicet Conceptionis, in quo hoſtem deuicit. ibid.
Maria bis à virtute Spiritus Sancti obumbrata, in Conceptione actiua, & paſſiua; & vtraq; vice mirum aliquid in ea geſtum eſt; primò, vt à parentibus dum conciperetur ex gratia Spiritus Sancti immaculata prodiret; ſecundò, vt cum conciperet incorrupta maneret. ibid.
Maria prodigium illud ſuper terram, a quo vſq; ad finem bella ita ſublata ſunt, vt etiam arma inimicorum ad nihilum fuerint redacta. ibid.
Maria vna è duabus fortiſſimis Eccleſiæ columnis, altera Chriſtus; quas Deus per iuſtitiam originalem ita ſtabiliuit, vt ad defluxionem illam originalis culpæ; ad quam terra, cum omnibus habitantibus in ea, defluxit, non defluerent. 58. & deinceps.
Mariæ firmitas, innocentia, eadem ac Chriſti; Chriſti tamen per naturam, Mariæ per gratiam. 59.1
Maria ſicut & Chriſtus, columna tam ad ſuſtentandam, quàm ornandam Eccleſiam, & quomodò. ibid.
Maria Columna, in cuius fundamentis lapis innocentiæ, in cuius ſummitate lilium puritatis fuit. ibid.
Maria veluti Columna erecta per donum originalis iuſtitiæ à Deo mira arte ſtabilita, à dextris ſponſi aſtitiſſe ad eum iuuandum; ſicut diabolus à dextris alicuius dicitur ad nocendum. 62.63
Maria ſi Columna, cur aureis veſtibus ornata; quia veſtes innocentiam, qua induti fuerunt parentes noſtri, ſignificant. ibid.
Maria Ciuitas fundata in montibus gratiæ vtriuſq; ſtatus, & teſtamenti, nimirum gratiæ perſonam reſpicientis, & iuſtitiæ originalis iuſtitiam tangentis. 66.2
Maria cum ſit Ciuitas, cur potius dicatur fundata, quàm ſimpliciter aut fabricata, aut condita, & quæ vis ſit in verbo fundandi. ibid.
Maria mons non ſimpliciter, ſed mons domus Domini. 67
Maria mons ſimul conditus, ac per originalem iuſtitiam ſtabilitus; & quomodò dicatur in vertice montium, ſubindè verò, ſuper colles eleuabitur, cum montes altitudine montes exuberent. ibid.
Maria mons, quem deſiderauit Chriſtus ad inhabitandum, & in quo ſemper ab ipſo Conceptionis inſtanti habitauit. 69
Maria ſicut in progreſſu per gratiæ abundantiam ſanctos omnes vicit,

itâ in egreſſu ad vitam per donum iuſtitiæ originalis omnes ſuperauit. ibid.

Mariæ maxima ſanctitas in progreſſu eſt argumentum ſanctitatis illius in egreſſu, & contra. 70

Mariæ innocentia ipſum candorem, cui nil maculæ admixtum eſt, excedit. 72. 2

Mariæ fructus Chriſti dulciſſimus. ibid.

In Maria Deus tanquam in vaſe ſacro, ſeu quaſi in Sacramento contulit vniuerſum noſtræ redemptionis prætium. 73. 2. & 91 2

Maria medium, in quo Deus ſalutem noſtram operatus eſt; vbi medij metaphora deſcribitur. ibid.

Maria ſcala, per quam Deus deſcendens ea, quæ diſrempta erant, in ſunum coegit. 74. 1

Mariæ ab origine mundi Chriſtus annunciatus, miſſo ad eam Angelo à Deo tunc, quando à Diabolo miſſus fuit Serpens ad Euam. ibid.

Maria ſingulari cuſtodia tam in introitu ad vitam per Conceptionem, quàm exitu per mortem ab omni malo cuſtodita. 75. 76

Maria domus ad inhabitandum à Deo electa, à culpa originali ex Adæ lege manante ſeruata immunis. 78. 79

In Maria ab inſtanti Conceptionis omnia dona, quæ in alijs omnibus extenſiuè diſperſa fuerant, Deus congregauit; atq; ità etiam innocentiam protoparentum noſtrorum. 81

Maria domus ſapientiæ, in qua vniuerſa dona exciſa ſunt, ſeptenario columnarum numero deſignata. 82. 2

Mariæ innocentia, ſi rectè attendatur, maior, quàm innocentia Adæ. ibid.

Maria pluribus nominibus ad eandem rem magis exprimendam appellatur. 83. 1

Maria nubes diei leuis, & candida, quę conditiones immaculatam eiuſdem Conceptionem prædicant. ibid.

Maria nullum obicem peccati poſuit, quod impediret ne lucis gratiam ſemper reciperet, vnde nil vnquam in ea tenebroſum fuit, ſed omnia luce irradiata. 86. 1

Mariam vt à culpa originali eximeret filius eius in mundum venire ſibi complacuit, atq; hoc ſibi à Patre inter alia promiſſum fuit. ibid. 2 & deinceps.

Mariam Chriſtus à tributo peccati, cui exoluendo omnes homines debitores ſunt, immunem fecit, quam prærogatiuam eidem iure belli obtinuit. ibid.

Maria de domo S. Ioſeph, quia eius Sponſa. 89. 1

Mariam priuilegiare præ alijs in innocentia iuri conſonum fuit, cui Chriſtus præ alijs maiora promeruit. ibid.

Maria tam laudabilis, & glorioſa à Deo effecta, vt ſicut ille ex ſeſe, ſic ipſa ex Deo noſtri laude, & gloria non egeat; quam tamen dignum eſt laudare, non vt illi gloriam conferamus, ſed vt nobis ſalutem acquiramus. 96. & deinceps.

Ma-

Maria laudabilis magis viuentibus, mortuis, ac non natis; ideò ab omni culpa, cui ij omnes reſpectiuè ſubiecti ſunt, immunis. ibid.

Mariæ collum turri dauidicæ comparatum indicat eius rectitudinem, & erectionem originalis iuſtitiæ contra depreſſionem, & obliquitatem culpæ. 113. *& deinceps.*

Mariæ collo non fuit peccati iugum impoſitum ad eam opprimendam, aut obliquandam, ideò rectum, ſicut rectus homo in principio creatus eſt. ibid.

Mariæ collum, à quo dulcis Ieſus vbera ſugens pendere debebat, ac toties exoſculari, indignum eſt putare aliquando diaboli iugo, aut peccati fuiſſe ſubiectum. 116

Mariæ collo Adam illud peccati iugum non impoſuit, quod ſibi ſuiſq; deſcendentibus immiſit. ibid.

Mariæ colli rectitudo rectè præmiſſa fuit, ac ſubindè ea de Maria ſententia prolata, tota pulchra es, & macula non eſt in te, & cur. 117

Mariæ pedum pulchritudo eius originalem iuſtitiam comprobat ex multis S. Ambr. ſententijs, ideò Salomon eam encomio celebrare volens, à pedum ſpetioſitate initium fecit. ibid.

Maria fideliſſima, pudiciſſima, & ſimpliciſſima; ideò in ea Salomonis ſententia minimè comprehenſa, in qua ait, ſe inter viros vnum tantum, inter fœminas nullam repeperiſſe rectam. 120. *& deinceps.*

Maria non inter homines, ac fœminas terreni imaginem portantes, ſed cum Angelis in montibus excelſis ipſa quoque innocens habitauit. 121. 123

Mariæ Conceptio ad tempus abſcondita, vt ſuo tempore manifeſtaretur. 121

Mariam intuens Salomon de deſerto aſcendentem admirabatur, quaſi intra ſe dubitans fœmina ne eſſet Adæ filia, an Angelus. 124. 1

Mariam plus fuit admirabilius de deſerto, hoc eſt, cœlorum habitaculo; candidam, & innocentem intueri aſcendentem, quàm de deſerto, hoc eſt, ſcopuloſo huius mundi loco, & cur. 125

Maria vna ex 99. ouibus, quas Dominus in deſerto reliquit, dum centeſimam perditam quæreret. 127. *& deinceps.*

Maria ſemper cum Angelis in montibus excelſis habitauit, quia cum ipſis ſemper in ſublimibus non peccando ſtetit. ibid.

Maria de deſerto aſcendit candida, qui deſertus non locus horroris, ſed hortus deliciarum fuit. ibid.

Maria ouis, quæ paſcua in horto deliciarum inuenit. ibid.

Maria non eguit pœnitentia, quia non pertinuit ad ouem centeſimam, quæ errauit. 128

Maria domus munda, in qua peccatum nullum intrauit; ideò vbi de Maria agitur Lazari mentio reticetur, quia Lazarus ſcopam, ſiuè pœnitentiam, ſiuè peccatum ſignificat. ibid.

Ad Mariam quomodò attineat Euangelium, quod in die Aſſumptionis illius legitur. ibid.

Maria

Maria ouis immaculata, quia Chriſtum Agnum innocentem peperit. ibid.

Maria hortus concluſus, ad quem deflorandum nulli vnquam aditus patuit. 130.1

Maria ſic candida, vt ſimul ſit dealbata, ad differentiam filij, qui ſimpliciter candidus appellatur, quia Chriſto ex natura, Mariæ ex gratia innocentia debetur. 132.1

Maria quomodo dicatur de montibus aſcendere, cum aſcenſio ſit ad montes, ſicut deſcenſio de montibus. 133

Maria ideò à Chriſto redempta, & de captiuitate eruta, quia præſeruata. 134.1

Maria ſemper vna antequam nata, & poſtquam nata, & ita vna, ſicut vnus eſt Deus proportionaliter. 98

Maria vna, quia Dei poſſeſſio fuit, non dæmonum, & iterum vna, quia innocens pacem, & concordiam originalis iuſtitiæ retinens. ibid.

Mariam deam fecit Deus, vt dea Deo in coniugium copularetur. 99

Mariam Virginem Spiritus Sanctus donis maximis ab inſtanti conceptionis adornauit, ſciens eam ſibi in ſponſam ad æterni Verbi conceptionem diuinitus copulandam; quam etiam oſculatus eſt cum primum ab inſtanti conceptionis eam obuiam habuit. 100

Mariæ veſtes artificiales viles ſine vlla fragrantia gerebat, quò naturales pretioſiores, ac optimis aromatibus refertas portabat. 101

Mariæ veſtes eius puritas, & innocentia, quæ ideò aromata omnia ſuperare dicuntur. 103

Mariam parum fuit Salomonem ſanctis præferre, niſi etiam ipſi Deo conferret; non per intenſiuam ſanctitatem, ſed per omnimodam extenſiuam innocentiam, & omnis culpæ immunitatem. 102

Mariæ communicatur per gratiam, quod ſolius Dei proprium eſt per naturam. 103,1

Maria eadem innocentiæ veſte induta, qua & Chriſtus, biſq; prædeſtinata, ſicut & Chriſtus, ſemel ad Matris dignitatem, iterum ad gratiæ plenitudinem. 104.2

Mariæ prædeſtinatio vtraq; Paradiſus, quia ante ſtatum peccati: quæ rectè explicatur per verba Cant, Emiſſiones tuæ Paradiſus 106

Mariæ prædeſtinatio, ſicut & Chriſti, differt à prædeſtinatione aliorum ratione termini à quo, & quomodo. ibid.

Mariam priùs emiſit, ſeu tranſmiſit Deus ad gratiam beneficio prædeſtinationis, quàm Adam eam tranſmiſerit ad culpam; ideò ſtatus peccati non fuit in Maria, quia de altitudine humanæ naturæ ante lapſum venit. ibid.

Mariæ fons ſignatus eo ſigillo, quod à principio manu diuinitatis homini fuerat impreſſum; ideò ipſa ſola ex diuina gratia integrum ſigillum ſeruauit, quod ſerpens diabolus fregit, & falſificauit, totum ex S, Ber. 105

Maria ſic amorem ſuum dilecto ſeruauit,

uauit, vt eum nunquam violauerit. 109.1

Mariæ portę introitum ad vitam, & exitum ad mortem ſignificant, quæ portæ fuerunt illi, & ſponſo communes, quia cum Maria ingreſſus, & egreſſus eſt Sponſus. 110.1

Maria omnia præcepta tam noui, quã veteris teſtamenti, etiam præceptum noſtris Protoplaſtis factum ſeruauit. ibid.

Maria vmbraculum carnis Chriſto coaptando dedit eum notum fieri omni carni; ideò rectè ſplendor Chriſti appellatur, per quam Chriſtus vera lux nobis effulſit 137.1

Mariæ ſic fuit ſplendor, vt tamen luci .i. Chriſto fuerit comparata, quia ſicut Chriſtus fuit ſemper vnitus per naturam, ſic ipſa ſemper per gratiam. ibid.

Maria eo electionis gradu electa, quo Chriſtus, ideò electa vt Sol, & ſplendor vt lux. 138

Maria cur Lunæ firmitati collata, cum Luna maximè ſit mutabilis. ibid.

Maria mulier illa ſole amicta. 141

Maria Lunam pedibus calcare dicitur, quia Luna ſuperior non tam loco, quàm pulchritudine nullam maculam habente. ibid.

Mariæ caput duodecim Stellis cinctum omnia dona ſignificat illi à Deo tributa, quia duodenarius numerus eſt Sacramentum vniuerſitatis. 142.1

Maria de Cælis deſcendit, ſicut & Chriſtus proportionaliter, non quia ſit de materia Cæleſti; ſed quia innocens concepta eſt. 143. *& deinceps.*

Maria eadem de Cælo deſcendens apud Ioan. & de deſerto candida aſcendens apud Salom. ibid.

Maria ex vi Conceptionis Filium ſuum Ieſum innocentem concepit. 193. *& deinceps.*

Mariæ cantus in die Annunciationis Euæ planctum excluſit. 146.2

Maria ſecunda mulier Cæleſtis, ſicut Chriſtus primus homo cæleſtis, ideſt innocens. 147. *& deinceps.*

Mariæ nomen omni prædeſtinato inſcribitur, propterea eius nomen maximoperè laudandum. 149.1

Mariæ Conceptio ad maiorem venerationem ſub velo obtecta fuit à Deo, nè omnium oculis pateret, aut aliqua macula inficeretur. 156 *& deinceps.*

Mariæ vultus tam formoſus, vt Deus vultum Mariæ tenere dicatur. ibid.

Mariæ imaginem Deus portare dicitur, & quomodò. ibid.

Mariæ vultum mirè depictum Deus, amantium more, apud ſe cariſſimum tenere, & ſecum portare perhibetur, & quomodo. ibid.

Marię Conceptionis myſterium reſeruabatur in finem manifeſtandum filijs Crucis, videlicet Fratribus S. Franciſci filijs noui crucifixi. 157.2

Mariæ dona in hac vita homini inexplicabilia. ibid.

Maria imaginem Cæleſtis, ideſt Chriſti, non terreni, ideſt Adæ portauit. 158

Mariam quò vehementius Deus dilexit,

xit, eò perfectius imaginem eius reparauit. 163. 1
Maria ſpeculum lucidiſſimum, in quo diuina benignitas mirè reſplenduit. ibid.
In Maria Cœleſtem imaginem plenè reformari ſic cupiebat Dauid, vt nulla alia ſibi ſupereſſet ſatietas. 164. 1
Maria ſic per gratiam ex Deo nata, ſicut Chriſtus per naturam, ideò vterq; ſuo modo impeccabilis. 167. & deinceps.
Maria ſumma inter puras creaturas, ideò omnium perfectiones in ſe continet. 168. 1
Maria cauſa noſtræ lætitiæ, ſalutis, & iuſtitiæ, ideò præ alijs horum omnium particeps eſſe debuit. ib. 2
Mariam plus decuit per miraculum concipi innocentem, quàm concipere Dei filium incorruptam. 170.
Mariam ob reuerentiam tum filij eius, tum eiuſdem, noluit Deus concipere ex viri coniunctione, & cur. ibid.
Mariam Deus voluit eſſe deſponſatam, quia mulier ſine viro bona non eſt; voluit tamen ſimul eſſe Virginem, ne vlla ei perfectiò, aut naturalis, aut moralis deeſſet: vndè de ſtatu innocentiæ fuit Sponſa, de ſtatu legis fœcunda, de ſtatu Euangelij virgo. 171
Mariam à culpa immunem prædicare congruum eſſe multipliciter oſtenditur, cum præcipuè S. Franciſcus in Sacerdote Corpus Chriſti contrectante nullam maculam conſiderare vellet, quantò minus in Virgine. 173. 1
Mariam præuenit Spiritus Sanctus in conceptione actiua, non vt innocentiam in Filium transfunderet, ſed vt ipſa permanens Virgo in inſtanti conciperet. 174
Maria fuit mater naturalis, & miraculoſa ſimul. 175.
Maria concepta fuit ſancta, Chriſtus Sanctus, & Sanctè, & alij nec Sancti, nec Sanctè. 176. 2
Maria tranſmiſit ad filium innocentiam eo modo, quo Adam traduxiſſet in ſtatu innocentiæ, & nunc in ſtatu culpæ parentes peccatum traducunt. 177. & deinceps. Quod atteſtatur etiam Caiet. 1. 2. ad a. 3. q. 81.
Maria ex ſemine Ioachim, & Annæ, tanquam ex argento, à quo rubigo peccati fuit ablata, egreſſa eſt vas puriſſimum, atq; ex ipſius ſanguine puriſſimo argento Chriſtus innocens per naturam, illa per gratiam. 181. 1
Maria debuit ab originali præſeruari, vt Ieſum abſq; peccato concipere poſſet, & quæ huius vis argumenti ex S. Aug. 184. & deinceps; vndè & S. Damaſc. apud S. Tho. 1. 2. q. 81. a 5. arg. 3. ſic arguebat; Spiritus Sanctus præuenit in Virginem, de qua Chriſtus erat abſq; peccato originali naſciturus, purgans eam.
Maria verum ſemen ſecundum ſeminalem rationem ab Adam, Dauid, & Abraham, &c. ſubminiſtrauit; alioquin Chriſtum innocentem naturaliter ex vi conceptionis concipere non potuiſſet. 189. & deinceps.

Mariam aſſerere non concepiſſe Chriſtum ex ſemine ſecundum rationem ſeminalem non eſt minor error, aut minus abſurdum, in opinione S. Tho. quam aſſerere concepiſſe ex ſemine, ſecundum rationem ſeminalem, quia hoc eſt negare, Chriſtum natum non eſſe ſanctum illud ex eodem principio in peccato originali eſſe generatum. 198

Mariæ Deum non plus tribuere voluiſſe, quàm quod ſatis erat ſimpliciter ad filium innocentem concipiendum, non eſt de Deo in bonitate ſentire; quod ſi ſatis erat Conceptioni, non ſufficiebat amori. 193.2

In Maria duo conſideranda, vnum cõmune cum alijs creaturis rationalibus; alterum peculiare, quod ſit Dei Mater; ideò duos fines ſuæ creationis habuit; & reſpectu ſecundi tota pulchra abſq; macula effecta fuit. 194.2

Mariæ priùs Agnus Chriſtus annunciatus ab Angelo, quàm peccatum ad genus humanum tranſmiſſum; & ideò priùs Mater electa, quàm natura infecta, priùs à culpa præſeruata, quàm venenum per aures mulieris ad humanam naturam transfuſum. 196. & deinceps.

Maria vt ſanctitatem in filium transfunderet, innocens eſſe debuit, ipſumq; ſecundum rationem ſeminalem concipere: vtrunque probatur ex S. Tho. 199.2

Mariæ conceptio cogit interpretari aliquas ſcripturas aliter, quàm olim fuerit interpretatum, quod non eſt magnum, quia Eccleſia proficit. 200.1

Maria arca ex lignis Sethim, vel etiam ipſa ligna, ex quibus Chriſtus, qui arca eſt, impeccabilis conceptus eſt. 203.1

Maria puriſſimum lac obtulit Chriſto ad immaculatè paſcendum, ſicut ſanguinem innocentem ad innocenter gignendum ſuppeditauit. 205.1

Maria cur potius butirum, quàm lac filio concepto ſugendum ab Iſa. perbibeatur. 206

Maria ſola ſic debuit lactare Ieſum, ſicut ſola gignere, & cur. 208

Mariæ venter, & vbera ſimul beatificantur, quia ſicut filium ex ventre ſanctum concepit, ſic ab vberibus innocentiſſimo lacte lactauit. ibid.

Matrimonium S. Ioſeph, & Mariæ perfectius cælibatu, & ſtatu ſimplicis virginitatis, & cur. 172.1

Mons locus, & habitatio ſanctorum vallis criminoſorum. 131.2

Mulier ſola ab Adam deriuans poteſt transfundere originis culpam, quod multiplici ratione probatur non eſſe contra ſcripturam. 187

Mulier, ſi ſola peccaſſet, originis culpam non transfudiſſet, & quæ ratio differentiæ inter Euam, & alias mulieres. ibid.

N

NAtura humana quantum in Chriſto, & à Chriſto nobilitata. 3.2

Natura humana, ſecluſo etiam pecca-

ro, in ſtatu puræ naturæ, quia ex contrarijs compoſita, pugnas, ac diſcordes affectiones paſſa fuiſſet; niſi ex originali iuſtitia diſcordia illa eßet ſedata. 49

Nomina Dei propria decem ex S. Hieron. quorum vnum, ideſt Helion, ſiuè excelſum, nulli vnquam perſonę creatæ communicatum fuiſſe, quidam aſſerunt. 9. 2

Nomen Helion Chriſto, Angelis, & ſoli Mariæ inter humanas creaturas communicatum fuiſſe oſtenditur, quia ſicut Chriſtus, & Angeli nunquam cecidit. ibid.

Nomen illud, Ego ſum qui ſum, nulli creaturæ communicari poteſt, & cur. 10. 2

Nomina Dei quænam creaturis communicari poſſint, & quæ non. ibid.

O

OBedientia, quàm ſit eximia, & quomodò præferatur prælationi. 68. 1

Obumbratio Spiritus Sancti eſt mira operatio, qua aliquid ſupra humanum efficitur, & quomodo Maria bis Dei virtute obumbrata fuerit; in Conceptione videlicet actiua, & paſſiua. Vide Ver. Maria.

Ouis centeſima quæ errauit, fuit Adam, ac in eo omne humanum genus; nonaginta verò nouem relictę in deſerto, ſiue montibus excelſis, Angeli. 125. & deinceps.

Ouis centeſima ſe ſubtraxit à 99. quando per culpam montes deſeruit, in quibus cum Angelis per innocentiæ donum conſtituta fuerat. ibid. diffusè.

Ouis Maria vna ex 99. iuſta, & innocens. ibid. ex propoſito.

P

PArabolæ quomodo interpretandæ, non opus eſt, vt vtroq; decurrant pede. 40. 1

Pars alicuius Deus quomodo dicatur. 37. & deinceps.

Pars electorum ſubrium Deus in præſenti per gratiam, in futuro per gloriam. ibid.

Partus à ſola muliere ex Adam poſt culpam deriuante, ex vi generationis, & natura naſceretur immundus. 179. 1

Partus ex ſemine viri, aut ſanguine mulieris in ſtatu culpæ, etiam in inſtanti per miraculum conceptus contraheret culpam originalem. ibid.

Partus à parentibus ab originali culpa mundatis, cur non concipiatur mundus. 193. 1

Paulus Apoſtolus Stella præfulgida ornans caput Eccleſiæ. 140. 2

Paradiſum non intrabit, qui nomen Mariæ ſimul cum nomine Chriſti, inſcriptum non portabit. 149. 1

Peccatum fecit Cælum deſertum, & quomodo. 126. 1

Peccato nil amarius, ideò in pœnam ſerpenti à Deo datum, vt comedat peccatores. 147. 2

Peccato nil Dei, & Angelorum naribus magis fœtidum. 102. 1

Peccatum originale. Vide, Culpa originalis.

Pedum ſordes quid ſignificent, & cur

cur Chriſtus lauerit pedes Diſcipulorum. 117.2

Pedum Mariæ ſpecioſitas eiuſdem innocentiam importat. Vide Maria.

Pœnę debitum oritur ex culpa. 8. 1

Pœna qualibet, etiam inferni, magis eligenda, quàm culpa. 93

Pęnitentia malum ſupponit, & comitatur. 129

Pęnitentiæ paſcua ſunt in deſerto, quia pęnitentia debet eſſe horrida, & auſtera. 127.2

Poma noua, & vetera, quæ ſponſa ſeruauit, quid ſignificent. 110

Porta, etiam in Spiritualibus ſymbolum introitus, & exitus. 109.2

Præceptum factum patribus noſtris, ad nos tranſit; vndè tranſit eius tranſgreſſio, & culpa. 111.1

Prædeſtinatio eſt quædam emiſſio, ſeu tranſmiſſio, ex S. Thō. 106

Prædeſtinatio Mariæ, ſicut & Chriſti, duplex, & vtraq; Paradiſus à parte vtriuſq; termini à quo, & ad quem; in quo differt à prædeſtinatione aliorum, quæ ratione termini à quo eſt infernus, videlicet à ſtatu peccati. ibid. quod etiam inſinuat S. Tho. 1. p. q. 23. a. 2. ad 3. de noſtra, & Angelorum loquens prædeſtinatione.

Prædicatio, & doctrina Chriſti ſplendor ipſius dicitur, quia dedit eum notum fieri mundo. 135.2

Prædicatores inſtituti Apoſtoli, lux mundi appellantur, quia doctrinam Chriſti per mundum ſparſerunt. ibid.

Principijs mutatis non eſt magnum mutari concluſiones, & contra, quod in propoſito conceptionis Mariæ notandum. 200. 1

Prophetæ vni non omnia Deus reuelauit, nec omni tempore; ideo errare potuerunt, quando actu ad prophetiam non mouebantur. 122. 1 Vide etiam S. Tho. 2. 2. q. 171. a. 4. 5.

R

REctitudo, in qua primus homo factus perhibetur, erat iuſtitia originalis, quæ faciebat hominem rectum, & erectum contra obliquitatem, & depreſſionem, ideò rectitudo turris Dauidicæ originalem Mariæ iuſtitiam figurabat. 112. & deinceps.

Redemptioni copioſæ non ſufficiebat, nec amori, quod ſimpliciter redemptioni ſatis erat. 196. 1

Redemptioni quam fuerit Deus ſollicitus, qui prius parauit remedium, & pretium, quàm ſerpens intulerit venenum, & debitum. ibid.

Refugium creaturæ Deus, & Dei creatura vno ſenſu, & quomodo. 8. 1

Reſurrectio, & eius conditiones mirè explicantur argumento S. Pauli. 150

S

SAnguis fœminæ ab Adam deſcendentis ſufficit inficere partum macula originali, nam & fœmina mereatur ab Adam ſuo modo, ſicut & maſculus ne-

ceſſarium eſt. 187.2

Seminis nomine, ex quo Chriſtus ſecundum carnem factus fuiſſe ſcribitur, intelligi debet verum ſemen ſecundum rationem ſeminalem, & non tantum ſecundùm corpulentam ſubſtantiam, quia ſic melius ſeruatur proprietas ſcripturæ, & Chriſti, ac Matris innocentia comprobatur. 200

Seminis nomine formidarunt antiqui Theologi intelligere verum ſemen ſecundum rationem ſeminalem, ſed non formidandum, quia ſic ex vero ſemine ſecundum rationem ſeminalem transfunditur nunc culpa, ſicut in ſtatu innocentiæ transfuſa fuiſſet iuſtitia; quia ergo in Chriſtum à Matre ſanctitatem transfuſam nouimus, ideò ſecundum rationem ſeminalem ex ſemine factum fuiſſe putamus. ibid.

Ex ſemine alicuius vt aliquis eſſe dicatur, non ſufficit, vt aliquo modo ab eo deſcendat, ſed debet deſcendere ſecundum ſeminis rationem. 202.1

ſemen, & corpulenta ſubſtantia in maſculo idem ſunt. ibid. 2

ſemen an ſuppeditet fœmina, & ſuppeditauerit Maria in Chriſti conceptione. 189.2

ſenſus Scripturæ non ſemper Spiritui Sancto loquenti, ſed aliquando ipſi Prophetæ aptatur, vt cum ipſi aliqua ſibi difficilia eſſe ignota, & ſimilia affirmant. 122.c.1

Serpens qui tentauit Euam, licet fuerit diabolus, tamen inimicus hominis diſtinctus ab illis tribus, mundo, diabolo, & carne, ponitur, & cur. 24.2

ſerpens ille fuit aſpis, vt multis coniecturis probatur; qui & faciem mulieris Virginis habuiſſe dicitur, ideò à muliere Virgine Maria fuit deluſus. 25

ſigillum pulcherrimum erat in anima originalis iuſtitia, quod ſerpens diabolus falſificauit, & fregit. 104.2

ſolium excelſum, & eleuatum, in quo Dominus ſedere viſus eſt ab Iſa. quid ſit. 1. & deinceps, Concluditur eſſe Mariam, quæ dicitur excelſa, quia ſtabilis ſtetit, & nunquam cecidit; eleuata, quia à celſitudine innocentiæ ad ampliora euecta eſt. ibid.

ſplendor Chriſti Maria, ſicut Chriſtus ſplendor Patris, & quæ proportio. 136.2

ſplendor Chriſti doctrina ipſius, & prædicatio, quia ſplendoris eſt, vt ducat in cognitionem eius, cuius eſt ſplendor. ibid.

ſplendor non eſt lux, ſed è luce fulgor egrediens. 137.2

ſtatus naturę inſtitutæ deſcribitur ſummæ pacis, & concordiæ, deſtitutæ contra. 50.2

ſtatus naturæ inſtitutę ad deſtitutam declinatio deſcribitur. 55.2

ſtatus innocentiæ in Maria excellentior, quàm in Adam, licèt vſq; modo certius ſit, huiuſmodi ſtatum fuiſſe in Adam. 82.2

ſtatus quadruplex naturæ humanæ. 107.2

ſtatus peccati non fuit in Chriſto, nec in Maria, quia vterq; deſurſum venit.

venit, nimirum de altitudine humanæ naturæ ante peccatum. ibid.

Status duplex conſtituitur à S. Paulo, alter in quo corpus animale, homo terrenus: alter in quo corpus ſpiritale, homo cæleſtis dicitur. 154. 2

ſterilitas Mariæ fæcundata per odorem mandragoræ, ideſt gratiam Spiritus Sancti. 109. 1

T

In tribulatione peccator mergitur, iuſtus contra à tribulatione in gaudium tranſit. 134. 2

V

VEnenum ſerpens diabolus per aures mulieris ad poſteritatem transfudit. 118. 119

Veſtimentorum duo genera, naturalium, & artificialium, & quę vtraq; & quàm pretioſa fuerint Mariæ veſtimenta naturalia. 101

Via multipliciter ſumitur, & præcipuè pro motu generationis, ſeu Conceptionis; in qua via diuinitus cuſtodita fuit Maria, nè offenderet, ſicut ſimiliter in alijs omnibus. 23. *Vide etiam S. Bernardinum, To. 2. ſer. 51. explicantem locum Pſ Angelis ſuis Deus mandauit de te, de Cuſtodia Angelorum in Mariam.*

Viuere, & vita peccati poſtponenda morti, quæ facit liberum eſſe à peccato, licet alioqui melior ſit ipſa, quàm non ipſa. 93

Vultus imaginem ſignificat, & cognitionem. 159. 2

TER-

TERTIVS

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPT.

Qui ex inſtituto explicantur.

Gen. Ca. 2 Bonum eſt hominem non eſſe ſolum, &c. p. 171
48 En morior, do tibi partem vnam extra fratres tuos. 42
Exo. 25 Facient mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum. 203
1. Re. 17 Et faciet domum patris eius abſq; tributo in Iſrael. 86
2. Re. 2 Hæc eſt lex Adam, Domine Deus. 78
Iob. 26 Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam. 149
Pſal. 16 Satiabor cum apparuerit gloria tua. 163
44 Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu, &c. 60
50 Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. 177
71 Superextollatur ſuper Libanum fructus eius. 70
72 Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum, &c. 27
74 Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea; ego confirmaui columnas eius. 48
77 Et eduxit eos in nube diei. 83
90 Quoniam tu es Domine, ſpes mea; altiſſimum poſuiſti refugium tuum, &c. 14

120 Do-

120 *Dominus cuſtodit te ab omni malo, Dominus cuſtodiat, &c.* 75
139 *Domine, Domine, virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* 43
146 *Ædificans Hieruſalem Dominus, diſperſiones Iſraelis congregabit.* 77
Pro.25 *Aufer rubiginem ab argento, & vas puriſſimum egredietur.* 181
Cant.4 *Et odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata, &c.* 99
Hortus concluſus, fons ſignatus. 104
Emiſſiones tuæ Paradiſus. 105
Collum tuum ſicut turris Dauid. 111
6 *Vna eſt genitricis ſuæ electa.* 98
7 *In hortis noſtris omnia poma noua, & vetera, Dilecte mi, ſeruaui tibi.* 108
8 *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto?* 123
Eccl.4 *Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes; & vtroq; fœliciorem iudicaui, qui necdum natus eſt.* 93
7 *Solummodò hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* 111
Iſa. 2 *Et erit præparatus mons domus Domini, &c.* 67
6 *Vidi Dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum, & eleuatum, &c.* 1
7 *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; butyrum, & mel comedet.* 206
Habac. 3 *Splendor eius vt lux erit.* 134
Matth. 1 *Liber generationis Ieſu Chriſti, &c.* 189
11 *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Io: Baptiſta.* 11
Luc.2 *Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius Dei.* 176. & 203
11 *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* 206
15 *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior, &c.* 39
Nonne relinquit nonaginta nouem in deſerto, &c. 123
Quæ mulier habens drachmas decem, &c. 150
Pau. Rom. 1 *Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem.* 190
5 *Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum.* 185
1.Cor.15 *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de Cælo cæleſtis.* 151
1.Ioan. 5 *Qui natus eſt ex Deo non peccat.* 164
Apoc. 12 *Signum magnum apparuit in Cælo.* 139
21 *Vidi Ciuitatem Sanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de Cælo.* 142

QVARTVS
INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPT.

Qui hinc indè in toto opere adducuntur.

Cap. Geneſis.

2 *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, &c.* p. 19. 2

Tulit vnam de coſtis eius, & ædificauit eam in mulierem. 81. 2

Faciamus hominem ad imaginem, &c. 149. 2

Et vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt. 186. 1

Plantauerat autem Deus Paradiſum voluptatis. 35. 2

3 *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* 24. 2

Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus, &c. 26. 2

Cum cognouiſſent, ſe eſſe nudos. 103. 2

Terram comedes, &c. 147. 2

6 *Videns quòd cuncta cogitatio cordis, &c.* 56. 2

28 *Scalam vidit Iacob, &c.* 74. 1

Exod.

3 *Ego ſum, qui ſum.* 10. 2

Deuter.

32 *Inuenit eum in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis.* 124. 1

Venenum aſpidum inſanabile. 26. 1

Reg. 1.

1 *Fuit vir vnus, &c.* 98. 1

4 *Tranſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt Arca.* 163. 2

14 Omnes

14 *Omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur.* 55.2
2. 5 *Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?* 77.2
Hæc eſt enim lex Adam, Domine Deus. ibid.
3. 7 *Et ſtatuit duas columnas, &c.* 58.1
8 *Ædificaui domum in habitaculum tuum firmiſſimum, &c.* 6.1
10 *Fecit ſibi Rex Salomon thronum de ebore grandem.* 6.1

Paralip.

129 *Non enim homini, ſed Deo, habitatio præparatur.* 195.2

Iob.

Iob 3 *Pereat dies, in qua natus ſum.* 46.2
10 *Pelle, & carnibus veſtiſti me.* 101.2
38 *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ?* 52.1
39 *Clamorem exactoris non audit.* 90.1

Pſal.

13 *Dominus de Cælo proſpexit, &c.* 56.2
15 *Quoniam à dextris eſt mihi, nè commouear.* 63.2
31 *Multa flagella peccatoris.* 21.2
44 *Aſtitit regina à dextris tuis.* 103.2
45 *Venite, & videte opera Domini, &c.* 48.1
48 *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* 117.2
67 *Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.* 69.1
71 *Suſcipiant montes pacem populo.* 68.1
72 *Vt iumentum factus ſum apud te.* 27.2
73 *Rex autem noſter in ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ.* 70.2
82 *Tu ſolus excelſus.* 10.1
84 *Veritas de terra orta eſt.* 48.1
86 *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* 64.2
88 *Tu verò repuliſti, & deſpexiſti Chriſtum tuum.* 45.1 & 46.2
89 *Domine, refugium factus es nobis.* 18.2
108 *Diabolus ſtet à dextris eius.* 63.2
Aſtitit à dextris pauperis. ibid.
118 *Beati immaculati in via.* 23.2
126 *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Syon, &c.* 22.2
148 *Laudate Dominum de Cælis, laudate eum in excelſis.* 10.1

Cap. Prouer.

8 *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* 23.2
9 *Sapientia ædificauit ſibi domum, &c.* 182.1
30 *Tria mihi difficilia ſunt, &c.* 122.1
31 *Mulierem fortem quis inueniet?* 27.1

Eccleſiaſtis.

12 *Beata terra, cuius rex tuus, &c.* 92.2

Cant. Cantic.

1 *Equitatui meo in curribus Pharaonis, &c.* 30.2
2 *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* 72.2
4 *Hortus concluſus, &c.* 129.2
Capilli tui ſicut greges caprarum, &c. 133.2
5 *Dilectus meus candidus.* 132.2
6 *Pulchra vt Luna, &c.* 138.1
7 *Quàm pulchri ſunt greſſus tui.* 117.2
8 *Soror noſtra parua.* 100.2
Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto? &c. 123.2

Eccleſiaſtic.

17 *Deus creauit de terra hominem, &c.* 103.2
24 *Thronus meus in columna nubis.* 6.1
In me gratia omnis viæ, &c. 82.1
26 *Gratia ſuper gratiam, &c.* 41.1
27 *Stultus vt Luna mutatur.* 139.1
40 *Graue iugum ſuper filios hominum, &c.* 90.2 & 115.2

Iſaiæ.

2 *Et erit præparatus mons domus Domini.* 67.1
9 *Magni conſilij Angelus.* 21.2
Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. 90.1
14 *Sedebò in monte teſtamenti, &c.* 11.1
Luxit, & defluxit terra, &c. 55.1
19 *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.* 83.1
28 *Mittam in fundamentis Syon lapidem angularem.* 52.2

Hierem.

5 *Vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui innhiebat.* 56.2
6 *Omnes auaritiæ ſtudent.* ibid.
17 *Solium gloriæ altitudinis.* 5.1

Thre.

1 *Facta eſt ſub tributo.* 90.2
Peccatum peccauit Hieruſalem. 51.1
3 *Pars mea Dominus.* 38.1

Baruch.

3 *Poſt hæc in terris viſus eſt, &c.* 145.1

Ezech.

41 *Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.* 144.2

Aggæi.

2 *Magna eſt gloria domus iſtius nouiſſimæ, &c.*

Matth.

Cap. Matth.

5 *Vos eſtis lux mundi.* 136.1
Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 66.2
11 *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.* 115.1
17 *Et ecce nubes lucida obumbrauit eos.* 47.2
22 *Simile factum eſt regnum Cælorum homini regi, qui fecit nup. fil. ſuo.* 89.1
26 *Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* 95.1
27 *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* 44.2

Lucæ.

1 *Iſte puer magnus coram Domino.* 70.1
2 *Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, &c.* 10
Aſcendit autem & Ioſeph, eo quod eſſet, &c. 89.1
19 *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum.* 128.2

Ioan.

1 *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum.* 34.1
2 *Quid mihi, & tibi mulier?* 12.2
3 *Qui deſurſum venit, deſurſum eſt.* 107.2 & 147.1
8 *Quis ex vobis arguet me de peccato?* 29.1
13 *Domine, tu mihi lauas pedes? &c.* 37.2
Sciens quia venit hora eius, vt tranſeat, &c. 44.1
16 *Exiui à Patre, & veni in mundum.* 76.1
19 *Mulier, ecce filius tuus.* 12.2

Act. Apoſt.

10 *Quoniam Deus erat cum eo.* 29.1

Pau. ad Rom.

5 *Sicut per vnius hominis inobedientiam, &c.* 165.2 & 76.1
7 *Video aliam legem in membris meis.* 115.1
8 *Si filij, & hæredes.* 38.2
10 *Inuentus ſum à non quærentibus me.* 40.1

Cap. Ad Corinth. 1.

6 *Quæ ſocietas luci ad tenebras?* 72.1
11 *Diuiſiones verò gratiarum ſunt.* 82.1
15 *Sicut primus homo de terra, terrenus, &c.* 147.1 & 150.2

Ad Gala.

2 *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ.* 60.2

Ad Epheſ.

2 *Ipſe eſt pax noſtra.* 52.2

5 *Sacramentum hoc magnum eſt.* 89.1

Ad Coloſs.

2 *In quo ſunt omnes theſauri.* 89.1

Ad Hebr.

1 *Cum ſit ſplendor, & figura ſubſtantiæ eius.* 136.1
2 *Nuſquam Angelos apprehendit.* 204.2
Vlt. *Optimum eſt gratia ſtabilire cor.* 51.2

Epiſt. Iaco.

3 *Quæ deſurſum ſapientia, primum quidem pudica, &c.* 82.2

Petr. 1.

2 *Sicut modo geniti infantes ſine dolo lac concupiſcite.* 207.1

Ioan. 1.

1 *Qui dici, ſe habere ſocietatem cum illo, &c.* 28.2

Apocal.

3 *Qui vicerit, faciam illum columnam, &c.* 149.1
13 *Agnus occiſus ab origine mundi.* 74.2
14 *Vidi, & ecce nubem candidam.* 83.2

TER

INDEX POSTREMVS CONCEPTVVM

PRÆDICABILIVM

Diuerſis materijs applicandorum ordine Alphabetico.

De Amore Dei in homines. Vide infra de Chriſti amore.

In Die Annunciationis B. Mariæ pro concione de Verbi Incarnatione.

NAtura humana quantùm in Chriſto fuerit nobilitata, & exaltata; habentur multa præclarè. pag. 3 & 4

Miſſus eſt Angelus Mariæ ad Chriſtum annunciandum eo interim, quo ſerpens à diabolo miſſus eſt ad Euam, vt per aures mulieris venenum ad humanam naturam transfunderet: habentur quædam præclare ex D. Bernardo, pag. 74. 196

Verbum Dei complacuit ex muliere carnem ſumere, vt eam mulierem faceret abſque tributo originalis peccati inter omnes ſanctos, & Dei electos, ac inſuper originalis iuſtitiæ dono eandem mulierem exornaret. Habentur multa egregiè. 86. & 89. & deinceps.

Verbum Dei naturæ humanæ ſponſatum per Sacramentum Incarnationis; ex quo colligas quantum fuerit humana natura in Incarnatione dominica exaltata. 89

Incarnatio toti mundo gaudium attulit, omniumq; lachrymas abſterſit, quia peccatum de medio abſtulit. 145

Maria ſplendor Chriſti, quia ipſum carne induendo, dedit eum notum fieri omni carni, iuxta illud: Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Vbi expenditur mira proportio ſplendoris ad lucem, & Mariæ ad Chriſtum. 137

Et hæc proportionaliter applicari poſſunt etiam in Concione pro die Natalis Domini.

In Concione de Angelis.

Angeli natura excelſi, ſed multò excelſiores gratia. Habes multa. 2 *& deinceps.*

Angeli boni in veritate quia ſteterunt, ideò ſolium Domini excelſum, & eleuatum nuncupantur, & nomen illud, Helión, ſiuè excelſum, & altiſſimum meruerunt, quod maximam Angelorum excellentiam prædicat. Habentur multa. 10. *& deinceps.*

Angelorum cuſtodia ſingularis, quæ rectè exprimitur per illam phraſim: In manibus portabunt; & tota eò tendit, vt homo non peccet, & non offendat: multa habentur. 23

De Angelis, quomodò in innocentia fuerint creati, & quomodo in montibus excelſis paſcua ſua habeant, multa referuntur. 125. *& deinceps.*

In Die Aſſumptionis B. M. pro eius concione.

Maria exaltata eſt ſuper Choros Angelorum, vndè dicitur ſolium excelſum, & eleuatum. Habentur multa. 78 *Quæ facilè erui poſſunt, & Mariæ accommodari.*

Mariæ in Cœlum eunti occurrit filius cum tota curia Angelorum, eamq; ad tantam gloriam euehit, vt eam non agnoſcat niſi qui dedit, Deus videlicet, & ipſa Virgo. 30

In die Aſſumptionis cur legatur Euangel. illud, Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, &c. Habes de hac re multa egregiè. 128. *& deinceps. Alia multa facilè erui poſſunt ex toto opere, quæ applicari poſſunt feſtiuitatib. B. Mariæ.*

In die Apoſtolorum pro Concione alicuius Apoſtoli.

Apoſtoli columnæ ſunt Eccleſiæ à Deo miro modo confirmatæ; quod intelligi poteſt de confirmatione in gratia, de firmitate, & fortitudine in prædicando Euangelio, reſiſtendo tyrannis, perferendo martyrio, &c. 59. 60

Apoſtoli ſunt columnæ firmæ, vt doctrina, & ſanctitate Eccleſiam ſuſtentent, quam ſuper dorſum portant. ibid.

Et hæc poſſunt alijs etiam Sanctis inſignioribus applicari Doctoribus, & Prælatis, ac Principibus, quorum eſt ſuſtentare orbem; præcipuè verò S. P. N. Franciſco, qui viſus fuit

ſuit humeris Eccleſiam Dei ſuſtentare.

In Concione de Chriſti Ieſu Glorioſo Nomine.

Multa præclarè habentur. 9. & deinceps. Ex quibus etiam colligi poteſt, nomen Ieſu eſſe exaltationem illam, de qua loquitur Apoſtolus ad Philip Propter quod & Deus exaltauit illum.

In Concione de Chriſti Paſſione.

Chriſtus quomodò flagellatus, cùm flagellum ſit pœna propter culpam inflicta, quia videlicet ſimilitudinem peccatoris noſtra peccata deferens geſſit, ità vt noſtra peccata eum flagellare fecerint, cui ratione ſui nullo modo flagella poſſunt conuenire. Ità eruitur ex his habentur. 21

Paſſio Chriſti quàm fuerit acerba, quantus fuerit dolor, nàm Pater in eo omnia noſtra peccata conſiderans ità percuſſit, vt vehementer in eum iratus fuiſſe, & excanduiße videretur; ità vt contentus non videretur, donec ob multitudinem dolorum quodammodo annullauerit. Habes hæc ex phraſi ſcripturæ. 44

Chriſtus in paſſione quomodò à Patre derelictus, & non derelictus pugnauit in Cruce manibus extenſis, ac mortem ſuperando triumphauit. ibid. collige etiam ex his quanta ſit peccatorum grauitas, quamq; grauiter puniendus fuerit peccator propter peccata propria, niſi ad Chriſtum fuerit conuerſus.

Chriſti paſſio vberrimum Eccleſiæ fructum attulit; gratiæ ſcilicet maximam abundantiam. 71. 73

Chriſti paſſio ſignum maximi amoris, quia cum ſufficeret, ac plus ſatis eſſet minima paſſio tanta ſuſtinere voluit, quia non ſufficiebat amori, quod ſufficiebat redemptioni. 196

Chriſti paſſio, & Agni occiſio ad redimendum mundum, & pretium ſoluendum prius fuit, quàm debitum contractum. ibid. & 74

In Concione de Chriſti Aſcenſione.

Chriſtus in dexteræ Dei conſeſſum ſuper omnes exaltatus. 4. ex quo & iam loco colligas, homines, qui in die Aſcenſionis ora ad Deum laudandum, & confeſſionem peccatorum faciendam non aperuerint, ſed digitum ori imponendo tacuerint, multò magis quàm Propheta exclamaturos; væ nobis, quia in tanta ſolemnitate tacuimus.

In Conc. de Chriſti innocentia, pro illo Euangelio: Quis ex vobis arguet me de peccato.

Chriſtus Sponſus ex natura innocens ad differentiam Sponſæ, quæ non ex natura, ſed ex gratia immaculata; ideò Sponſus dicitur candidus, Sponſa dealbata: Pulchra habes ex diuerſis P.P. 132

Chriſtus Agnus immaculatus immaculatè

culatè ab oue Maria conceptus. 130. 134. & deinceps.

Chriſtus ante ſtatum peccati prædeſtinatus naſci ex Virgine innocens. 107

Chriſtus omnia præcepta vtriuſq; teſtamenti perfectè adimpleuit. 110

Chriſtus ex vi Conceptionis Sanctus, & immaculatus fuit, qui dicere potuit: Ecce in Sanctitate conceptus ſum, & in Sanctitate concepit me Mater mea. 174. Vbi plurima adducuntur.

Chriſtus Sanctus, & Sanctè natus, ad differentiam Mariæ, quæ Sancta, non ſanctè fuit concepta, & aliorum, qui nec Sancti, nec Sanctè. ibid.

Chriſtus egreſſus eſt tanquam vas puriſſimum ex argento non rubiginoſo. 1. ex Sanguinibus Mariæ, à qua rubigo peccati ablata fuerat. 203. & hæc etiam valere poſſunt pro Conc. in Die Natalis Domini: ſupra illud: Quod ex te naſcetur Sanctum vocabitur Filius Dei.

In Conc. de Chiſti, & Dei Amore in genus humanum.

Amor Dei liberalis non vni, ſed pluribus etiam peccatoribus beneficia conferre vult; ideò plures eſſe voluit peccatores, quàm vnum Adam innocentem; atq; ideò etiam creauit Euam, quam ſciret fore cauſam peccati. 94

Chriſtus venit in mundo amorem accendere, & quàm maximam charitatem eius paſſionis amor in mundo ſparſerit. 71

Amor Dei neſcit tarda molimina, ideò neſciuit tardare remedium Mundo, quin potius prius Deus remedium adhibuit, quàm diabolus venenum in homines trasfuderit; ac pretium prius ſoluit, quam debitum homo contraxit. 74. 197

Chriſtus cur redemptionem tam copioſam fecerit, effundendo ſanguinem, cum multò facilius humanum genus redimere poſſet, non aliud fuit motiuum, quam vehementia amoris, qui nunquam dicit ſufficit; ideò quod ſufficiebat redemptioni, non ſufficiebat amori. 196

In Conc. de Chriſti Tentationibus.

Diabolus falsò vſus eſt teſtimonio illo, ſcriptum eſt enim quoniam Angelis ſuis mandauit de te; nam de Chriſto exponi non potuit, qui Angelorum cuſtodia non eguit. 16

Chriſtus diabolum exprobrantem humano generi vicit, contra quem exijt non armis regijs indutus, ideſt non in ſua maieſtate, ſed in noſtra humilitate, ac præmia victori conſtituta reportauit. Habentur multa de hoc congreſſu & victoria. 87. & deinceps.

Chriſto in ſumma pace intus conſtituto tentationes nil obeſſe potuerunt; quod & de noſtris tentationibus, quæ nil pacem intus habenti obſunt, dici poteſt; ſunt autem occaſio, vt magis virtus tentati, ac Dei manifeſtur. 54

In

In Conc. de Chriſti Reſurrectione, & noſtra.

Tractatur pulcherrimum argumentum B. Pau. quo clarè oſtenditur reſurrectionem futuram, ac eiuſdem conditiones explicantur. 50

In Conc. de Gratia, & Charitate.

Gratia, & Charitas inquantum filios patri aſſociat, eoſdem paternę hęreditatis hæredes conſtituit. 38

Gratia, & Charitas facit Deum hominis partem, quod eſt mirum, cum totum maius ſit ſua parte, & Deo nil maius exiſtat. ibid.

Gratia Dei, & amicitia nè amittatur omnia facienda, & patienda, ità fecit B. Pet. qui nolens ſibi à Chriſto lauari pedes, vbi tamen agebatur de perdenda amicitia Chriſti, exhibuit ſe promptum v, & manus, & pedes lauarentur. ibid.

Gratiæ Dei, & Amicitiæ nil præferendum, & nil poſtponendum peccato. 93. *& deinceps.*

Gratiam ſuam Deus ſemper tribuit, & ſi homo non ſemper accipit. Expenditur ſimilitudo inter ſolem fontem luminis, & ipſum lumen, ac Deum fontem gratiæ, & ipſam gratiam: oſtenditurq; peccatum eſſe obicem, quem homo à ſe ponit quo gratiam ne recipiat impeditur. 85. *& deinceps.*

In Conc. de Inimicorum dilectione.

Inimici diligendi, vt ſimus filij Dei, quod probatur, quia diligere inimicos maxime ſimiles Deo facit; ex quo deduces etiam eatenus Deum incarnatum, quatenus nos ſibi ſimiles efficit per dilectionem inimicorum. 163

Inimicos diligere debemus, vt ſimus filij Dei, & qui inimicos non diligit, ſed odio habet, non eſt natus ex Deo; quia enim charitas eſt, qui ex Deo natus eſt non peccat peccato odij; ergò natus erit ex diabolo, & filius eius. 165. *Huc etiam ferè ſpectare poſſunt, quæ habentur in Conc. de Pace.*

In Conc. de Pace.

Miraculum magnum pax in terra, qui eſt locus militiæ, & in anima carni coniuncta; ideò Chriſtus naſcens, pacemq; in terris annuncians opus magnum, & prodigium in terris poſuit. 45

Pacem Chriſtus annunciauit, voluitq; eſſe maximam, omnia inſtrumenta belli conterens, & confringens. ibi.

Pax eſt, quæ filios Dei ſimiles patri efficit, & in pace Dei conſtituto nulla inſtrumenta diaboli obeſſe poſſunt: propriumq; filiorum Dei eſt ad ſimilitudinem patris in ſe ipſis, & cum proximis pacem ſeruare. 54

Pax aſſimilat Deo in vnitate, & ſimplicitate, quia pax facit omnia

vnum

vnum,ſicut bella multa, & diuerſa; ideo pax ad ſummam perfectionem, diuiſio ad imperfectionem ducit. 98.99

In Conc. de Paradiſo.

Paradiſum quotidie Deus ædificat, illuc homines adducendo, ſub metaphora de Ciuitate Hieruſalem ædificanda. 80

Paradiſi gloria tanta, vt poſt multos labores, & erumnas perpeſſas dici poſſit, Deum nobis Paradiſi gloriam donare, quia noſtris operibus nil Deo tribuimus. 96. Vnde de ipſo Chriſto propter paſſionem exaltato dicit Ap. quod Deus donauit illi nomen; & de Maria, quæ tot bona opera oparata fuit, habes ex S. Damaſceno quod ei Dominus gloriam donare dignatus eſt. 30.

Paradiſum non ingredietur qui nomen Virg. Mariæ ſcriptum non habuerit. 149

Paradiſum ad requiem non intrabit, qui imaginem reformare non ſtuduerit, quam in Adam deformauit, cum nec Deus requieuerit, niſi poſtquam hominem ad ſui imaginem condidit. 151

Paradiſi gloria homini in hac vita inexplicabilis, pulchra habes. 157

Paradiſi gaudia ſola ſine vlla triſtitia. 143

In Conc. de Peccato.

Peccatum priuat titulo filiationis, quem reſtituit pœnitentia. 39

Pecc. facit cor diffluere, & animam dilabi. adducitur doctrina S. Aug. cur etiam peccatum dicatur delictum. 55

Pecc. maxima ignominia afficit peccatorem. 89.90

Peccatum tenebræ. 85

Peccato nulla res vilior, ità vt nil ei poſponi iure debeat, etiam ipſa mors, & Infernus. 93

Pecc. maximum ſeruitutis, & ignominiæ iugum collum malè deprimens, & obliquans. 114. multa de hac re.

Pecc. tantum malum, vt Paradiſum in deſertum tranſmutarit, & eidem nomen deſerti indiderit; quod & facit cum anima. 126

Peccato nil amarius, aut infœlicius, ideò Deus maxima volens diabolum pena afficere, non aliam penam impoſuit, quam vt peccatores comederet; maior enim pœna quàm ſint partus dolores, quàm comedere panem in ſudore vultus. 147

Peccatum quàm atrociter puniendum, collige à minori ex his, quę Deus Pater in Chriſtum ſuum iratus egit, quia peccata noſtra portauit. 45

In Concione de Perſeuerantia.

Perſeuerantia ſola ita facit filios, vt conſtituat hæredes: ſunt enim duo filiorum genera; filij ad præſens ſolum, qui non erunt hæredes; & filij, quibus facta eſt promiſſio hæreditatis. Adducuntur plures de hac re ſcripturæ: Vnde & S. Paul.

ad

ad Galat. 4. ait, Abraham duos filios habuiſſe, vnum de ancilla, & vnum de libera: primus natus eſt ſecundùm carnem, alter ſecundùm ſpiritum, cui facta eſt repromiſſio.

In Conc. de Prædicatione Verbi Dei, & Doctrina Chriſti.

Prædicatores, & Doctores columnæ ſuſtentantes Eccleſiam 60

Prædicatio eſt ſtabilimentum, & cibus Eccleſię. 71

Prædicatio, & Doctrina Chriſti ſplendor lucidiſſimus, ideò per prædicationem Chriſtus mundum illuminauit. Collige, quanta ſit eius excellentia, quod prædicator, & Doctor ſunt veluti altera Maria, qui Chriſtum mundo notum faciunt. 135.

In Conc. de S. Io: Baptiſta.

Marè exponitur, inter natos mulierum non ſurrexit maior; & quomodo S. Io: Baptiſta non fuerit maior Chriſto, aut Maria. 13

De S. Io Baptiſta, dicitur, quod magnus futurus ſit coram Domino, quia magnus fuit, quando eſt natus: eſt enim argumentum ſatis probabile, quò à ſanctitate in vtero, & natiuitate arguitur futura ſanctitas in progreſſu vitæ. Adducitur S. Tho. doctrina. 69

In Concione S. Ioſeph.

Deus voluit S. Ioſeph eſſe ſponſatum cum Maria, vt hunc magis nobilitaret S. Ioſeph eximendo à tributo peccati in vtero matris, ideſt ſanctificando, vt piè, & probabiliter aliqui credunt. Collige ex his quæ habentur. pag. 89. De S. eius Sponſa Maria, cum enim ipſe fuerit pater familias, de ipſo proportionaliter currit illa doctrina, quoad ſanctificationem in vtero, neutiquam verò quoad præſeruationem peccati originalis.

S. Ioſeph voluit Deus eſſe ſponſatum cum Maria, vt ei conferret perfectionem vtriuſq; ſtatus, matrimonij, & ſoluti. Plura de hoc p. 161

In Conc. de Vita actiua, & Contemplatiua.

De comparatione vtriuſq; vitæ plura adducuntur, pag. 68

FINIS.

Errata grauiora ſic corrigas: Cætera iudicio legentium relinquenda, Primus numerus vocat Paginam. Secundus Columnam. Tertius Lineam.

Pag. 3. col. 2. lin. 16. ſententiam: ſententia. 5. 2. 8. ſenſus: ſenſu. 10. 1. 40. hominum: Dominum. 10. 2. 36. conſueuere: conſueuit. 11. 1. 31. humana: humanas. 12. 1. 26. dulciſſima: dulciſſimam. 17. 2. 2. dei villis: de iuſtis. 19. 2. 25. morte: mori. 20. 2. 31. & habitaculum: dele. 23. 2. 28. prime: prima. 26. 2. 18. hac: ac. 22. transfundit: transfunditur. 28. 2. 14. tertia: 3. 29. 1. 29. ſi &: etſi. 30. 2. 16. enim: enin. 33. 1. 41. verſiculos: verſus. 8. 2. 8. folito: folia. 36. 1. 38. abeſſe: ad eſſe. 37. 2. 8. dubitetur: dubitet. 13. ſcilicet: licet. 39. 2. 2. non: mox. 40. 2. 8. ſolium: ſolum. 42. 2. 32. Horiginalis: marginalis. 43. 2. 6. indubellorum: in die belli. 15. vinctus: victus. 44. 1. 37. cibus: Chriſtus. 50. 1. 15. ferat: foret. 51. 2. 9. Hæc: Nec. 52. 1. 25. exagitatus: exagitatas. 53. 2. 35. pacti: fracti. 54. 1. 24. indomitas: eucmitas. 57. 1. 9. homines affectionis: hominis affectiones. 59. 2. 39. inducere: induere. 61. 2. 23. exorant: exornat. 25. principium: principum. 62. 2. 20. confirmari: confirmaur. 22. ſtabiliri: ſtabiliui. 30. quas: quæ. firmus: firma. 63. 2. 31. parendum: nocendum. 64. 1. 3. columme: columna. 24. ædificij ſtructure: ædificij ſtructura. 65. 2. 41. ſuper mania: dele. 67. 1. 24. princeps: biceps. 27. exuit: occurrit. 2. 8. &: ex 17. augetur: auget. 68. 1. 8. nondum: nodum non. 15. ſic que: ſeu quæ. 19. non: dele. 2. 5. eo: eam. 16. nondum non eſtringemus: nodum non eſfringemus. 23. hoc verbum: hac verborum. 36. indigetur: indicetur. alta: ea. 69. 1. 7. præparam ne: præparata ac. 14. domum: donum. 29. homines: Dominus. 2. 2. &: ita. 28. Dominum: hominum. 40. Baptiſtam: Baptiſta 70. 1. 14. Mariam: Mariani. 71. 1. 36. prime 4. de Eccleſijs: p. 1. de eccl. 2. 27. conſulit: contulit. 72. 1. 23. partitur: patitur. 73. 2. 28. nium: omnium. 35. reſauiantur: reſarciantur. 75. 2. 12. ſingularis: ſingulis. 76. 1. 23. Suò: Scio. 77. 1. vlt. curetur: vereretur. 78. 1. 34. introitu: intuitu. 2. 6. factutam: factorum. 79. 1. 41. inhabitatio acuerat: inhabitatae diſpoſuerat. 80. 2. 19. interpretatum: interpretum. 81. 1. 23. conuertit: connectit. 2. 18. lucet hic. 82. 1. 34. pardis: paruis. 83. 2. 39. nullis duabus. 85. 1. 27. homine: lumine. 86. 2. 25. Adeo: Adæ 87. 2. 1. tum: tam. 88. 2. 1. deſtructus: delictus. 25. conformatus: confortatus. 90. 1. 33. perpetrante: perpetratione. 40. memoriam: pecuniam. 91. 1. 15. vide: cui. 92. 1. 18. Cipriani: Cyprianus 94. 2. 11. corde: cardo. 95. 1. 13. ſcilicet: S. lin. 23. ſicari: ſic ait. 2. 38. Iſach: Ieſus. 96. in margine. 2. Virg. ibidem. 161: ibid. 97. 2. 19. inſuit: inficit. 99. 1. 29. generatores: generationes. 100. 2. 24. Chriſtum: Spiritum. 101. 1. 28. collectione: collectiue. 102. 2. 39. ſcilicet: S. 103. 1. 30. domo: dono. 1. 9. iucunditus, & exultantes: iucunditatis, & exultationis. 104. 1. 9. famam; formam. 2. 40. cumtamen. 108. 1. 33. cogumentum; argumentum. 2. 13. quoniam; quonam. 109. 1. 6. quatuor; quatenus. 2. 35. ciuitatis; adde: portas. 41. Mariam; Mariani. 110. 1. 29. adamiſſionem; adamuſſim. 2. 11. ſcilicet; S. 113. 2. 22. deſinit; deſine. 27. nomen elatur; nomenclatur. 35. tum; turri. 115. 1. 31. reficiamus; reficiam vos. 117. 1. 22. atientum; actutum. 118. 1. 22. ſpecioſicione; ſpecioſitate. 119. 2. 34. huiuſque: hucuſque. 121. 2. 4. reſeruandum: reſerandum. 122. 1. 41. ſeruando; docte; ſecundo eſto. 2. 9. hominis; Domini. 124. 2. 15. cadetes; cadere. 34. quia: quid. 125. 1. 21. petitiori; peritiori. 126. 2. 18. creationem; creaturæ. 128. 1. 33. conſpectio; conſpectu. 130. 1. 18. vt qui; atqui. 2. 3. Aremenſem; Acernenſem. 131. 1. 16. concluſione; concione. 135. 1. 9. ſed; ſede. 2. 18. notato in Theoph. loco tum; monito in Theophilactum. 30. eluminantis; eliminantis. 136. 1. 12. ineptos; ineptior. 17. genus ferum; hemiſphærium. 137. 1. 4. ſubſequia; ſubſequentia. 138. 1. 26. ex; en. 30. quo de; quod. 139. 1. 16. luce; Lunæ. 142. 2. 41. naturam; natam. 143. 2. 29. prædeſtinatio: prædicta. 145. 1. 18. inſole; inſolens. 153. 1. 12. ſolem; ſolum. 159. 1. 18. ſermonem; ſermi. 160. 2. 41. cum matre; cum mater. 161. 1. 11. nam; non. 168. 2. 37. per; præ. 174. 2. 21. gnoſceret; agnoſceret. 176. 2. 27. ergo; ego. 179. 1. 27. exilis; ex illis. 187. 2. 10. ſanguinis: ſanguis. 195. 2. 11. qualis; qualem.

Digitized by Google

Digitized by Google